HISTORIA DIPLOMATICA

FRIDERICI SECUNDI

SIVE

CONSTITUTIONES, PRIVILEGIA, MANDATA, INSTRUMENTA QUAE SUPERSUNT ISTIUS IMPERATORIS ET FILIORUM EJUS.

ACCEDUNT EPISTOLAE PAPARUM ET DOCUMENTA VARIA

COLLEGIT, AD FIDEM CHARTARUM ET CODICUM RECENSUIT, JUXTA SERIEM ANNORUM DISPOSUIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT

J.-L.-A. HUILLARD-BRÉHOLLES.

AUSPICIIS ET SUMPTIBUS

H. DE ALBERTIS DE LUYNES,

UNUS EX ACADEMIAE INSCRIPTIONUM SOCIIS

TOMUS III

PARISIIS

EXCUDEBANT PLON FRATRES

36, VIA DICTA VAUGIRARD.

MDCCCLII

FRIDERICI SECUNDI

ROMANORUM IMPERATORIS, JERUSALEM
ET SICILIAE REGIS

HISTORIA DIPLOMATICA.

HISTORIA DIPLOMATICA

FRIDERICI SECUNDI

SIVE

CONSTITUTIONES, PRIVILEGIA, MANDATA, INSTRUMENTA QUÆ SUPERSUNT ISTIUS IMPERATORIS ET FILIORUM EJUS.

ACCEDUNT EPISTOLAE PAPARUM ET DOCUMENTA VARIA.

COLLEGIT, AD FIDEM CHARTARUM ET CODICUM RECENSUIT, JUXTA SERIEM ANNORUM DISPOSUIT ET NOTIS ILLUSTRAVIT

J.-L.-A. HUILLARD-BRÉHOLLES.

AUSPICIIS ET SUMPTIBUS

H. DE ALBERTIS DE LUYNES,

UNIUS EX ACADEMIAE INSCRIPTIONUM SOCIIS

TOMUS III.

PARISIIS

EXCUDEBANT PLON FRATRES,

36, VIA DICTA VAUGIRARD.

MDCCCLII.

FRIDERICI SECUNDI

ROMANORUM IMPERATORIS, JERUSALEM
ET SICILIAE REGIS

HISTORIA DIPLOMATICA.

ANNO 1227. — INDICTIONE 15.

Gregorius IX papa Friderico Romanorum imperatori electionem de se ipso factam post mortem Honorii nuntiat, monetque ut efficaci studio negotium terrae sanctae peragere satagat; timeat alioquin ne in illa necessitate incidat unde forsan de facili non expediri posset. Laterani, 23 martii.

(Edid. partim Raynaldi, *Annal. eccles.* ad ann. 1227, § XVIII. — Quam autem epistolam integram exhibemus ex Regestis a Laporte-du-Theil exaratis, et in Biblioth. Paris. *Regia* olim dicta asservatis, ann. I, epist. 2.)

Gregorius, etc. Friderico illustri Romanorum imperatori, semper augusto, et regi Sicilie, etc. Alto illius qui est sacerdos in eternum, secundum ordinem Melchisedech, consilio agitur ut cum ejus vicarii sibi succedentes vicissim morte prohibeantur diutius permanere, interdum ad sponse ipsius regimen infirmitate circumdati assumantur, ut ex se ipsis cognoscant qualiter infirmis compati debeant et iis qui ignorant et errant valeant condolere, non sibi sumentes honorem, sed tanquam Aaron divinitus evocati, ac manifeste appareat quod non ab homine neque per hominem, sed ab ipso solo qui est benedictus in secula regitur sponsa sua. Sane bone me-

morie Honorio papa predecessore nostro xv kalendas aprilis (1) soluto debito carnis de presenti seculo nequam erepto, et in crastino jnxta morem ejns celebratis exsequiis et ipsius corpore ad tumulum deportato, una cum fratribus nostris ad eligendum convenimus successorem, et missa, ut moris est, in honore Sancti Spiritus devote ac solemniter celebrata, post aliquantnlnm tractatnm de substitutione pontificis omnes pariter ad imbecillitatem nostram qnasi divinitns inspirati ocnlos direxerunt et, nobis renitentibns et invitis, cnm mnlta instantia et etiam violentia conati sunt hnmeris nostris imponere onus istud cujus gravitatem pertimescendo non modicum non posse portare, licet snscipere plurimum fnerimus reluctati, metuentes tamen ne videremur inspirationi divine resistere, tandem snbmisimus bumeros ad portandnm, sperantes in eo qni jugum snnm suave misericordia sua fecit et onus leve preduce caritate, quod ipse qni vota fratrum aspirando prevenit adjnvando etiam prosequetur. Fiduciam enim talem habemus per Christum ad Deum non quod sufficientes simus cogitare aliquid a nobis quasi ex nobis, sed nostra snfficientia est ex Deo, qui nos snos voluit esse ministros. Sollicitudine igitur ecclesiastice provisionis suscepta, de honore tuo ac salnte solliciti qui te, dum essemus in minori officio constituti, habuimus in visceribus charitatis ac tnis profectibus aspiravimus, sublimitati tne primitias litterarnm nostrarum dnximns destinandas, celsitudinem tuam rogantes attentius et monentes et exhortantes in Domino, in remissionem tibi peccaminum injungendo quatenns in devotione Sedis Apostolice firmiter perseverans et nobis disponente Domino ad regimen ejns assnmptis, prout decet principem christiannm, assistens bnmiliter et devote, sic sollicito ac efficaci stndio peragere satagas negotium terre sancte, ac te viriliter et potenter in instanti passagio ad ejus succursum accingas in mann forti et brachio extento ad preliandum de corde pnro et fide non ficta prelia Domini transfretando, quod ab eo consequi merearis immarcescibilis glorie diadema et nos qni te sinceritatis

(1) Scilicet die 18 mensis martii. Gregorius IX (Hugolinus, Ostiensis episcopus) postridie electus est apud Septemsolia (Septizonium) et consecratus in basilica Sancti Petri die dominica 21 mensis ejusdem in festo sancti Benedicti.

brachiis amplexamnr, ad ea que tuum respiciunt commodum et honorem ex hoc fortins accendamnr. Alioquin quantnmcumque te sincera diligamus in Domino charitate et tibi, quantum cnm Deo possumus, deferre velimus, id dissimulare nulla poterimus ratione; presertim cum ad instantiam tuam pro predicto negotio dum adhnc minori officio fungeren ur sollicitudines subierimus plurimas ac labores. Et nnnc omnibus archiepiscopis et episcopis nostris damus litteris in mandatis ut eorum singuli crucesignatos suarum diocesum efficaciter moneant et inducant et, si necesse fuerit, sublato appellationis obstaculo, ecclesiastica censura compellant ut se viriliter et potenter ad iter peregrinationis accingant, transfretaturi ad subsidium terre sancte in instanti passagio et sic reddituri Domino vota sua quod in oculis divine majestatis complaceant et premium vite recipere mereantur ab eo in retributione justornm. Tn ergo, fili charissime, ad illum qui dominatur in regno hominum, qui te sua gratia sublimavit, debitum habens cum devotione respectum, sic precibus et monitis nostris obtempera quod nequaqnam nos et te ipsnm in illam necessitatem inducas de qua forsan te de facili non poterimus, etiamsi volnerimus, expedire.

Datum Laterani, X kalendas aprilis, pontificatus nostri anno I.

Forma compositionis et pacis cum imperatore initae, a rectoribus Societatis Lombardiae Honorio papae transmissa.

Brixiae, die veneris, 26 martii.

(Edid. Pertz, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, p. 259; ex Regest. Gregor. IX, t. I, fol. 3, ann. I, ita inscriptas: *Tenor litterarum rectorum Societ. Lombardie, Marchie et Romaniole quas iidem rectores transmiserunt bone memorie Honorio pape predecessori nostro super facto ipsorum.*)

Sanctissimo in Christo patri et domino reverendo Honorio Dei gratia, etc. Pilazarins de Mandello, Johannes Zavattarius pro communi Mediolanensi; Obertns Strictus, Obertus Lavandarins pro communi Placentie; Lanfrancus de Sala, Vianesius de Lavello Longo pro commnni Brixie; Tucimannus et Bonifacius de Sancto Laurentio pro communi Bononiensi; Marescotus,

Anrigetus Ugonis Rogate pro communi Faventie; Gui. de Carturio, Henricus de Vico Ageris pro communi Padue; Jacobus de Bono Jndeo, Ugutio Johannis Gaudentii pro communi Vicentie; Jacobus de Sallerano, Gnidottus Sacbus pro communi Laude; Guirisius, Jobannes Cremascus pro communi Mantue; Janinus de Jacobo, Albertus de Portn, Pecorarius, Bertholomeus jndex pro commnni Veronensi; Ugatus de Malaparte, Albertus Matoncinus pro communi Tarvisii, rectores societatis Lombardie, Marchie, Romaniole, totaque ipsa societas sanctorum pedum osculum cum debito famulatu. Inter cetera que mansuetudinis vestre sapientia statuit et ordinavit, sicut vestre nobis littere declararunt, bec de fratrum vestrorum providentia piissime decrevistis ut nos ad honorem Dei omnipotentis et Ecclesie sancte sue ac vestrum demus majestati imperatorie pro subsidio terre sancte in nostris expensis per biennium milites quadringentos ac civitatibus, locis et personis imperiali celsitudini adherentibus faciamus pacem firmiterqne servemus, remittentes eis omnem rancorem, malivolentiam, injurias et offensas, omniaque banna, constitutiones, sententias et ordinamenta que fecimus vel imposuimus civitatibns, locis et personis imperiali celsitudini adherentibus, et quecunque ex eis vel ob ea secnta sunt penitus revocemus; ac restituamus captivos qui occasione bujus discordie capti sunt cnm bonis eorum et alia que occasione ejusdem discordie capta snnt vel detenta, ita quod adherentes imperiali sublimitati similiter nobis faciant et observent. Alii autem captivi secundum jus restituantur imperii, cum majestas imperialis legatum suum in Lombardia pro pace reformanda inter discordes duxerit destinandum. Constitutiones vero, leges et statuta ab ecclesia Romana et romanis imperatoribus et specialiter a clementia domini Friderici Romanorum imperatoris, semper augusti et regis Sicilie contra bereticos, receptatores, defensores, credentes et fantores eorum hactenus promulgata vel in posternm promulganda recipiamus et observemus inviolabiliter et efficaciter exequamur, constitntionibus municipalibus editis contra tales nichilominns in suis locis firmiter observandis. Civitatum autem aliornmque locorum potestates, consules et rectores, quocumque nomine censeantur, jnrent quod illa fideliter observabunt idque suos jurare faciant successores, ponentes ea in statutis civitatum aliorumque locorum,

ea inde nequaquam in posterum deleturi. Statuta omnia, communia et particularia, facta contra ecclesias et ecclesiasticam libertatem penitus revocent et de suis constitutionibus deleant et ea vel eis similia de cetero non resumant. Ad hec statuta Lateranensis concilii et constitutiones a vobis et domino imperatore super hiis editas observent et jurent in posterum observare suosque jurare faciant successores. Supradicti vero quadringenti milites teneantur ire in passagio domini imperatoris, quod ab ipso imperatore statutum est et a Romana ecclesia approbatum. Nos igitur omnia que super hiis a vestra sanctitate et vestris fratribus ordinata sunt et statuta volentes inconcussa servare, promittimus nos ea omnia sicut superius plenius sunt expressa humiliter et fideliter impleturos. Ad plenam autem rei certitudinem presentes litteras juxta vestrum beneplacitum et mandatum per manum publicam scribi fecimus et sigillorum nostrorum impressione muniri.

Acta sunt hec anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi M.CC.XXVII, indictione XV, die veneris VI exeunte mense martio, Brixie in quadam caminata episcopi Brixiensis, coram domino Lanfranco archipresbytero, domino Azone archidiacono, magistro Alberto canonico Brixiensi, fratre Jacobo, fratre Rugerio, fratre Nazario de ordine fratrum predicatorum, Gasparro Menelocie, Promo de Incoardis, Aldrigotto Marcellino, Lantelmo de Puteobonello, et multis aliis testibus rogatis ad postulationem fratris Guale de ordine predicatorum fungentis in hac parte vice domini Pape.

Ego Gerardus Spalla notarius Placentinus huic interfui et rogatu atque mandato istorum rectorum hec scripsi (1).

[In eadem forma mandati scripserunt iidem rectores Friderico Romano-

---

(1) Reperitur in collectione *Laporte-du-Theil* sub nº 125 aliud ejusdem formae exemplar, in quo nomina rectorum desunt et in fine legitur: « Acta sunt hec anno a nativitate Domini, etc., » die lune mense exeunte martio (29 martii), in civitate Brixie, in quadam caminata domini » episcopi Brixiensis, presentibus domino Agone de Turbiado archidiacono, domino Lanfranco » archipresbytero majore canonice Brixie, magistro Alberto de Bornado canonico Brixiensi, » fratre Jacobo, fratre Rogerio de ordine fratrum predicatorum, Guidone notario de Folliano » et Girardo Spalla notario de Placentia et aliis multis testibus rogatis. — Ego Johannes Savalensis sacri palatii notarius hiis interfui et rogatus hoc perpetuavi et scripsi. »

rum imperatori. Inter cetera, etc. usque in finem, verbis competenter mutatis.]

Laterani, 30 martii.

Gregorius papa Friderico Romanorum imperatori mittit tenorem litterarum a rectoribus Societatis Lombardiae sibi transmissarum de acceptatione concordiae inter ipsum et eamdem Societatem ab Apostolica Sede ordinatae, monetque ut ad terram sanctam liberandam accingatur in instanti passagio.

(Edit. ap. SAVIOLI, *Annal. Bologn.*, t. III, p. II, p. 77, ex Regest. Greg. ann. I, n° 30.)

Gregorius, etc. Friderico illustri Romanorum imperatori, semper augusto, et regi Sicilie, etc. Noverit tua serenitas rectores societatis Lombardie humiliter acceptasse formam concordie que inter te ac eamdem societatem per Apostolicam Sedem extitit ordinata, et super hoc nobis et excellentie tue juxta formam eis ab Apostolica Sede transmissam litteras direxisse scriptas per publicam manum et diversorum sigillorum appensione munitas, quarum tenorem sublimitati tue sub bulla nostra destinamus inclusum, litteras ipsas que ab eis tue celsitudini diriguntur tibi per competentem nuntium transmissuri, cum eas latori presentium non duxerimus committendas (1). Rogamus igitur imperialem magnificentiam, monemus et obsecramus in Domino Jesu Christo quatenus ad terram in qua ipse Dominus Jesus Christus salutem humani generis voluit operari, de impiorum manibus ejus preeunte auxilio liberandam, te, sicut teneris et excellentiam tuam decet, magnifice ac potenter accingas, sciens nos hec significasse per litteras

(1) Defectus tamen in appositione sigillorum, cum marchionis Montisferrati et quam plurium civitatum de Societate Lombardiae sigilla non fuerint in litteris eisdem, vera causa fuit cur pontifex imperatori eas non transmiserit, cum timuerit ne praenotatum defectum ex aliqua fraudulentia iste crederet evenisse. Quod discimus ex altera epistola Gregorii rectoribus Societatis Lombardiae directa, sub notis chronologicis eisdem, ap. SAVIOLI, *ibidem*, t. III, append. p. 76, ex Regest. ann. I, n° 28.

nostras crucesignatis per Theutoniam constitutis (1) et ut preparent se ad transeundum tecum in instanti passagio sollicite monuisse ac mandavisse prelatis ut subditos suos ad ipsins terre sancte succursum sedulis exhortationibus studeant animare.

Datum Laterani, III kalendas aprilis, pontificatus nostri anno primo.

Gregorius papa Friderico Romanorum imperatori, ut ad coelestia animum erigat neque se terrenis voluptatibus detineri permittat, quinque insignia imperiali dignitati deputata cum eorum mysteriis describit, scilicet crucem, lanceam, coronam, sceptrum et pomum. [Anagniae, julio vel etiam augusto.]

(Edit. ap. SCHARDIUM, *Praef. ad Epist. Petr. de Vineis*, p. 77-81.— Cf. BREMOND, *Bullar. ord. Praedicat.*, tom. I, et RAYNALD., *Annal. eccles.*, ad ann. 1227, § 20, ex Regest. Gregor. ann. I, epist. 142.)

Gregorius episcopus servus servorum Dei, charissimo in Christo filio Friderico illustri Romanorum imperatori, semper augusto, et Sicilie regi salutem et apostolicam benedictionem. Ad ostendendam viam ligni vitae errantibus in invio mundi hujus, posuit te Dominus quasi cherubim et versatilem gladium. Cum enim diligenti meditatione pensatur ratio in te illuminata dono intelligentie naturalis et imaginatio discreta in rei comprehensione sensibilis, que quasi versatilis una facie respicit rationem, alia naturam sensibilium intuetur, in te virtus motiva manifeste conspicitur qua possis inconveniens a convenienti distinguere et comprehensiva qua facile valeas conveniens et licitum obtinere. Donum sane tibi scientie desuper attribute et virtus perfecte imaginationis in manu opificis resultantis quasi

---

(1) Adsunt etenim sub n^is 31, 32, 33, litterae summi pontificis missae archiepiscopo Coloniensi et suffraganeis, archiepiscopo Maguntino et suffraganeis, archiepiscopo Bremensi et suffraganeis, archiepiscopo Treverensi et suffraganeis, archiepiscopo Magdeburgensi et suffraganeis, nec non et lantgravio Thuringiae, magistro Theutonicorum, universisque crucesignatis Theutoniae; in collect. *Laporte-du-Theil*, ap. Biblioth. Paris.

duo luminaria magna, duo dona celestia, viam ligni in qua vita nostra pependit et terram promissionis ostendunt; ista duo vexilla que Dominus erexit in anime tue corporeis instrumentis tota seqnitur militia Christiana, quin potius sequitur totus mundus a paradyso pure conscientie merito sue prevaricationis exclusus. Et ideo est summopere precavendum ne vexillum quod habes commune cum angelis, intellectus videlicet et affectus, inclines ad id quod habet homo commune cum brutis scilicet et arbustis, sensnm et nutrimentum, quia et amor sensibilium minuit intellectum et effectum deformat delicati corporis nutrimentum, ac per hec, quod absit, luminaribus cognitionis et dilectionis extinctis et in terra victricibus aquilis sic prostratis, et voluptatibus terrenis implicitus commode non poteris te sequentibus viam demonstrare salutis. Absit a te hoc, fili charissime, a quo videtur modo vita hujus mundi sensibilis dependere. Illius itaque recorderis historie quod in columna ignis et nubis de jugo Pharaonis populus Hebreorum eductus in terram promissionis inducitur, quam in zelo justitie et in nube que refrigerat misericordie coneris virtute divina, superatis interioribus hostibus, obtinere. Ut hec in archivo memorie valeas jugiter intueri, quinque insignia imperialis celsitudinis culmini deputata cum eorum mysteriis cupimus stylo ferreo in cordis tui ungue adamantino depingere, quod nulla possit oblivione deleri. Crux ubi est lignum Domini et lancea nbi clavus ejus existit ante te in processionibus solennibus deportantur. Corouam auream cum lapidibus preciosis gestas in capite, sceptrum in dextera, pomum tenens aureum in sinistra; ut crux dominice passionis et memoria acerbissimi cruciatus sint semper ante oculos mentis tue, in contumeliis verborum, in injuriarum opprobriis, flagellis et plagis, laceratione spinarum, transfixione clavorum, prudenter attendens in quantum te oporteat Domino respondere. Lanceam considera diligenter cujus acumen latus ejus perforavit et aperuit de quo Christus largiter sacramenta tue salutis effudit. Ista est porta angusta que te ducit ad vitam, de qua non substantia solida, sed liquor tantum exivit, ut dolor acutus sit in te et vere contritionis acumen quod est clavis que tibi portam aperit paradysi, quam non potest intrare solidum aliquid nec anima indurata, sed liquefacta in fornace amoris et in camino fervide charitatis. Corona autem

triplici coronaris, sicut et Christus extitit triplici diademate coronatus, a matre, noverca scilicet et patre. A matre, corona gratie per quam infirmitatem nostre mortalitatis assumpsit; a noverca, corona justitie per quam genus humanum sanguinis sui pretio redemit; a patre, corona glorie, [qui] ad dexteram suam ipsum in regno glorie collocavit. Tu autem similiter in Germania coronaris a matre cujus lacte nutritus es et feliciter educatus corona gratie, quam non ex debito justitie sed ex libera electione principum nosceris (a) assecutus. A noverca coronatus es in Liguria que solet aliquando imperio novercari corona justitie que debetur juris necessitate. Tertio coronaris a Patre, scilicet a summo pontifice, corona imperii que est glorie, que te omnibus mundi potestatibus anteponit ut gloria et honore super omnes mundi principes sublimeris. Coronam igitur gratie ita portes in hoc exilio ut corona justitie tibi in judicio reponatur et examinandus a judice sermones tuos in presenti disponas quibus ad arguentem te possis respondere; et tandem corona immarcescibilis glorie coroneris in regno quod nullo unquam tempore corrumpetur. Sceptrum justitie portas in dextra que gravis est ad puniendum iniquos; in sinistra pomum aureum, initio carens et fine, quod est misericordie cui regnum promittitur sempiternum; que extenta debet esse ad liberandum oppressos et miseros consolandos, quia judicium sine misericordia multum destituitur, si unum sine altero teneatur. Ad hec de anime tue quam sincera et ardenti diligimus charitate salute solliciti universis mundi hujus transitoriis preferenda, ex prerogativa dilectionis qua in minori officio sumus imperialem celsitudinem amplexati, ut nihil de contingentibus omittamus que ad mortis eterne periculum evitandum et recuperandam gratiam crucifixi fuerint oportuna, latorem presentium fratrem Gualam (b) de ordine Predicatorum tibi duximus destinandum, cui tanquam nobis fidem indubitatam adhibeas super his que ex parte nostra proponenda duxerit. Datum etc. (1).

(a) Apud Schardium *nostrorum* male.

(b) Ibidem, *Gualterum* male.

(1) Non consignati sunt in his litteris dies ac locus, verum Anagniae scriptas fuisse conjec-

---

In Sicilia, junio.

Mense junii [Gregorius] Urbem exiens venit Anagniam et suos tunc ad imperatorem nuntios dirigit ut sibi fodrum faciat ab hominibus regni deferri (1); qui Henrico de Morra magistro justitiario hoc faciendum delegat. Imperator ipse justitiarios omnes regni sui ad se in Siciliam vocat, reddituros sibi de acceptis omnibus rationem. Interea per totum regnum pro felici transitu suo generalem collectam imponit, et tunc collectæ sunt de terra monasterii [Cassinensis] unciæ ccccl. Imperator ipse de Sicilia in Apuliam venit qui ad papam Reginum archiepiscopum et magistrum domus Theutonicorum legatos mittit. Riccardi de S. Germ. *Chronic. ad ann.*

Gravinae, julio.

Fridericus, Romanorum imperator, renovat et confirmat privilegium ab avo suo Friderico primo, Romanorum imperatore, Rambaldo Ravaschieræ comiti de Lavagna concessum, sub dato : Landriani, 1° septembris 1158.

(Memorat. a Zazzera, *Famigl. nobil. d'Ital., p.* 105, qui hos indicat fontes : *Si vede registrato negli atti di Pietro Sanguineto a* 16 *di Luglio del* 1319 *e nel* 1446 *a* 30 *di giugno. Si dice estratto dal registro vecchio del commune di Genova per Tomasso di Credenza, custode de' privileggi.*)

Datum Gravine, anno dominice incarnationis M. CC. XXVII, mense julii.

---

tura est, cum superiores posterioresque in Regesto pontificio exaratae in ea urbe legantur. Raynald. *Ibid.*

(1) Vide in tomo præcedenti de frumenti caritate in urbe Roma epist. Honorii papæ mense januarii vel februarii anni ejusdem.

Fridericus, Romanorum imperator, ad preces Sifridi Ratisponensis episcopi et ex consilio principum sibi tunc adstantium, revocat omnes alienationes, per Gotfridum præpositum, quondam in episcopatum Ratisponensem intrusum, in præjudicium ejusdem ecclesiæ factas; non obstante aliqua concessione per regem Heinricum VII, filium suum, dolose obtenta. Melfiae, julio.

(Edit. in MAYER., *Cod. statutor. in edit.* II, 39. — RIED, *Cod. diplom. Ratisb.* I, 351, num. 369. — *Monum. Boic.*, tom. XXX, p. 146-147, nº DCLXXXII, ex originali unde sigillum illæsum appendet ex filis sericis rubri coloris.)

Fr., Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod, accedens ad presentiam nostram, S. venerabilis Ratisponensis episcopus dilectus princeps noster exposuit celsitudini nostre qualiter (1)... prepositus quondam in Ratisponensem episcopatum intrusus, bona ipsius ecclesie enormiter et juxta motum proprie voluntatis infeudavit obligavit et multis aliis modis distribuit et distraxit in evidens ipsius ecclesie detrimentum, alias redditus et proventus ejusdem Ratisponensis ecclesie in usus proprios consumendo (2). Et supplicavit nobis idem episcopus ut indempnitati sue ecclesie nostra super hoc dignaretur serenitas providere. Nos autem, quia tenemur juri et indempnitati ecclesiarum imperii nostri salubriter et clementer adesse,

(1) Scilicet Gotfridus. De Gotfrido isto cf. RIED, *ibid.*, num. 367, 371, 372; et MAYER, I, C. 82, *in catalogo præposit. Ratisb.*

(2) Extant de re eadem in Regest. nis 114-115 litteræ Gregorii Episcopo Pataviensi et conjudicibus ejus directæ, quibus eos monet ut omnes alienationes ab isto intruso factas revocent et beneficia injuste ablata possessoribus restituant. Datum Anagnie XII kal. julii anno primo (20 junii 1227). De Sifridi electione vid. ibid. nº 106. IV idus junii (10 junii).

habito super hoc diligenti consilio cnm venerabili Babinbergensi episcopo, dilecto principe nostro, et aliis fidelibns nostris imperii tunc in curia nostra presentibns et nobiscnm assidentibus in negotio supradicto, de consilio et provisione ipsorum, quicquid per supradictum intrusum factum esse dignoscitur, duximns sententialiter irritandum revocantes omnino infeudationes, obligationes, distribntiones et distractiones qnaslibet factas per intrusum de bonis ecclesie memorate ut omnia libere cedere et redire debeant in nsus et potestatem Ratisponensis ecclesie et episcopi supradicti cnm fructibus medio tempore perceptis et percipiendis, et ut etiam prefatus intrusus memorato episcopo restituat quicquid de proventibus Ratisponensis ecclesie in usus proprios noscitur expendisse. Non obstante concessione aliqua per regem Henricnm, karissimnm filium nostrum, predicto intruso exinde facta, cum idem Romanns rex filins noster dolose in hoc circumventus fuisse noscatur et appellatio ad audientiam nostre majestatis precesserit qua pendente nichil de jure poterat innovari. Mandamns igitnr et firmiter inhibemns quatenus nullus sit qni contra hanc irritationis et revocationis nostre sententiam presumat temere obviare; quod qui presumpserit indignationem nostri culminis se noverit incnrsurum. Ad cnjus rei memoriam presens scriptum fieri fecimus, sigillo majestatis nostre mnnitum.

Datum Melfie. Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo septimo. Mense julii. Quinte decime indictionis.

Melfiae, augusto.

Fridericus, Romanorum imperator, quatuor monasteria cisterciensis ordinis in Austria sita, scilicet Sanctam Crucem (Heiligekreutz), Lilienfeld, Zwelt et Baumgartenberg in sua speciali protectione recipit, eis possessiones et bona confirmat eaque ab omni advocatia libera et exempta denuntiat.

(Edidit Hanthaler, *Fasti Campililienses*, *decas* III, § III, p. 768 et seqq. è transumpto authentico anni 1604, apud Lilienfeld asservato.)

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustns, Jerusalem et Sicilie rex. Desiderium quod ad religionis propositum et quietem noscitur pertinere animo nos decet libenti concedere et petentium votis imperiale suffragium impertiri. Ea propter notum esse volumus universis fidelibus nostris et imperii tam presentibus qnam futuris quod nos ad supplicationem tuam devotam, frater Wernbere, venerabilis abbas monasterii Sancte Crncis in Austria, fidelis noster, personam tuam et monasterium tuum; necnon et te fratrem Gebhardum, venerabilem abbatem monasterii in Lilienveld ejusdem ordinis Cisterciensis, et monasterium tuum; te fratrem Heinricum, venerabilem abbatem monasterii in Zwetel ejusdem ordinis, et ipsum monasterium tuum; te fratrem Rudgerum, venerabilem abbatem monasterii in Boumgartenberg ejusdem ordinis, et ipsum monasterium tuum, quorum tria monasteria subsequentia post monasterium Sancte Crucis ab eodem monasterio derivata fuisse noscuntur, sub imperiali protectione et defensione recipimns speciali, firmiter in perpetuum statuentes ut quecumque bona, quascumque possessiones predicta monasteria vestra, a temporibus fundationis eorum usque ad hec felicia tempora nostra, rationabiliter tenuerunt et vos juste similiter possidetis aut in futurum prestante Domino justis modis poteritis adipisci, eisdem monasteriis vestris, vobis etiam et successoribus vestris firma semper et tranquilla permaneant. Quecumque etiam jura, quecumque exemtiones et libertates a felicibus imperatoribus predecessoribus nostris vel ab aliis imperii principibus rationabiliter eisdem monasteriis vestris sunt collata vel juste de cetero conferentnr, vobis predictis abbatibus et successoribus vestris ac ipsis monasteriis rata omni tempore integraque serventur. Quibus illud adjicimus et imperiali sanctione statuimus quod sicut ordo Cisterciensis ab exordio sue institutionis nullis unquam fuit obnoxius advocatis, ita predicta monasteria vestra et possessiones vestre ab omni advocatorum ratione atque exactione sint libere, tam communi ordinis libertate quam presenti nostra constitutione exemte; paci insuper et immunitati vestre vestrorumque successorum de imperiali clementia providentes, inhibemus omnino ne quisquam monasterii aut ullius predii vestri ad-

vocatiam in fendo qnoquam babeat vel habere nlla ratione aut jnre valeat, nec donationis alicnjns predii ratione seu commisse ant expetite defensionis occasione vel quasi a progenitoribns hereditaria successione nomen et jus advocati in vos aut vestra sibi quispiam vendicet aut assumat, sed quodcumqne predinm vestris monasteriis et vobis est hactenus vel amodo fuerit in helemosinam datnm aut aliis justis modis acquisitnm imperiali tnitioni eo ipso subjacebit quia vestrum esse cepit. Verum quia remoti a nobis majestatis nostre presentiam adire quotiens expedit non valetis, ne quid juri aut utilitatibus vestris exinde valeat deperire, defensorem vobis eum duntaxat qnem vos ipsi ad hoc elegeritis deputamns et habere concedimus, cui in vestra defensione in contractibus, in cansis civilibus et in aliis civilium negotiorum transactionibus nostre vicis executionem non in feudo habendam, non perpetuo obtinendam, neque heredibus relinquendam, damus et salva vestra libertate committimus. Ita ut liberum vobis esse debeat recusare eum et alterius defensioni vos et vestra committere, si sub nomine defensoris se vobis exhibnerit offensorem, si immunitatis vestre privileginm nllo vexationum et exactionum genere infringere et evacuare voluerit. Volumus enim nostre potestatis executores nostre pietatis habere sectatores, firmiter statuentes ut qui nostra jussione vel ex vestra petitione seu qnacnmqne occasione vos et vestra defendunt, liberaliter, sincere ac pro sola Dei retributione defendant. Ita ut neque banna, neque petitiones que steure vocantur, neque pernoctationes, neque operarios, nec ulla omnino servitia ab invitis vobis vel colonis vestris sub obtentu defensionis exigant aut extorqueant; colloquia in locis vestris, placita cum colonis vestris nnlla prorsns habeant. De vestris placitis que cum colonis vestris habere volueritis, nisi a vobis rogati se nnllatenus intromittant et indulta vobis exemptionum privilegia nnlla vi vel fraude convellant. Decernimus insuper nt nulli omnino hominum fas sit vos, abbates predictos et successores vestros, super hac confirmatione et constitutione nostra perturbare, bona ac possessiones vestras et monasteriorum vestrorum anferre vel ablata injuste detinere ant temerariis vexationibns fatigare. Sed omnia vobis et successoribus vestris integre conserventur usibus vestris et

pauperum Christi de cetero profutura. Si quis autem in posterum huic nostre confirmationi et constitutioni temere contraire presumpserit, indignationem imperialis culminis graviter se noverit incursurum et pro tante temeritatis excessu centum libras auri puri pro pena componat, medietatem camere nostre, reliquam medietatem passis injuriam persolvendam. Ad hujus itaque confirmationis et constitutionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manus Jacobi de Cathania, notarii et fidelis nostri, scribi jussimus sigillo majestatis nostre munitum.

Hujus rei testes sunt hi Eckibertus, Babinbergensis episcopus; Siffridus, Ratisponensis episcopus; Lodoicus, Landgravius Thuringie; Raynaldus, dux Spoleti, Tuscie legatus (1); Hermannus et Lodoicus, comites de Froburc, Siffridus de Runckel et alii quam plures.

Signum domini nostri Friderici secundi, Dei gratia illustrissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense augusti, quinte decime indictionis, regnante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno

---

(1) Raynaldi vices in Tuscia Bertholdum fratrem ejus tunc agere, quum anno præcedenti (cf. docum. 20 maii 1226) ad recipiendas imperii rationes fuisset ab imperatore transmissus, discimus ex instrumento inedito reperto in archivo comm. Senar. *Caleffo Vecchio* fol. 171 verso: quod ita sonat: « In Christi nomine amen, anno ejusdem millesimo CCXXVII, indictione XV, » intrante junio, tempore domini Friderici, Romanorum imperatoris, semper augusti. Nos Bertoldus, quondam ducis Spoleti filius, domini Raineri (Raynaldi) ducis fratris nostri in Tuscia » vicarius, a majestate imperiali transmissus, facimus et constituimus te Matheum de Biviano, » dilectum sotium et camerarium nostrum, procuratorem nostrum ad recipiendas marcas argenti quas comunitas Senarum imperio annuatim solvere tenetur et ad faciendam cartam finis » et refutationis nostro nomine et ad ea omnia facienda que nos ipsi in hoc facto facere possemus. Promittentes firmum et ratum habere quidquid tu exinde duxeris faciendum. Actum » apud Forcapetura (*sic*), coram domino Matheo de Biviano, domino Cataldo Sugnanense, domino Bay Gentili, domino Palmerio Mainardi, et aliis pluribus ad hoc vocatis testibus. — » Ego Johannes, imperialis aule notarius, hiis interfui et rogatus scripsi et subscripsi. »

septimo, regni Jerusalem secundo, regni vero Sicilie tricesimo feliciter. Amen.

Datum Melfie, anno, mense et indictione prescriptis.

Melfiae, augusto.

Fridericus, Romanorum imperator, confœderationem cum Ludovico, Francorum rege, apud Cataniam initam iterum cum Ludovico ejusdem regis filio et successore renovat.

(Inedit. ex regist. Phil. Aug., Cod. Bibl. Reg. Paris. 8408, fol. 168 verso, in margine, n° IV.—Memorat. ap. Martene, *Ampliss. Coll.*, t. I, 1195, nota.)

Eamdem confederationem fecit idem Fridericus (1) cum Ludovico dicti regis Ludovici filio, ubi ita dicit de rege Anglie : « De rege Anglie sic erit quod nos amicitiam et confederationem cum eo nullam faciemus sine voluntate dicti regis Francorum. Hanc autem confederationem precepimus et injunximus jurandam pro nobis et in anima nostra a dilecto fideli nostro Raynaldo, duce Spoleti.

Datum Melfie, anno dominice incarnationis M° CC° XXVII°, mense augusti, XV indictione.

Hydronti, — Brundusii, augusto.

Imperator cum imperatrice consorte sua mense augusto Hydrontum vadit, ubi relicta imperatrice... vadit Brundusium ubi totus convenerat crucesignatorum exercitus et ubi omnia vascella ad transfretandum fecerat congregari. Ricc. de S. Germ. *Chron. ad ann.*

---

(1) Vid. supra docum. sub dato : Catanie, mense novembris 1224.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Bartholomei episcopi Teatini confirmat et inserendo renovat privilegium eidem Ecclesiæ Teatinæ ab Henrico imperatore patre suo anno 1195 primo maii indultum. Brundusii, augusto.

(Edider. Ughelli, *Ital. sacra*, tom. VI, p. 718-720. — Ravizza, *Collez. di diplomi della città di Chieti*, tom. I, p. 10, n° VI.)

Federicus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Inter cetera que divine pietatis intuitu conferuntur illud credimus creatori omnium gratum et acceptabilius residere quod Ecclesiis Dei et locis religiosis pia liberalitate donatur, presertim cum in confirmandis beneficiis et largiendis laus imperiali dignitate accrescat. Inde est quod universis fidelibus nostris notum esse volumus tam presentibus quam futuris qualiter Bartholomeus venerabilis episcopus Teatinus, fidelis noster, ad presentiam nostram accedens ostendit nobis quoddam privilegium uno sigillo munitum a domino quondam imperatore Henrico patre nostro divo augusto inclyte recordationis eidem episcopatui Teatino pie indultum, supplicans excellentie nostre humiliter et devote ut privilegium ipsum et ea que continentur in ipso innovare concedere et confirmare sibi de nostra gratia dignaremur, cujus tenor talis est:

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus sextus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, rex Sicilie. Inter cetera que in actus pios expendimus quibus magis Deum propitium nobis reddimus et speciali devotione placamus, hoc solum arbitramur esse potissimum et hoc potius nostris applicamus utilitatibus cum Ecclesiis et locis venerabilibus consideratione pia conferimus. Inde est quod nos intuitu regis regum et creatoris omnium, cui totius nostre felicitatis incrementa debemus, ob remissionem animarum parentum nostrorum ac longevam nostri conservationem imperii, necnon ex exuberanti nostre mu-

nificentie gratia presenti nostro privilegio concedimus et perpetuo confirmamus episcopatui Teatino et predicto episcopo fideli nostro et successoribus suis omnia castella, casalia et ecclesias que tempore predecessorum regum Sicilie regis felicis Rogerii, Guillelmi primi et secundi ipsa Ecclesia Teatina tenuit et possedit : scilicet in terra Teatina in demanio civitatem Teatinam, castellum Triviliani, castellum Furce, castellum Villemagne, castellum Scorchose; in servitio castellum Mucle, castellum Orni, item in demanio silvam et territorium Sambuceti in pertinentiis Aterni, nec non et Ecclesiam sancte Jerusalem, sancti Leguntiani et Domitiani loci predicti cum capellis juribus et pertinentiis eorumdem. In terra vero de Penna in demanio castellum montis Silvani, Sancte Marie in Rivulo cum casali suo, villam Sculcule cum territoriis et silvis ejus. In servitio autem castellum Lastiniani, salvo mandato et ordinatione nostra et heredum nostrorum; et ut hec liberalitatis nostre concessio et confirmatio in perpetuum eidem Ecclesie Teatine predictoque episcopo et successoribus suis firma stabilisque permaneat et nulli in aliquo liceat contraire, presens inde privilegium conscribi et majestatis nostre sigillo jussimus communiri, statuentes et imperiali precipientes edicto ut nulla persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, hanc nostram concessionem et confirmationem infringere audeat vel aliquibus calumniis perturbare presumat; quod qui fecerit ultra indignationem nostram quam graviter incurreret centum libras auri purissimi componat, medietatem camere nostre, reliquam passo injuriam persolvendam. Hujus autem rei testes sunt Henricus Guarmacensis episcopus, Golvigerius Pataviensis episcopus, Henricus de Calendinis, Robertus de Venna, Conradus dux Spoleti et regni Sicilie vicarius, comes Hugo de Macela et alii quamplures. — Ego Conradus imperialis aule cancellarius una cum Gualterio Trojano episcopo regni Sicilie et Apulie cancellario recognovimus. — Signum domini Henrici sexti divina favente clementia Romanorum imperatoris, semper augusti, et regis Sicilie. — Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo centesimo nonagesimo quinto, regnante domino nostro Henrico sexto imperatore Romanorum, semper augusto, et rege Sicilie, amen, regni ejus [anno] vicesimo quinto, imperii vero quinto et regni Sicilie

primo. — Datum apud Esculum de Marca (1), per manum Alberti protonotarii imperialis aule, primo die mensis madii, indictione tertiadecima.

Nos igitur prefati episcopi devotionem et fidem quam erga personam nostram habere dignoscitur diligentius attendentes, intuitu etiam beati Thome apostoli in cujus nomine dicata Ecclesia Teatina dicitur et fundata, necnon et pro remedio animarum felicium augustorum patris et matris nostre memorie recolende, pro nostra quoque salute, tam ipsum privilegium quam ea omnia que continentur in ipso, prout superius sunt expressa, eidem Ecclesie Teatine et dicto episcopo successoribusque suis de nostra gratia innovamus, concedimus et perpetuo confirmamus, salvo servitio quod curie nostre inde debetur, salvo insuper mandato et ordinatione nostra et heredum nostrorum. Ad hujus autem innovationis, concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium scribi et majestatis nostre sigillo jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Brundusii, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo septimo, mense augusti, quintedecime indictionis, imperante domino Friderico invictissimo Dei gratia Romanorum imperatore, semper augusto, Hierusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii ejus septimo, regni Hierusalem secundo, regni vero Sicilie tricesimo feliciter. Amen.

Fridericus, Romanorum imperator, Conradum Hildensemensem episcopum, pro cura quam fideliter gerit circa crucesignatos et pro debitis ecclesiæ ejus, ab omni servitio quod sibi et imperio exhibere tenetur, eximit. Brundusii. 7 septembris.

(Edidit H. SUDENDORF, *Merkwürdige Urkunden für die Deuts. Gesch.*, Erster theil, p. 102, nº LI ex *Diplomatario Hildeshem. manuscr.* hactenus inedito; sed minus recte ad ann. 1228 instrumentum collocavit.)

(1) Scilicet *Ascoli* ita dictus *de Marca* (*Marchia*), ut distinguatur ab *Ascoli de Capitanata*.

Fridericus, Dei gratia [Romanorum] imperator, semper augustus, Jherusalem et Sicilie rex. Dignum esse decrevimus et pietas persuadet ut hii qui dignis insistunt obseqniis ex munificentia nostra premia digna reportent. Inde est quod per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus quod nos attendentes fidem et devotionem C. venerabilis Hildensemensis episcopi, dilecti principis nostri, pro cura etiam et sollicitudine quam fideliter gerit circa crucesignatos pro subsidio terre sancte (1), et quia ecclesia sua propter guerrarum discrimina nonnullis tenetur debitis obligata, eumdem episcopum ab omni servitio quod nobis vel imperio exhibere tenetur, donec curam et sollicitudinem crucesignatorum geret, divine retributionis intuitu duximus absolvendum. Quare universitati vestre mandamus et precipimus quatinus nullus vestrum servitium aliquod exigat a prefato episcopo, quamdiu crucesignatorum [curam] gesserit pro subsidio dicte terre.

Datum Brundusii, VII septembris, indictionis prime.

Brundusii, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, episcopi et capituli Gurckensis, in Karinthia, subjectionem confirmat erga Metropolitanam ecclesiam Salzburgensem (2).

(Memorat. tantummodo ap. KLEINMAYR, *Nachrichten von Juvavia*, p. 250.)

(1) De re ista cf. documentum (ibidem, p. 86, n° XL relatum) quo Conradus Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus, apostolicae Sedis legatus, Magdeburgensi et Bremensi archiepiscopis commendat Hildensemensem episcopum cui tam a domino papa quam a se *predicationis officium pro terre sancte subsidio fuit commissum*. Dat. apud Halberstad, pridie kalendas septembris [1224 vel 1226]; nec non et litteras Friderici imperatoris II. duci Saxoniae directas; quae supra. Dat. Parme [mense junio 1226].

(2) Adsunt in Regest. n^is 25 et 26 litterae Gregorii episcopo Concordiensi, abbati Moracensi et præposito de Garnech, Aquilegensis dioecesis, necnon et archiepiscopo Salzburgensi

Datum Brundusii, anno dominice incarnationis M. CC. XXVII, mense septembris, indictione I.

Brundusii, 8 septembris.

Interea pars crucesignatorum non modica, in Apulia superveniente infirmitate, cecidit per mortis occasum. Imperator tamen cum Lantgravio et reliquis crucesignatis se parat ad transitum, ita quod in die Nativitatis beatæ Virginis, a Brundusio transfretans venit Hydrontum, et spem faciens iis quos præmiserat (1) de transitu suo, morari apud Hydrontum ex causa necessaria voluit, ubi casu accidente dictus Lantgravius obiit, et ipse tunc etiam imperator sicut disposuerat, superveniente aegritudine, non transivit. Quamobrem papa motus contra eum apud Anagniam penultimo mensis septembris... sine causæ cognitione denuntiavit ipsum imperatorem in.... excommunicationis sententiam incidisse. Riccardi de S. Germ. *Chronic. ad ann.*

Hydronti, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Hermanno filio Ludowici lantgravii Thuringiæ et Saxoniæ comitis Palatini, jam defuncti,

---

missae, quibus eos monet ut causam Gurcensis episcopi contra archiepiscopum Salzburgensem regalia sibi vendicantem audiant et, si fieri poterit, terminent. Alioquin rem ad Sedem apostolicam remittant. Datum Laterani, VIII idus aprilis, anno primo (6 aprilis 1227). — Cf. privilegium confirmationis hoc ipso anno 29 martii archiepiscopo Salzburgensi ab Henrico (VII), Romanorum rege, indultum.

(1) Scilicet quadraginta millia hominum in festo Assumptionis Mariae jam e portu Brundusino solverant; qui audito imperatoris reditu, protinus e terra sancta in eisdem navibus quibus venerant cum confusione regressi sunt, exceptis militibus octingentis quibus dux de Limburg præerat. Cf. Matt. Paris. *Hist. maj. Anglor.*, ad ann. p. 234.

concedit, ut si Henricus filius quondam marchionis Missinensis antequam ad legitimam aetatem perveniat moriatur, idem Hermannus marchiam Missinensem, cum omnibus tenimentis, rationibus et pertinentiis tunc in rectum feudum teneat et possideat.

(Edidit PH. ERN. SPIESS, *Archivische nebenarbeiten, pars prima, urkund.*, n° IX, p. 147, ex cop. vidim. In arch. Plassenburg.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos pro gratis et acceptis servitiis que quondam Ludowicus lantgravius Thuringie, comes palatinus Saxonie, dilectus princeps et consanguineus noster, nobis et imperio donec vixit (1) semper exhibuit laudabiliter et devote, volentes gratiam munificentie nostre, quam ipsi lantgravio liberaliter feceramus, ad Hermannum, ejus filium, dilectum consanguineum nostrum, benignius derivare, cujus servicia nobis et imperio credimus in posterum profutura, concedimus ei, ut si Henricum filium quondam marchionis Missinensis, antequam ad legitimam etatem perveniat, mori contigerit, marchiam Missinensem cum omnibus justis tenimentis, rationibus et pertinentiis suis et omnibus aliis que quondam pater suus marchio Missinensis a nobis et imperio in feudo tenuit, quoad vixerit, ipse Hermannus filius lantgravii supradicti à nobis et imperio teneat et possideat in rectum feudum, prout ea

(1) *Annales veteres* apud *Thuring. Sacr.* p. 107 citati, ita ejus mortem enarrant : « Profectus » igitur de sua civitate Smalchalden, in die Joannis Baptistae ad partes transmarinas ubi in » Sicilia imperatorem reperil, in nativitate Mariae, Brundusii antequam navem ascenderel cœpil » paulisper febribus inquietari. Ingressi deinde civitatem que Ortrant dicitur, imperatricem » invenerunl : cœpitque acrius febribus vexari. Accersito patriarcha Hierosolymitano sacra- » menta accepil, deinde videns columbas albas se circumdantes, obdormivit in Domino, III idus » septembris. » (11 sept.) Ossa ejus in Thuringiam delata in cœnobio Reinhardsbornensi sepulta sunl cum hac inscriptione lumularium lapidem circumeunte. † ANNO. DOMINI. M.CC.XXVII. III. YD. SEPTEMBRIS. O. LUDEWIC. V. THURINGOR. LANTGRAVI. BEATE. ELIZABET. MARIT. I. SICILIA. CIVITATE. ORTRANT. Z. HIC. SEPULTUS. (Vide REYHER, *Monum. Lantgrav. Thur.* Ibid., tabula 11.)

omnia ipsi lantgravio patri suo quondam nostra concesserat celsitudo (1); mandantes et presentis scripti auctoritate firmiter injungentes, ut nulla omnino persona magna vel parva, ecclesiastica vel secularis, contra hanc concessionem nostram ausu temerario venire presumat, vel in aliquo contraire; quod qui presumpserit, indignationem nostram et penam quinquaginta librarum auri se noverit incursurum, medietatem camere nostre et alteram medietatem passis injuriam persolvendam. Ut autem hec nostra concessio rata semper et inconvulsa permaneat, presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus vero rei testes sunt, G. venerabilis Jerusalemitanus patriarcha, Jo. (2) Reginus et M. Barensis archiepiscopi, B. (3) Melfiensis et J. Acconensis episcopi, abbas Morbacensis, frater H. magister domus Theutonice, R. dux Spoleti, et alii quam plures.

Datum apud Ydrontum, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo septimo, mense septembris, prime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii ejus septimo, regni Sicilie tricesimo, et regni Jerusalem secundo feliciter. Amen.

Anagniae, 10 octobris.

Encyclica Gregorii papæ, qua memorans quomodo Fridericus Romanorum imperator, promissiones pro liberatione terræ sanctæ toties factas eluserit, illum excommunicatum et ab omnibus evitandum denuntiat, pro eo quod non transfretavit in termino præ-

---

(1) Successionem marchionatus Misnensis unde tunc temporis viginti millia marcarum erant percipienda, Ludowico lantgravio promiserat imperator pro recompensatione expensarum in apparatu belli sacri factarum. Vid. Freder. II epistolam 6 decemb., hujus anni.

(2) *Lando* autem, non *Joannes*, qui in catalogo archiepiscoporum Rhegiensium hujus aevi nusquam apparet.

(3) Legendum autem R., scilicet *Richerius*.

fixo nec in taxatis passagiis pecuniam, quam debuerat, ad terram sanctam destinavit, nec duxit mille milites per biennium ibidem tenendos, sicut apud Sanctum Germanum fuerat pollicitus.

(Edider. Raynald. *Annal. eccles.*, tom. I ad ann. 1227, § XXX et seq. ex Regest. Gregor. ann. I, n° 177. — Matt. Paris, ad ann. 1228, p. 238, 239, apud quem encyclica Stephano, archiepiscopo Cantuariensi, mittitur cum longiori proœmio, quod addimus, collata collectione Parisiensis Biblioth. In Cod. Taurin. D, 38, fol. 54, haec eadem archiepiscopo Ravennati directa datur Anagniae, III octobr.)

Gregorius episcopus etc., Marsicano, Valvensi, Theatino, Pennensi, Aprntino, ceterisque per has regiones constitutis episcopis, etc. In maris amplitudine spatiosa navicula Petri posita, vel potius exposita turbinibus tempestatum, sic jugiter procellis et fluctibus agitatur, ut ejus gubernatores et remiges vix contingat aliquando inter angustias inundantium imbrium respirare. Nam si quando prospero vento flante plenis velis ad portum tenditur, subito ventus irruens ex adverso impulsus ab illo, cujus halitus prunas ardere facit, ad maris altitudinem et turbulente profunditatis oceanum navim rapit que cincta fluctibus mergitur, non submergitur, quia iu ea residens Dominus discipulorum tandem clamoribus excitatus, dum fugat spiritus insufflantes, et mari ventisque imperat, fit tranquillum. Quatuor quidem procelle precipue quatiunt navim istam; nam perfidia paganorum terram inclytam Christi sanguine consecratam impie detinere contendit; rabies tyrannorum temporalia rapiens, exterminat justitiam et conculcat ecclesiasticam libertatem; hereticorum insania Christi tunicam scindere nititur et subvertere fidei fundamentum; falsorum fratrum et filiorum dolosa perversitas concutit viscera et latus dilacerat matris sue. Sicque foris pugne, intus timores: extra interficit gladius et domi mors similis intentatur; fitque frequenter quod Christi Ecclesia tot angustiis perturbata, dum alere credit filios, nutrit in sinu ignem, serpentes et regulos qni flatu, morsu, incendio cuncta vastare nituntur. Hinc est quod ad monstra hujusmodi perimenda et expugnandas acies inimicas, ad tempestatum inquietudines mitigandas, apostolica sedes his temporibus cum multa diligentia quemdam nutrivit alumnum,

imperatorem videlicet Fridericum, quem quasi a matris utero excepit genibus, lactavit uberibus, humeris bajulavit, de manibus querentium animam ejus frequenter eripuit, educare studuit multis laboribus et expensis, usque ad virum perfectum deduxit, ad regie dignitatis decorem et tandem ad fastigium culminis imperialis provexit, credens ipsum fore defensionis virgam et sue baculum senectutis. Ipse autem dum in Theutoniam se transtulit ad habenas imperii obtinendas, jocunda quedam, ut credebatur, auspicia, sed verius spicula matris obtutibus inferebat. Nam sponte, non monitus, Sede apostolica ignorante, crucem suis humeris affixit, vovens solemniter se in terre sancte subsidium profecturum. Deinde se ac alios crucesignatos excommunicari obtinuit, nisi certo proficiscerentur tempore; sed incidenter absolutionem petiit et accepit, de parendo super hoc mandatis Ecclesie prius prestito juramento. Exuberantem autem gratiam super ipsum apostolica sedes effundens ut festinantius ad terre sancte transiret subsidium, ipsum contra morem ad coronam vocavit, que ad hoc non invitare sed invitari multiplicatis intercessionibus per magnificos nuntios consuevit; sicque idem sub crucis vexillo usque ad hec tempora negotia propria plenius et perfectius consummavit. Tandem cum de manibus felicis recordationis Honorii pape, predecessoris nostri, in beati Petri basilica recepisset imperii diadema, de manibus nostris, tunc in minori officio constitutis, crucem resumpsit, votum publice innovavit, plures de spe sui subsidii ad crucem suscipiendam induxit, certum recepit terminum transfretandi. Habito quoque postmodum apud Verulas cum Ecclesia Romana colloquio, juravit publice se in certo termino a Romana sibi ecclesia prefigendo tanquam imperatorem honorifice profecturum. Exinde apud Ferentinum, in colloquio simili, duorum annorum transfretandi sibi elegit terminum et prefixit, seque tunc transiturum et nobilem mulierem natam charissimi in Christo filii nostri Joannis regis Hierosolymitani illustris, ipsius regni heredem, in conjugem recepturum solemniter prestito juramento spopondit; adjungens, quod per hoc ad obsequium terre sancte, non ut ceteri peregrini, sed ut Hospitalarius vel Templarius, se in perpetuum obligabat. Appropinquante itaque termino prelibato, cepit multiplices excu-

sationes pretendere se ad transitum asserens imparatum, et ut denuo duorum annorum sibi daretur terminus, grandia obtulit obsequia terre sancte cum obligationibus satis magnis. Apostolica vero Sedes ne tantis laboribus exsufflatis et inutiliter sic exhaustis totum dissolveretur negotium, quod humeris hujus principis post Romanam Ecclesiam principalius incumbebat, habito plurium episcoporum et aliorum proborum virorum consilio, de contingentibus nil omittens, venerabilem fratrem nostrum P. (*a*) Albanensem episcopum, et bone memorie G. tituli Sancti Martini presbyterum cardinalem ad firmanda ea que imperator pro Crucis obsequio spontaneus promittebat, transmisit. Cumque apud sanctum Germanum cum pluribus Alemannie principibus pariter convenissent, imperator propria manu juravit, quod inde ad biennium, id est in passagio augusti proximo nunc transacti, omni excusatione ac dilatione cessantibus, transfretaret, mille milites ibidem per biennium teneret ad suum in obsequiis terre sancte, centum millia unciarum auri in quinque passagiis proximo tunc futuris illuc destinaret certis assignanda personis; et tunc cardinales predicti de imperatoris assensu in ejus conspectu, principum ac populi circumstantis, sententiam excommunicationis publice auctoritate Sedis apostolice protulerunt in quam incideret imperator, si forsan in aliquo deficeret predictorum. Obligavit se insuper imperator ad centum calendras et quinquaginta galeas ducendas et tenendas biennio ultra mare, ac quod insuper duobus millibus militum passagium certis terminis largiretur, in animam suam jurari faciens se ista que prediximus impleturum, et sponte consentiens in ipsum et regnum suum ferri sententiam, si hec non fuerint observata. Qualiter autem hoc impleverit advertatis. Nam cum ad ejus frequentem instantiam multa crucesignatorum millia per excommunicationis sententiam coarctata in termino destinato ad portum Brundusii properassent, quia gratiam suam imperator subtraxerat civitatibus fere omnibus in portubus constitutis, et idem a predecessore nostro ac nobis frequentius monitus ut diligenter pararet om-

(*a*) Scilicet *Pelagium*; non autem *Petrum*, sicut minus recte apud Matthæum Parisiensem legitur.

nia et fideliter que spoponderat adimpleret, ipse omnium promissorum que apostolice Sedi et crucesignatis per litteras suas fecerat de sponsione passagii, necessariorum et victus, et sue salutis immemor, tamdiu in estivi fervoris incendio in regione mortis et aëris corruptela detinuit exercitum christianum, quod non solum magna pars plebis, verum etiam non modica multitudo nobilium et magnatum pestilentia, sitis ariditate et multis incommoditatibus expiravit. Inter quos defecerunt bone memorie nobilis vir Lantgravius et episcopus Augustensis (1). Pars vero non minima infirmitate gravata regrediens in viis et silvis, montibus, planitiis et speluncis, occubuit jam ex parte. Sane reliqui vix imperatoris obtenta licentia, licet galee, calendre ac naves sufficientes ad transitum victualium hominum et equorum, ut promiserat, non adessent, in festo tamen Nativitatis beate Virginis, cum jam temporis instantia immineret, ut naves a transmarinis partibus inciperent remeare, sulcare maria inchoarunt, se pro nomine Jesu Christi discrimini committentes ac credentes imperatorem cominus eorum vestigium secuturum. Idem vero evacuatis promissionibus, ruptis vinculis quibus tenebatur astrictus, calcato timore divino, contempta reverentia Jesu Christi, censura ecclesiastica vilipensa, derelicto exercitu christiano, exposita infidelibus terra sancta, devotione populi christiani abjecta, in suum et totius christianitatis opprobrium retrorsum abiit, attractus et illectus ad consuetas delicias regni sui, abjectionem sui cordis frivolis excusationibus, ut dicitur, gestiens palliare. Attendite et videte si est dolor sicut dolor apostolice Sedis matris vestre, sic crudeliter et toties decepte a filio quem lactaverat, in quo locaverat in hoc facto fiduciam spei sue, in quem tot beneficiorum abundantiam cumularat, dissimulans interim, ne occasione inventa se averteret a terre sancte subsidio, exilia presulum, spoliationes, captivitates et injurias multiplices quas ecclesiis et religiosis et clericis irrogavit, et obaudiens querelas multiplices pauperum popularium et nobilium patrimonii Ecclesie clamantium contra ipsum, quas in aures Domini Sabaoth credimus introisse; et quamvis

(1) Iste vigesimo tertio augusti succubuerat. Legitur autem ap. Matt. Paris., sed male : *bone memorie episcopi Andegavensis et Augustensis.*

Romana Ecclesia doleat filium tanta educatum diligentia et magnificentia exaltatum, nunc sic viliter sine marte victum, absque hoste prostratum, in tante confusionis opprobrium tam ignominiose dejectum, non minus gemit exterminium exercitus christiani qui non inimicorum gladiis vel virtute defecit, sed calamitate tam miserabili est consumptus. Gemit etiam quod pars residua bellatorum exposita maris periculis et fluctibus tempestatum absque duce, preceptore vel principe ducitur quo ignorat, modicum profutura terre sancte utilitatibus; quibus debite consolationis solatium et opportune subventionis auxilium, impedientibus jam maris frementis procellis temporisque angustia, juxta votum non possumus ministrare. Plangit insuper excidium terre sancte quam nunc eripi de paganorum manibus sperabamus, quam olim, ut asseritur, recuperasset exercitus christianus per concambium Damiate, nisi ei semel et iterum imperialibus fuisset litteris interdictum. Qui etiam non fuisset conclusus in manibus paganorum si galearum imperatoris subsidium tunc fuisset, ut ex parte sua promissum extiterat et fieri potuit, subsecutum; nec Damiata perdita que, ut asseritur, suo tradita nuntio et aquilis imperialibus insignita, eadem die crudeliter expoliata et per suos deserta (*a*), viliter et ignominiose per ipsos fuit infidelibus restituta. Recurrit etiam ad rediviva suspiria, et amissionem prescriptam recolens Damiate, tot laborum angustias, tot expensarum dispendia, tot mortes fidelium, tot excursus temporum que inutiliter effluxerunt subortis lacrymis deflere non cessat, necdum est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus et abstergat lacrymas a maxillis. Cum ergo vox ejus jam in Rama insonuerit, et Rachel non solum filios, sed hec omnia irremediabili lamentatione deploret, quis fidelium se a gemitibus et suspiriis continebit? quis filiorum cernens aquarum profluvia matris oculis prodeuntia lacrymas non effundet? quis matris non compatietur angustiis nec immensis ejus doloribus condolebit? quis fidelium propter hoc non ardentius inflammabitur ad subsidium terre sancte, ne christiana juventus ex insperato casu prostrata penitus videatur et ignominiose animo consternata? nonne viri cordati

(*a*) In Matt. Paris. *deteriorata.*

et filii Jesu Christi debent ad subsidium terre sancte tanto fortius animari, quanto ignominiam geminatam amplius resultare conspiciunt ex insperata ruina in patrem et filios, in Redemptorem atque redemptos, in Christum et populum christianum. Nos enim istud negotium tanto ardentius assumere affectamus, et profundiori consilio alta intendimus remedia invenire, quanto major incumbit necessitas et ex multis conflata doloribus nostram grandis angustia mentem premit. Etsi enim Dominus populo suo modicum ostenderit se iratum, de illius manu hoc tempore sacrificium non acceptans qui prudentiam non est imitatus illorum per quos salus in Israel fieri consuevit, nondum tamen misericordie Domini sunt consumpte, nec ejus miserationes penitus defecerunt. Speramus namque in misericordia Dei nostri quod viam nobis ostendet per quam in hoc negotio prospere gradiamur, et viros secundum cor suum Ecclesie designabit qui precedant in cordis puritate ac manuum munditia exercitum christianum. Quapropter fraternitatem vestram obsecramus in Domino, per apostolica vobis scripta precipiendo mandantes quatenus hec clero et populis vobis commissis fideliter exponentes ac inducentes eosdem ut ad hec exequenda studeant suos animos preparare; ipsos ad vindicandam injuriam Jesu Christi sedulis exhortationibus invitetis ut cum ipsos apostolica Sedes habito maturiori tractatu sollicitandos providerit, promptos inveniat et paratos. Porro ne tanquam canes muti, non valentes latrare, videamur deferre homini contra Deum, non sumentes ultionem de illo qui tantam ruinam in Dei populo procuravit, imperatorem Fridericum qui nec transfretavit in termino, nec illuc in taxatis passagiis prescriptam pecuniam destinavit, nec duxit mille milites per biennium tenendos ibidem ad suum pro subsidio terre sancte, sed in his tribus articulis manifeste deficiens in excommunicationis descripte laqueum ultroneus se ingessit, excommunicatum quanquam inviti publice nuntiavimus (1), et mandamus ab omnibus arctius evitari, per vos et alios ecclesiarum prelatos ipsum excommunicatum precipientes publice nuntiari, contra ipsum si contumacia ejus

(1) Scilicet 29 septembris, ut supra diximus.

exegerit gravius processuri. Confidimus tamen adhuc in clementia pii Patris qui neminem vult perire quod ejus mentis oculi caligantes hoc ecclesiastico delibuti collyrio, si non fuerit omnino rebellis, lumine poterunt illustrari, ut suam aspiciant nuditatem et ignominiam quam incurrit advertant; sicque recurrat ad medicum et ad matrem Ecclesiam revertatur per humilitatem debitam et satisfactionem congruam, salutis remedia recepturus. Nos enim ejus salutem in Domino, non interitum affectamus quem ab olim sincere dileximus, in minori etiam officio constituti.

Datum Anagnie, sexto idus octobris, pontificatus nostri anno primo (1).

Trojae, 13 octobris.

Fridericus, Romanorum imperator, potestati et communi Pistoriensi mandat ut cum in valle Arianæ et in valle Arni violentias et gravamina intulerint, ad inquisitionem Everardi Castellani Sancti Miniatis, dent satisfactionem de damnis et captivos restituant.

(Edider. cum notis chronologicis diversis Zacharia, *Anecdot. medii aevi coll.*, p. 79, ad ann. 1228, ex libr. Censuum, p. 164 tergo. — Camici, *Notiz. istor. suppl. de vicar. imper.*, tom. X, p. 74, ex eodem, ut asserit, fonte, addito notarii authentico quod exhibemus.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, potestati et communi Pistoriensi fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Intellexit serenitas nostra quod vos per absentiam Everardi Castellani Sancti Miniatis (2) ad nos fidelium

(1) Legitur vero ap. Matt. Paris., sed mendose : *Data Laterani, pontificatus nostri anno secundo*, deficiente mensis nota. Difficilius enim credendum est usque in annum sequentem Gregorium abstinuisse quin rem tanti momenti ad Anglorum notitiam deferret.

(2) De hoc Castellano vid. docum. 27 septembris 1226, — 22 maii et 16 junii 1229 — et 3 junii 1230.

nostrorum congregantis exercitum, vallem Arriane sive Arni invasistis et quedam castra nostra combustioni supposuistis; quod tanto nobis displicet, quanto vos hactenus fideles devotos nostros et imperii habebamus et executioni mandatorum nostrorum invenerimus vos paratos. Homines etiam et cepistis et interfecistis, ut dicitur, et mulieribus valde injuriose gravamina intulistis. Quare fidelitati vestre sub debito fidelitatis qua nobis et imperio tenemini, districte precipimus quatinus ad inquisitionem dicti Everardi Castellani nostri de damnis illatis satisfaciatis eidem et injuriis supradictis, captivos etiam quos habetis restituatis eidem.

Datum Troje, XIII octobris, prima indictione (1).

Ego Verbosus apostolice Sedis notarius atque tabellio autenticas illas imperiales litteras e quibus hoc scriptum est exemplatum vidi imperiali sigillo munitas, et eas hic de verbo ad verbum scripsi et fideliter exemplavi, nullo addito vel remoto. Et ad futuram ostensionem predictis signum proprium apponendo subscripsi aliquantulum ultra rigorem, coram domino Rainerio Spatarchi et Bertaldesio quondam Leonardi et domino Lazario vicecomite domini Everardi Castellani Sancti Miniatis et domino Orlandino de Meone, anno dominice Nativitatis M.CC.XXX, indictione III (2).

---

(1) Legitur in Camici : *Datum Troje, XVI octobris, indictione IV,* scilicet anno 1230; omnino tamen dubium est an tunc temporis apud Trojam moratus fuerit Fridericus, dum contra notae, ut apud Zachariam reperiuntur, optime rerum et itineris ordini conveniunt. Addimus insuper adnotationem Zachariæ; quæ est ita : « Dom. Jacobus de Burgo Pistoriensis potestas » satisfecit vice et nomine communis Pistoriensis; quod constat ex Everardi ipsius testimonio in » charta quæ in eodem Censuum libro extat ead pag. : *Scripta in valle Neule juxta stratam » publicam prope locum ubi dicitur ad fornacem, ann. domin. Nativ. M.CC.XXX, decimo » sexto calendas aprilis, indictione tertia.* » Cum alia desint monumenta, conjicere licet Pistorienses, durante inter Papam et imperatorem discordia, satisfactionem distulisse quam ineunte tractatu pacis tandem dederunt.

(2) Sic : non expressa mensis nota.

Laterani (exeunte octobri).

Gregorius papa Friderico Romanorum imperatori scribit se licet ipsum sententia percellerit, maxima tamen qua potuerit dulcedine erga ipsum egisse; oppressiones ecclesiarum in regno Siciliæ, et persecutionem comitum pro quibus se Ecclesia Romana obligavit, memorat; monetque ut hæc omnia emendet, et ad gremium fidei catholicæ satisfaciendo Deo et hominibus recurrat.

(Edid. Raynald. *Annal. eccles.*, ad ann. 1227, § XLI, ex Regest. Gregor., lib. I, n° 165.)

Gregorius etc., Frederico Romanorum imperatori illustri, semper augusto, et regi Sicilie, spiritum consilii sanioris. Utinam imperialem celsitudinem ita assuefecisses timori divino ut illi te tota devotione subjiciens qui tibi subjecit varias nationes, non solum ipsum contra te provocare metueres ne argueréris ingratitudinis manifeste, sed pro perceptis beneficiis ad serviendum sibi totis desideriis aspirares, qui cum non nisi pro te indigeat bonis tuis, nequaquam affectum nedum effectum irremuneratum relinqueret servientis. Utinam quoque benignitatem et patientiam Ecclesie Romane humiliter recognoscas, quam cum exasperaveris multipliciter ultra quam expediat recenseri, ne celsitudinem tuam convitiis velle lacessere videamur, ipsa erga te semper affluens pietatis materne visceribus tecum nunquam processit nisi in spiritu lenitatis. Quare arguimur, et forsitan non indigne, quod quasi coquentes hedum in lacte matris, te in tuis noxiis voluntatibus fovere videamur in multorum prejudicium et scandalum Ecclesie generalis. Licet enim ex eo quod Christi causam quam videbaris magnanimiter assumpsisse, sperantibus fere omnibus te illam ad finem deducere gloriosum, ita inerter, ita periculose, ita misere dejecisti, dolor immoderatus, stupor immensus et enormis horror corpus et animam nostram nudique circumdederunt, ita quod fere in extasi positi de recuperatione terre sancte pene penitus cepimus despe-

rare, flentes amarissime nihilominus tot et tantos occasione tui mortuos christianos et gementes illorum exilium, utinam non excidium! qui pro tua fiducia iter arripuerunt in ejusdem terre subsidium transfretandi. Omne tamen quod potuimus erga te servavimus mansuetudinis moderamen, illam tantum sententiam publicando quam ipse in te voluntarius feceras promulgari et retardando illas quas consensisti ferendas, nisi conditiones alias quas promiseras adimpleres. Ne autem possit quispiam suspicari quod sinceritatis affectus quem erga te gerimus sit ex hoc vel in aliquo diminutus, cum dicatur potius quod pater filium quem diligit corripit et e contrario qui parcit virge odit filium, ea que ad salutem anime tue quam totis visceribus affectamus pertinere cognoscimus, necnon ea que ad honoris tui augmentum proveniunt, quem libenter in quibus convenit promovemus, serenitati tue non desinimus suadere. Ideoque imperialem mansuetudinem rogamus, monemus et hortamur attente obsecrantes per aspersionem sanguinis Jesu Christi, quatenus ne (quod absit) de numero sis illorum de quibus Dominus conqueritur per prophetam dicens: Percussi eos et non doluerunt, et attriti renuerunt accipere disciplinam; sed potius correptus in misericordia correctionem recipias et medelam, ad solvenda varia vincula quibus teneris astrictus instanter intendas et ad gremium matris Ecclesie te desiderabiliter expectantis cum omni celeritate festines, satisfaciendo Deo qui tibi utique satisfecit et hominibus justitiam exhibendo. Sicut enim scire te credimus, contra nos murmuratur, immo clamatur quod prelatorum exilium, ecclesiarum, hospitalium, orphanorum et viduarum necnon aliorum religiosorum spoliationes, et alias atroces injurias visi sumus hactenus sub dissimulatione transire. Illud quoque nobis sepius exprobratur quod cum Ecclesia Romana se ad precum tuarum instantiam, prout ex litteris tuis apparet, fidejussorie obligarit super servanda compositione inter te ac comites Celanensem et Raynaldum de Aversa solemniter celebrata, ita tue sublimitati detulimus quod illorum videmur justitiam sustulisse qui nunquam disposuimus cuiquam in suo jure deesse. Nec illorum vociferationes possumus obaudire, qui clamantes quod ad preces pie recordationis Honorii pape predecessoris nostri dilectum filium nobilem virum comitem Roge-

rium in tuam recipiens gratiam et favorem promiseras quod ipsum in nullo minueres, sed potius augmentares, convitiando concludunt quod ipsius exilium quem ipse crucesignari fecisti et captivitatem filii quasi conniventibus oculis transimus qui afflictis et captivis specialiter tenemur adesse. Ad hec cum universi crucesignati sub speciali Sedis apostolice protectione consistant, multi subsannant convitiantes ironice ac dicentes : Eccine qualiter sunt protecti qui cum crucem assumerent potentes et divites, nunc a te ejecti exulant et mendicant. Preterea cum Regnum Sicilie pleno proprietatis jure ad Romanam spectet Ecclesiam, non solum calamitatibus oppressorum compassionis affectu confodimur gementium quod illos in eis sustinemus impie servitutis abusns quos vix debemus in regnis aliis comportare; sed confundimur a vocibus exprobrantium et loquentium quod tales afflictiones in iis qui ad Sedem apostolicam, te mediante, pertinent toleramus, quales ipse in iis qui ad te spectant aliquo medio nullatenus tolerares; cum intersit nostra potissimi beneficio consolationis adesse quibuslibet tribulatis. Quare nec illorum penas nec tuas culpas possumus ulterius salva conscientia comportare, presertim cum super iis jam monitus fueris diligenter. Ut igitur conscientie ac fame tam tue quam nostre propitiari proberis, monemus, rogamus et hortamur et pro dono speciali deposcimus ut memor quod nihil valet homini si universum mundum lucretur, anime vero sue sustineat detrimentum, taliter super his provideas quod solo virtutis amore que debita sunt videaris cupere adimplere; nosque facias de tua conversione immo profectu letari, sciturus quod parati sumus ad gratiam ubi tamen scimus justitiam non perire. Alioquin quantumcumque tibi deferre velimus, supradicta nequaquam dissimulare poterimus quin secundum Deum et justitiam procedamus. Datum Laterani (1).

---

(1) Exeunte octobri Gregorius papa Anagnia ad Urbem redierat, unde has scripsit litteras quae secundam excommunicationem tempore praeeunt.

[Mense octobris] Imperator de Apulia venit ad Balnea Puteolana..... Ipse mense novembris venit Suessam, et inde Gajetam se confert, et eisdem gressibus Capuam redit, ubi ad suam excusationem ad orbis principes et in Alemanniam litteras mittit (1). Interim omnes regni sui comites Capuam convocat ibique rexit curiam generalem, statuens ut singuli feudatarii darent de unoquoque feudo octo uncias auri et de singulis octo feudis militem unum in proximo futuro mense Maii in quo ad terræ sanctæ subsidium transfretare disponit. Solemnem vero curiam apud Ravennam (2) statuit mense Martii celebrandam. Tunc prudentem virum magistrum Roffridum de Benevento mittit ad Urbem cum excusatoriis suis quas idem magister publice legi fecit in Capitolio de voluntate senatus populique Romani.—Ricc. de S. Germ. *Chronic. ad ann.* Suessae, Gajetae, Capuae, novembri.

Fridericus, Romanorum imperator, magistro justitiario, justitiariis, camerariis, cæterisque officialibus mandat ut clericos civitatum Scalæ et Ravelli in nullo de caetero indebite aggravent, sed omnes eorum immunitates et privilegia conservent. Capuae, novembri.

(Edider. Ughelli, *Ital. Sacr.* tom. VII, p. 331. — Pansa, *Storia d'Amalfi*, tom. II, p. 40 : transumpt. et vidim. à Mattheo Scalensi episcopo, Bartholomei de Afflicto filio, ann. 1228, 3 januarii, indictione prima, in civitate Scalarum.)

---

(1) Quas infra exhibemus, 6 decembris hujus anni, pag. 37 et seqq.

(2) Cf. Conradi abbat. ursperg. *Chronicon* p. 325, ad ann. 1228.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, magistro justitiario, justitiariis, magistris camerariis, camerariis, bajulis et collectoribus tam presentibus quam futuris presentes litteras inspecturis gratiam suam et bonam voluntatem. Quantum ecclesias et clericos regni nostri in libertatibus et rationibus suis volumus conservare [et] eis olim a felicibus predecessoribus regibus recolende memorie concessa benignius attendimus, tantum nostre displicet pietati si contra tenorem privilegiorum suorum eos presumeret aliquis fidelium nostrorum vel officialium indebite molestare. Unde quia clerici civitatum Scale et Ravelli fideles nostri temporibus felicium regum predecessorum nostrorum et usque nunc tempus prosperitatis nostre ab omnibus datiis publicis et collectis et aliis gravaminibus se fuisse asserunt liberos et immunes, et cum nos ipsos clericos in eadem libertate et immunitate pie conservare velimus in quibus nunc felici tempore nostro fuerunt, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatinus clericos supradictos in nullo de cetero indebite aggravantes, omnes libertates et immunitates eorum et rerum suarum necnon antiqua privilegia ipsis a felicibus predecessoribus nostris concessa, quibus felicium regum predecessorum nostrorum temporibus usque ad hec felicia tempora nostra usi sunt, eis integre conservetis et in omnibus justitiis et rationibus suis sic manuteneatis eosdem quod in nullo de cetero indebite se sentiant aggravatos et nos devotionem vestram exinde commendemus. Nos enim tanto eos volumus protegere et in suis rationibus specialius conservare quanto divina clementia nos pre aliis orbis principibus exaltavit.

Data apud Capuam, anno dominice incarnationis M. CC. XXVII, mense novembris, indictione I.

Capuae, 6 decembris.

Encyclica Friderici Romanorum imperatoris in qua exponit seriatim qualiter Ecclesia Romana ante et post crucem assumptam erga se egerit, quæ causæ transfretationem suam impedierint,

quam injuste contra se a summo pontifice processum fuerit, admonetque ut cum sit ipse paratus ad transfretandum sub medio mense maii futuro, nuntii mittantur ad colloquium quod sub media futura quadragesima Ravennæ habere disponit.

(Edider. Martene et Durand, *Ampliss. Collect.*, t. II, epist. LXXIX, col. 1194-1202, ibi collati cum Cod. Bibl. Reg. Paris. *fonds S. Germ.* n° 455, pars 1. — Edidit quoque Giugurta Tommasi, *dell' Istorie di Siena*, lib. IV, p. 217 et seqq., cum hoc titulo : *Potestati consilio totique communi Senensi*, paucisque verbis mutatis; ex quo notationem mensis et indictionis quæ deest in Martene deprompsimus. Initium quoque tantummodo exhibuit Wurdtwein, *Nova subsid. diplom.*, t. VI, p. 7. — Encyclica civitati Veronæ directa data fuit quinto die decembris. Cf. Pertz, *Archiv der Gesellschaft*, tom. VII, p. 924. — Memorat. ap. Conrad. Ursperg. *Chronic.* p. 324, ad ann. 1227.)

Fredericus, Romanorum imperator, semper augustus, etc., universis crucesignatis, etc. In admirationem vertimur vehementem quod unde pro multis beneficiis prestolabamur gratiam, inde tam offensionis quam etiam contumelie diversa genera reportamus. Inviti loquimur, sed tacere nequivimus ne in eo quod diu tacuimus spes que multos decipit nos forte decipiat. Sumus nos ad quos devenerunt seculorum fines, cum non tam in ramis, sed in radicibus etiam videatur caritas refrigere. Non enim solum gens contra gentem insurgit nec regnum regno minatur, non pestis et fames tantummodo corda viventium premisso terrore conturbant, sed ipsa caritas qua celum et terra regitur non tantum in rivulis, sed videtur in fonte turbari, ac Romanum imperium ad fidei christiane defensionem divinis provisionibus deputatum non a quibuslibet infimis, sed ab ipsis quos honorarat et sibi proposuit patribus graviter infestatur. Si enim contra nos homo inimicus consurgeret, si persecutor ecclesié, si hostis fidei subjectos imperio nostro populos in odium nostrum concitaret, apprehenderemus arma defensionis et gladium cujus est nobis a Domino pro tuitione fidei et ecclesiastice libertatis attributa potestas, et totis inciperemus viribus prelia Domini preliari. Sed cum universalis ille pater Christi vicarius et beati Petri

successor in quo locavimus fiduciam spei nostre contra personam (*a*) nostram indigne et acute moveatur et ad conflandum in nos odinm totus videatur intendere, quis non conturbetur et stupescat adversus innocentiam nostram tam gravia bella parari, quibus non nisi urgens necessitas nos invitos cogeret obviare, cum beato Petro, velut cui ligandi atque solvendi concessit in terris Dominus potestatem, ob conferentis reverentiam credamus hnmiliter deferendum. Audiat igitur et intelligat orbis terre quod provocati trahimur scripturis et nuntiis dudum nostre matris Ecclesie in filium novercantis, quos contra nos nbilibet terrarum, sicut accepimus, destinavit. Audistis sane quod imperatrix Constantia dive memorie mater nostra de nobis utique filio quem diligebat laudabilem cnram gerens in extrema voluntate ipsum in sinu matris ecclesie provida dispositione dimisit, ut materno minime subsidio privaretur, sed amisse matris solatia noviter subtracta cura salubrior tanto firmius compensaret quanto per spiritualem et temporalem ejus potenciam pupilli posset indempnitatibus provideri. De cujns tutela licet sancta Sedes apostolica sollicitndinem habere laudabilem debuisset, non tamen pupillo defuit de patre periculum et de regno suo non modicum detrimentnm; et ne videamur diffusius cognita retractare, omnino patuit invasoribus regnnm nostrum, et sicut navis in tempestate sine remige, sic absque gubernatoris regimine pnpillaris hereditas indefensa in partes divisa fuit et ab inimicorum morsibus quasi penitus dissipata. Demum viro nobili consanguineo, licet inimicissimo domus nostre, Ottone de Saxonia, multo sed indebito favore Sedis apostolice, oppressa pupilli justicia, qualitercumque ad imperiale fastigium sublimato, dum crederetur pupilli statns vacillantis per ipsius potenciam totaliter perimendus, quia aliter homo, aliter videt Deus, divina miseratio humanam intentionem reprobans cum multa pietate permisit ut dictus nobilis consanguineus noster, licet nt diximus inimicus, per superbiam cuncta disponens, non solum contra nos inimicum suum commissum ecclesie, sed in ipsnm tutorem nostrnm per quem coronatus fuerat

(*a*) Alias *potenciam*; Tommasi *patientiam*.

nequiter conspiravit, et majori parte regni nostri jam per eum desolati per conceptam malitiam occupata, ipsam Sedem apostolicam que ipsum promoverat multis persecutionum generibus vehementer oppressit, ita ut quod tunc verius quam nunc ab existentibus in navicula Petri nautis tempestatibus agitata clamari poterat : « Domine, salva nos, perimus. » Cum non inveniretur alius qui oblatam imperii dignitatem contra nos et nostram justitiam vellet assumere et periclitanti navicule de portus solatio provideret, vocantibus nos principibus ex quorum electione nobis corona imperii debebatur, tunc dormiens in puppe Dominus discipulorum clamoribus excitatus per nos dejectum, quem mirabiliter preter humanam conscientiam conservarat, dejiciendo superbum et humilem exaltando, quasi ventis precepit et naviculam non solum liberavit a fluctibus, sed in tutiori et altiori specula mirabilius collocavit. Novit enim Altissimus quod preter humanum sensum et subsidium in Theutoniam veniendo multimodis periculis personam exposuimus nostram, et divino necnon et principum imperii subsidio mediante, per ministerium nostrum sic superbum divina potentia dejecit ut prius status reformaretur ecclesie quam quieti nostre sublatis penitus periculis provideret. Nos autem quid retribuerimus Domino pro tot beneficiis que retribuit ipse nobis devoto animo metientes, quam cito imperii diadema recepimus Aquisgrani, licet non sit equa facture retributio ad factorem, personam et posse nostrum non in sacrificium sed in holocaustum humiliter obtulimus Domino puro et sincero animo, crucis signaculo humeros nostros decorantes ut ad recuperationem terre sancte votivis et debitis studiis efficaciter intendere deberemus. Plures vero de principibus et magna multitudine nobilium et magnatum, exemplo, promissis et largitionibus ad susceptionem crucis induximus, quorum nonnulli nostris adjuti subsidiis ad subsidium terre sancte tunc temporis processerunt. Sic enim ex ferventibus votis et solius divini zelo servitii negocium ipsum ferventer assumpsimus; quod ut maturius teneremus (a) cum ceteris crucesignatis personaliter transituri, cum instancia magna pos-

(a) Alias *veniremus* male.

tulavimus tam nobis quam omnibus aliis certum sub censura ecclesiastica prefigi terminum veniendi, quod libentissime fecissemus nisi voluntas principum et evidens necessitas, quia nondum fuerat plene imperii pacata turbatio, nostra desideria prepedissent, licet tenui occasione more inde nostra bona in malum notetur intentio, unde laudem meruit et favorem. Demum ad vocationem apostolicam rebus imperii tranquille pacatis venimus et solempniter diadema suscepimus, ut non multis extitisset apostolice Sedis nostra vocatio que de majoribus et melioribus provinciis Italie florentibus divitiis et strenuitate virorum a nobis extitit assecuta. Post susceptionem vero imperialis corone, per manus reverendi Patris Domini Gregorii nunc apostolici, tunc episcopi Ostiensis, iterum crucis signaculum reverenter accepimus vota votis et desideria desideriis aggregantes. Ingressi demum prosperis auspiciis regnum nostrum quod pro diutinis guerris bonis suis et opibus erat exhaustum, munitissimas arces et inexpugnabiles munitiones invenimus tam a christianis quam a Sarracenis rebellibus nostris detineri, et cum oportuerit eas quasi denuo per bellicam potenciam nostre subjicere ditioni, nichilominus tamen inter ipsos labores et nondum pacate turbationis tempora subventioni non defuimus terre sancte, premittentes dilectos principes nostros... ducem Bavarie et episcopum quondam Pataviensem ac plures alios in auxilium Damiate. Nuntios vero nuntiis frequenter et litteras litteris sepius inculcavimus, rogantes et monentes totum exercitum christianum ut navalem classem nostram et exfortium expectantes nequaquam se ipsos a Damiata moverent, pro certo nostram presentiam se cominus habituros; sed nostris precibus et monitis pretermissis, absque consilio virorum nobilium et prudentium, non expectato laudabilis nostre classis subsidio, incaute ductus populus incidit in lacum, immo laqueum, improvisum; cujus inopinati casus incerti Anselmum de Justingen (a), tunc temporis marescalcum, cum subsidio militum et victualium subventione transmisimus, e vestigio comitem

(a) Sic corrigi debet, cum legatur in Martene, *Ansellinum de Visiniis*, et in Cod. 455, *Anselinum de Vistigum;* in Tommasi autem *Anselmum de Justing.*

Henricum (1) fidelem nostrum cum XL galeis pro ipsius terre succursu laudabiliter et magnifice dirigentes; qui salubriter applicans Damiatam, et exercitu non invento, quia receperat in mandatis a nobis ut legato Sedis apostolice qui exercitui preerat usque ad felicem adventum nostrum intenderet et pareret, deorsum per flumen cum galeis ad exercitum properabat, ubi occurrentibus ei nunciis legati, magistris videlicet domus milicie Templi et domus Sancte Marie Theotonicorum et comite de Percy (*a*) et ex parte legati precipientibus ut rediret, rediit cum eisdem qui ad hoc venerant ut pro liberatione captivorum Soldano redderent civitatem; que in hunc modum amissa extitit, non ex interdicto quod inventionibus novis (*b*) adstruitur de inhibitione concambii Damiate per litteras nostras fuisse transmissum, quia non est verisimile ut qui ad liberandam terram sanctam expensis innumeris et immensa sollicitudine laboravimus, interdictum concambii per quod optatus finis nostre sollicitudini et laboribus advenisset ei fieri mandaremus. Nos autem acceptis tam infelicibus de amissione Damiate rumoribus, ut tam enormi dampno possemus competentibus remediis obviare, premissis ad Sedem apostolicam nuntiis ad colloquium apud Verulas cum felicis recordationis reverendo papa Honorio pro disponendo et reformando passagio maturavimus convenire, ubi de curia Verone dispositum est (*c*) que casu fortuito extitit impedita. Post elapsum temporis spatium cum eodem apostolico apud Ferentinum negotio exigente convenimus, et ad exhortationem et apostolica monita pro his que cause meritum requirebat nostram inclinavimus majestatem ut Ierosolymitani regni hereditariam dominam duxerimus feliciter in uxorem, ac statuto ibidem termino transeundi, dum pie recordationis C. Portuensis episcopus in

(*a*) In Cod. 455, *de Piogi;* ap. Tommasi, *comite Pizzi*. Quis, nescimus

(*b*) Ap. Martene *nobis*.

(*c*) In Cod. et ap. Martene *dispositio* male.

---

(1) Scilicet Henricum de Malta marini stolii ammiratum. Cf. RICC. DE S. GERM. *Chronic.* ad ann. 1221, et quae supra de redditione Damiatae diximus.

Theotonia et alii predicatores per regna diversa monitis apostolicis et statutis, denique rex Johannes et magister domus Theotonicorum nostris oblatis promissionibus vel paucos vel infimos, velut omnes recenti casu Damiate tam enormiter consternatos, ad susceptionem crucis inducere potuissent, ne per hujusmodi defectum contingeret negotium impediri, nihil de contingentibus omittentes, convenimus apud sanctum Germanum cum venerabilibus viris P. (1) Albanensi episcopo et pie memorie G. (2) tituli sancti Martini presbytero cardinali, et ut animarentur omnes nostris largitionibus et promissis, termino passagii usque ad biennium prolongato, personaliter transire promisimus et ducere mille milites ad stipendia nostra tenendos ad biennium in servitium terre sancte, mittere infra spatium pretaxatum per quinque videlicet terminos CM uncias ad partes ultramarinas statutis assignandas personis, centum insuper chelandras habere ac L galeas et pro duobus millibus equitum certis terminis passagium exhibere. Quibus solempniter constitutis, misimus magistrum domus Theotonicorum pro militibus solidandis, sed in optione sua potentem viros eligere strenuos et pro meritis personarum ad suam prudentiam stipendia polliceri. Et ceteris insuper passagium transituris cum nobili viro principe et consanguineo nostro Lantgravio Thuringie de marchia Misnensi gratiam fecimus ut crucem assumeret et veniret, qui eamdem marchiam ex jure imperii simili modo tenere possemus valentem ultra XX millia (*a*) marcarum argenti per annum, et addidimus etiam de camera nostra quinque millia marcarum (*b*), eligentes potius utilitati nostre deesse quam servicio crucifixi. Cum exemplo ejusdem Lantgravii, ducis de Limburch et aliorum principum quos ad sumendam crucem largitionibus et promissis induximus, infinita se multitudo signavit, septingentis militibus per eumdem magistrum ad nostra stipendia solidatis;

(*a*) Deest *millia* in Cod.
(*b*) Hoc complementum sensus a verbis *et addidimus* deest in Martene.

(1) Is est Pelagius, idem ipse qui Damiatam amiserat.
(2) Scilicet Gualo.

magistros etiam pro fabricandis chelandris per diversas partes regni nostri statui jussimus de quibus octingenti per aeris intemperiem tum morte, tum infirmitate impediti fuerunt; quare omnes non potuerunt percompleri, licet major pars fuerit fabricata. Tandem instante passagio, navigia, chelandras et quinquaginta galeas ad loca passagii, non a nobis, sed ab antiquis temporibus ordinata, Brundusium videlicet ubi passagium fieri semper competentius consuevit, duci fecimus et parari, nos personaliter in occursum clare memorie Lantgravii Thuringie et aliorum venientium principum conferentes; quibus accedentibus dum ad passagium rediremus, gravi egritudine sumus a Domino in itinere visitati, que sic nos vehementer invasit ut moram nobis medici suaderent; sed ne pro absentia nostra contingeret passagium impediri, medicorum persuasione contempta, in estivi calore temporis non omisimus versus Brundusium equitare ubi naves et chelandras pro principibus et aliis peregrinis necnon pro septingentis nostris stipendiariis militibus, sicut expediebat, singulis pro qualitate rerum et numero personarum jussimus assignari, qui per octo dies aquis et aliis necessariis onerarunt, aura prospera salubriter navigantes. Tempus erat adeo, Domino concedente, paratum quod navigia in quibus camera nostra et familia post octavum diem prime motionis navium recepte fuerunt, infra dies undecim transfretaverint (*a*). Copiam vero navium tantam habuimus quod pro defectu peregrinorum multa in portu navigia remanserunt. De corruptela vero aeris que nocuit peregrinis, per quam divina Providentia que provideri non potest ab homine diversas mundi partes et regni nostri specialiter occulto judicio flagellavit, nulli magis quam nobis molestum extitit et dampnosum. Nam in propria persona sensimus de quo aliis condolemus. Post nondum resumpta convalescentia galeas ingressi fuimus (1) nos et dilectus consanguineus noster Lantgravius vestigia precedentium secu-

(*a*) Legitur vero ap. Martene, sed male : *quod XL dies transfretarent.*

(1) 8 septembris, ut supra diximus, p. 21.

turi, ubi tanta subito invasit utrumque turbatio quod et nos in graviorem recidimus recidivam et idem Lantgravius post accessum nostrum apud Hydrontum de medio, proh dolor! est sublatus. In cujus decessu gravius animo consternati pati cepimus vehementer, tam principes quam alias illustres personas orientalium partium que presentes nobiscum aderant super nostro transfretationis proposito consulentes, qui viso et inspecto statu persone nostre et quibuslibet circumstanciis indagatis, consulendum de transitu non viderunt. Quia igitur sevities erat perdere nosmetipsos cum a nobis vita salusque multorum pendeat populorum, dilata est persone nostre transfretatio pro convalescentia resumenda, sed, dante Domino, non ablata : quia fervor tanti propositi, donec spes est in corpore, per dispendium aliquo modo non valebit extingui. Commisimus insuper dilecto principi et consanguineo nostro duci de Limburch interim usque ad felicem transitum nostrum curam totius exercitus christiani, et quinquaginta galeas que pro transfretatione nostra erant armate in portu, assignari precepimus venerabili patri... patriarche Ierosolymitano,... magistro domus Theotonicorum et aliis magnatibus transituris (a), de quibus non nisi XX pro eorum itinere recipere voluerunt. Nos autem ad succursum eorum quos premisimus et ad terre sancte subsidium intendentes, competentiorem in vasellis et chelandris aliis fieri fecimus apparatum, proponentes in estate futura circa medietatem futuri mensis maii, quando tempus est aptius et magis offert se mare navigantibus opportunum, in majori potentia transfretare. Cumque singula per duos de judicibus magne curie nostre nostros nuncios et fideles in conspectu apostolico miserimus proponenda, dum speravimus a patre patrum paterne consolationis antidotum, compassionis benigne solatium et remedium consequi salutare, dominus apostolicus eosdem nuntios nostros recipere noluit nec audire. Quin potius ad postulationem eorumdem nuntiorum nostrorum cognitores et judices non concedens, infirmitatis nostre casu inevitabili non inspecto, solutione non considerata pecunie pretaxate nec militibus ad nostra stipendia jam missis animo revolutis,

(a) Quae plura sunt et sensum turbant apud Martene, interpolata videntur.

quod non absque cordis anxietate proferimus, denuntiavit in nos (1) pro eisdem tribus capitulis in quibus, cum defectus non sit, defectum, quia sic placet, allegat. Videlicet quod personaliter non transfretavimus, quod non miserimus centum millia unciarum, quod non direxerimus M milites tenendos ad biennium ad stipendia nostra pro subsidio terre sancte. Qui cum ad deliberandum super hoc provinciale concilium quorumdam prelatorum totius Italie convocasset, solempnes nuntios ad Sedem apostolicam replicavimus, videlicet Reginum et Barensem archiepiscopos, ducem Spoleti et comitem Henricum (2), familiares et fideles nostros et procuratores in eadem causa statutos a nobis ad proponendum in presentia omnium qualiter persone nostre transfretationem infirmitas que in promptu est, cujus adhuc manent vestigia, prepedivit, et quod in presentiarum ultra mille milites nostros in transmarinis partibus ad stipendia nostra pro Dei servitio teneamus, videlicet septingentos milites transalpinos per manus magistri domus Theotonicorum ad nostra stipendia solidatos, CC et L milites regni quos anno preterito de pecunia ecclesie quietatos sequenti anno ad solidos nostros ibi fecimus retineri; quod inter familiam nostram et alios regni milites, qui ad expensas nostras transacto passagio transierunt, fuerunt ultra centum, et insuper quadringentos milites nobis a Lombardis ecclesia mediante promissos, ultra quam ex promissione tenebamur, deputavimus pro eodem servitio transmittendos, nisi dilationi et more eorum ecclesia, per quam accelerari debuerant, consensisset. Quin etiam de centum millibus unciarum satisfecimus, mittentes primo in tribus terminis sexaginta millia unciarum; in quarto vero termino magister domus Theotonicorum qui est unus de statutis ad ipsam pecuniam reservandam, petiit assignari sibi siclam nostram (a) Brundusii pro quarta solutione viginti millium unciarum, et ipsam recepit et uncias habuit pro solutis. Si quidem dominus apostolicus in presentia fratrum

(a) Ap. Martene male *necessaria nostra*; ap. Tommasi, *sitelam nostram*.

(1) 29 septembris, ut supra diximus, p. 21 et 29.
(2) Scilicet de Malta : idem qui supra.

et omnium prelatorum, presentibus quoque nuntiis nostris, sicut per eos recepimus, in vigilia beati Martini (1) fuit recordatus quod dictus magister pro nobis absolutionem habuit; residua vero viginti millia unciarum que tenebamur in transfretatione nostra deferre, cum camera nostra premisimus, et parati erant iidem nuncii nostri et procuratores facere plenam fidem : qui cum, priusquam prelati consulerentur, audiri debuerint, eos, ordine postposito in quo nostrum fuit gravatum propositum, vix admisit; quia primo consultatis semotim per se singulis prelatorum et communi consilio per cedulam assignato, premonitis, ut dicitur, universis no a deliberatione qualitercumque prehabita dissentirent, eisdem nuntiis et procuratoribus nostris audientiam prestitit; non deliberans postmodum cum prelatis et nuntios nostros ulterius non admittens, justis excusationibus et causis rationabilibus non receptis et clauso eisdem procuratoribus et nuntiis nostris ostio justicie que apud Sedem apostolicam pro omnibus in omni debetur, denunciationem prout voluit replicavit (2). Preter hec Reatini qui sunt fideles Ecclesie, quos de nostra fuit munificentia consecuta, tam cito quod eis innotuit apud Brundusium nos intrasse galeas, instigantibus illis qui si beneficiorum imperii reminiscerentur prohibuisse debuerant, absque quorum permissione nullatenus attemptassent, fines regni nostri armata manu hostiliter invaserunt, fideles nostros qui........ quoudam rebellem nostrum arctius obsidebant (3) confundere satagentes; sed dextera Domini faciente, devicti et

(1) Scilicet 10 novembris.

(2) 17 novembris. « [Papa], vocatis ad urbem praelatis cismontanis et de regno quos potuit, » in octavis beati Martini publice excommunicat ipsum et per totum Occidentem litteras super » hoc dirigit generales. » RICC. DE S. GERM., *Chronic.* ad ann.

(3) In Martene legitur ibi *quos quondam rebelles Mamertius obsidebat* : quod sensu omnino caret. Arbitramur vero lacunam ita compleri posse : qui *Raynaldum de Bareto* quondam rebellem, etc., cum in Chronic. Ricc. de S. Germ. legatur ad finem anni 1226 : « Comes Ray. filius » Ray. de Bareto se contra imperatorem in Introduco recepit quem Bertholdus frater Ray. dicti » ducis Spoleti congregato imperiali exercitu obsidet et expugnat. » Vicinitas autem inter Reate et Introducum huic loco explicando convenit.

effugati a nostris fidelibus in laqueum inciderunt quem tendebant. Que omnia supradicta cupimus ad universalem noticiam pervenire, in veritate pura talem fuisse rei seriem et processum, et nos penitus inculpabiles coram celo et orbe terrarum ineffabiliter protestantes ut universi et singuli seriatim plenius cognoscatis manifestam injuriam et gravamen que pro tot predictis obsequiis et expensis ab illis perferre conquerimur a quibus nos et universus orbis optata pro crucifixi negotio suffragia sperabamus. Nos igitur quantumcumque intentio lacessentis ecclesie excandeat, quia puram habentes conscientiam de judiciis Dei confidimus potius quam timemus, injuste maledicentibus scriptura clamante: Benedicam maledictionibus vestris, ab incepto Christi servitio nullatenus desistemus, quod non ore tantum sed et opere sinceris affectibus et imperiali conamine ad finem gratum, ipso auctore qui principium est et finis, perducere peroptamus, nisi gravior (quod absit) suborta dissentio nos invitos et coactos a tam sancto itinere revocaret. Speramus enim quod pro pleniori bono et majori subsidio terre sancte divinitas iter nostrum sua miseratione distulit, quia principes et alii providi viri dudum consultati jam viderint quod in manu virorum tam modica que transivit si nos transiisse contingeret, trenge infringi non possent, sed oporteret nos ad perpetuam imperii et totius christiani nominis injuriam prestolari (*a*) subsidium aliorum, qui nomen et vires pre ceteris principibus obtinemus et cujus fama est barbaris ad terrorem. Rogamus igitur universitatem vestram, monemus attentius et hortamur quatenus ad susceptum Christi negotium votum generale non tepeat, sed quo major necessitas imminet eo ferventius exardescat, et tam crucesignati quam ceteri qui zelo movemini transfretandi vos interim preparetis venturos tempore competenti ut in medietate primo venturi mensis maii cum manu potenti et brachio excelso feliciter transeamus, certis omnibus et indubitanter scientibus quod in passagio et in aliis providebimus liberaliter transituris. Preterea quia circa medietatem proxime venture sacre quadragesime disposuimus ante felicem transitum nostrum cum plerisque principibus imperii et cum vobis habere colloquium in Ra-

(*a*) Locum in Cod. et ap. Martene mutilum ex Tommasi restituimus.

venna (1) ut ad removendum de cordibus nostrorum fidelium omnem turbationem pariter et rancorem optatam pacem in Italia reformemus, nostram ad omnes gratiam effusuri, universitatem vestram monemus obnixius et hortamur quatenus loco et termino prestitutis per honorabiles nuntios vestros viros industrios in eodem colloquio interesse curetis, nobis ad tam laudabile negotium efficaciter affuturi, ut abinde cum generali pace et universali licentia prestita et amico vale recepto, ad Christi servitium transeamus. Confidimus autem in auctore salutis quod summus pontifex devotionis nostre non immemor nec terre sancte necessitatis oblitus devotum filium non permittet a solita devotione ac dilectione matris Ecclesie diutius amoveri, cum eum sincere dilexerimus priusquam ad altioris loci speculam vocaretur.

Datum Capue, VI decembris, indictionis prime.

[Decembri.] Fridericus, Romanorum imperator, regi Anglorum graviter conqueritur de excommunicatione sua, patris ejus regis Johannis aliorumque principum proponens exemplum quos pontifex romanus exhaeredare et tributarios constituere voluit, invehitque in avaritiam Romanorum, Ecclesiæ primitivae simplicitatem memorans.

(Edit. ap. Matt. Paris, *Hist. maj. Anglor.* ad ann. 1228, p. 239. Imperialium vero litterarum tenorem non integre exhibuit; unde quod excerptum videtur ad lineam damus.)

« Inter ceteros catholicos reges litteras auro bullatas Anglorum regi transmisit, proponens in iisdem romanam Ecclesiam tantae jam avaritiae

---

(1) « Eodem anno [imperator] condixeral curiam principum Alemanniae in quadragesima » apud Ravennam a qua similiter impeditus fuil nuntiis el legationibus domini Papae. Nam Ve- » ronenses el Mediolanenses non permiserunl aliquos transire per fines suos, spoliantes rebus » suis etiam ipsos crucesignatos, ul asserebanl aulhoritate domini Papae : quod proh dolor! » nefas est dicere. » Conr. abb. Ursperg., *Chronic.*, p. 325.

succensam incendio et concupiscentia manifesta quod bonis ecclesiasticis non sibi pro voto sufficientibus imperatores, reges et principes exhaeredare et tributarios constituere non veretur. »

..... Habeat autem de premissis rex Anglorum ex se ipso exemplum cujus patrem, regem scilicet Johannem, tamdiu excommunicatum tenuit quousque ipsum et regna ejus constituit sub tributo. Habeant etiam generaliter omnes idem exemplum de comite Tolosano et aliis principibus multis (a) quorum terras et personas tamdiu sub interdicto concludere molitur, donec illos in consimilem redigat servitutem; simonias, exactiones diversas et a seculis inauditas quas in ecclesiasticas personas incessanter exercent, usuras manifestas et palliatas quibus hactenus incognitis totum mundum inficiunt, pretermittimus (b); sermones tamen super mel mellitos et super oleum mollitos..... (c) insatiabiles sanguisuge, dicentes curiam romanam esse Ecclesiam matrem nostram ac nutricem, cum sit curia pretaxata omnium malorum radix et origo, non maternos sed actus exercens novercales, ex cognitis fructibus suis certum faciens argumentum. Revolvant hec inclyti barones Anglie quos papa Innocentius bullatis litteris communitos animavit ut in regem Johannem quasi Ecclesie inimicum insurgerent obstinatum, sed postquam enormiter memoratus rex est incurvatus, et se suumque regnum Ecclesie romane velut effeminatus mancipavit, predictus papa proceres quos prius sustinuit et excitaverat, postposito mundi pudore Dominique timore, conculcavit morti expositos et miserabiliter exheredandos ut more romano protervo hiatu quod pinguius erat, proh dolor! absorberet; et factum est quod incitante Romanorum avaritia princeps provinciarum facta est sub tributo. Ecce mores Romanorum, ecce laquei prelatorum quibus universos ac singulos querunt illaqueare, nummos emungere, liberos subjugare, pacificos inquietare, in vestibus ovium cum sint intrinsecus lupi rapaces; legatos huc et illuc mittentes, excommunicare, suspendere, punire potestatem habentes, non ut semen, id est verbum Dei, seminent fructificandum, sed ut pecuniam extorqueant, colligant et metant que

(a) In impresso *et alios principes multos*.
(b) In impresso *praetermitto*.
(c) Deest ibi aliquid.

nunquam seminaverunt. Sicque fit ut ecclesias sacras, pauperum refugia, sanctorum mansiones diripiant quas pii ac simplices patres nostri in refectionem pauperum ac peregrinorum et religiosorum sustentationem fundarunt, et nunc ad imperia et regna degeneres et ignobiles, quos sole littere faciunt insanire, ausu temerario contendunt anhelare. In paupertate quidem et simplicitate fundata erat Ecclesia primitiva, cum sanctos quos catalogus sanctorum commemorat fecunda parturiret; sed aliud fundamentum nemo potest ponere preter illud quod positum est a Domino Jesu ac stabilitum (1). Porro quia in divitiis navigant, in divitiis volutantur, in divitiis edificant, timendum ne paries inclinetur Ecclesie, ne maceria depulsa ruina subsequatur. In nos etiam, novit scrutator omnium, injuste debacchantur dicentes nos nolle terminis transfretasse constitutis, cum multa nos (a) de eo et Ecclesie et imperio inevitabilia ac ardua negotia preter infirmitatis incommoda detinebant : quorum primum fuit rebellium siculorum insolentia ; nec videbatur nobis sanum fuisse consilium [et] expediens christianitati nos in terram sanctam transiisse bellum intestinum post terga relinquentes, sicut nec medico, ferro infixo vulneri, fomentum adhibere medicine.....

« In conclusione quoque demum haec adjecit, exhortans orbis principes universos ut contra tantam sibi prospiciant avaritiam et iniquitatem quia :

Tunc tua res agitur paries cum proximus ardet. »

[Anno 1227 exeunte.] Encyclica Friderici Romanorum imperatoris justiciariis suis directa qua jubet ut praelati ecclesiarum, religiosi et clerici divina

(a) In impresso *me*, sed supra *nos*.

---

(1) Istam autem doctrinam saepius in litteris exposuit imperator, praecipue post suam in concilio Lugdunensi depositionem. (Vid. specialiter Petr. de Vineis, lib. I, epistol. II, quam infra suum ad locum exhibebimus.)

celebrent tempore interdicti sub pœna revocationis bonorum ecclesiasticorum.

(Edit. ap. PETR. DE VINEIS, *Epist.* Lib. I, cap. XXIII; quam quidem, licet notis chronologicis careat, ad hunc locum cui apprime convenit collocamus.)

Fredericus, etc. Inter cetera, que sollicitudinis nostre cura quotidiana ex diligenti meditatione revolvit, illud occurrit nostre considerationi precipuum, qualiter venerandus orthodoxe fidei nostre cultus debito a nobis et nostris fidelibus affectu et devota veneratione colatur, ut quo pre ceteris mundi principibus divina dextra nostrum erigit altius solium, eo per officiose gratitudinis debitum, nostra et nostrorum ubique devotio sibi solvat munera gratiarum. Ex eo quidem potest regnantium felicitas augeri potissime, et subditorum status servari pacificus, si regi regum grato devotionis exenio placeamus; nec ex scandali alicujus subreptione damnabili cultus debet postponi vel intermitti dominicus, quia quo amplius humana scandala quandoque lasciviunt, eo tempestatum sedator esset devotius exorandus. Quare fidelitati tue mandamus, quatenus omnibus prelatis et clericis de jurisdictione tua in aliquo loco idoneo convocatis, presentibus fratribus Predicatoribus et Minoribus, per aliquem virum sapientem, litteratum et facundum, facias eis diligenter exponi, quod nos tanquam princeps catholicus, et catholice fidei amplexator, ardenti desiderio adfectamus, quod prelati ecclesiarum, clerici, religiosi et seculares divina officia publice in ecclesiis, presentibus locorum indigenis, ad illius gloriam et laudem celebrent, qui sacrosanctam Ecclesiam fundavit incommutabiliter supra petram. Ex nostre autem presentis exhortationis oraculo, aliquibus celebrandi necessitas non infertur. Sciant tamen celebrare nolentes, quod si sui officii debitum exequi negligerint, temporalia bona, per divos augustos progenitores nostros, pia ecclesiis largitate donata faciemus, quanquam inviti, ad nostrum demanium revocari.

ANNO 1228. — INDICTIONE I.

(Exeunte martio 1228, circiter.) Gregorius papa universis praelatis per Apuliam constitutis scribit se in Fridericum Romanorum imperatorem qui mandatis Ecclesiae non obtemperavit et licet excommunicatus sibi fecit divina celebrari, sententiam in festo Cœnae dominicae renovasse et loca quaelibet ad quae ipse pervenerit ecclesiastico submisisse interdicto; monet ut hanc sententiam denuntiare curent, hoc adjecto quod si in duritia perseveret, poterit formidare se jure feudi privandum.

(Edid. Raynaldi, *Annal. eccles.*, ad ann. 1228, § II ex Regest. Gregor., ann. 1, n° 180.)

Gregorius, etc., universis archiepiscopis, episcopis, etc., per Apuliam constitutis. Quanto nobilius membrum in ecclesie corpore leditur, tanto acrioribus doloribus cruciamur qui Cephe locum, licet insufficientibus meritis, obtinemus. Verum quia tectum vulnus si dimittatur intactum solet in scandalum corporis latius evagari, nos olim viso quod Fridericus Romanorum imperator salutem propriam negligebat, dum salubre votum quod Deo voverat additis juramentis detrectabat exsolvere, non sine detrimento fidei et gravi scandalo totius populi christiani, quia juxta sapientis edictum : Vulnera dum sanas dolor est medicina doloris, medicinalem Petri gladium in eum exeruimus in spiritu lenitatis, excommunicationis sententiam publicando quam ipse in se voluntarius fecerat promulgari nisi statuto termino transfretaret in terre sancte subsidium et alia promissa fideliter adimpleret, sperantes ut percussus dolens ad percutientem se in humilitate rediret Dominum exercituum requirendo. Sed quod dolentes referimus, inclinato corde medicinam exhorrens et increpationem abomi-

nans discipline, immo malleum velut stipulam reputans, non solum nulla penitudine se correxit, verum etiam adjiciens peccata peccatis contra se Dominum audaciter irritat ultra quam recensere nos deceat, ne videamur in ejus convitiis delectari qui conversionem ejus desiderabiliter expectamus. Inter alia namque claves Ecclesie contemnens quibus Dominus beato Petro et successoribus ejus ligandi et solvendi contulit potestatem, sibi facit celebrari vel potius prophanari divina in enormius anime sue periculum et enervationem totius ecclesiastice discipline. Unde timentes ne plaga ejus fieret penitus desperabilis si male permitteremus obduci neglecti vulneris cicatricem, et eo insanabile quo insensibile redderetur, malagma studuimus apponere sanativum. Utinam studium nostrum optatum habuisset effectum! Cum enim pie recordationis Honorius papa predecessor noster per bone memorie Tusculanum et Sabinensem episcopos et dilectum filium magistrum G. notarium nostrum et Roffridum clericum camere nostre et abbatem sancti Martini Viterbiensis Cisterciensis ordinis eumdem imperatorem diversis temporibus, super diversis articulis in quibus Deum et Ecclesiam graviter offendebat, diligenter commoneri fecisset, nos adhuc humiliantes vim auctoritatis Ecclesie ad presentiam ejus dilectos filios [Thomam] tituli sancte Sabine presbyterum et O[ddonem] sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinales curavimus destinare (1), ut eum super premissis et subsequentibus vice nostra salubriter commonerent. Qui licet de contingentibus nil omiserint, nequaquam tamen eum potuerunt ad penitentiam revocare. Utinam ad nequiora nequaquam manus illicitas extendisset! Quare ne videremur deferre homini contra Deum, ecce justitiam in judicium convertentes in proximo preterito festo Cene dominice (2), in predictum imperatorem excommunicationis sententiam solemniter duximus promulgandam, tum pro eo quod, ut premissum est, non transfretavit in subsidium terre sancte nec promissum numerum militum in expensis suis

(1) Qui quidem anno praecedente cum Landulfo noviter creato abbate Cassinensi venerant Roma sanctum Germanum ubi una Natale Domini celebraverant. Cf. Ricc. de S. Germ. *ad ann.*

(2) Scilicet 23 martii, Pascha in vicesimum sextum diem incidente.

tenuit vel transmisit nec pecuniam quam promiserat destinavit, tum quia venerabilem fratrem nostrum Tarentinum archiepiscopum ad sedem propriam accedere non permittens eum populum suum non patitur visitare, tum etiam quia Templarios et Hospitalarios bonis mobilibus et immobilibus que habebant in regno temere spoliavit, et quia compositionem factam inter ipsum et comitem Celanensem et Raynaldum de Aversa, pro cujus observatione romana Ecclesia ad precum ejus instantiam fidejussit, servare contemnit, et quia comitem Rogerium crucesignatum sub apostolice sedis protectione receptum comitatu et aliis terris indebite spoliavit et filium ejus in captivitate detentum ad mandatum apostolicum sepius iteratum reddere denegavit. Adjecimus quoque ut loca quelibet ad que ipse pervenerit ecclesiastico subjaceant interdicto, ut quamdiu presens fuerit ibidem nulla divina officia celebrentur, officio beneficioque privantes omnes cujusque professionis vel ordinis qui ei postquam denuntiatus fuit excommunicatus a nobis, divina sibi ausu temerario celebrarunt et antequam ad mandatum Ecclesie redeat de cetero celebrabunt. Illud etiam non duximus omittendum quod si de cetero se officiis divinis ingesserit, contra eum tanquam contra hereticum et clavium Ecclesie contemptorem severitate debita procedemus, et si ab ecclesiarum et ecclesiasticarum personarum oppressionibus non destiterit aut non cessaverit a conculcatione ecclesiastice libertatis, vel excommunicatione contempta redire non curaverit ad mandatum Ecclesie, omnes qui sunt ei fidelitatis juramento adstricti et specialiter homines regni a juramento quo sibi tenentur absolvemus et denuntiabimus absolutos; quia juxta decretum felicis recordationis Urbani pape II predecessoris nostri, fidelitatem quam homines christiano principi juraverint, Deo ejusque sanctis adversanti et eorum precepta calcanti nulla auctoritate persolvere cohibentur. Et si non cessaverit ab oppressione pupillorum, orphanorum et viduarum seu nobilium et aliorum hominum regni vel ejus destructione quod ad romanam Ecclesiam specialiter noscitur pertinere, pro quo etiam predecessoribus nostris et Ecclesie romane juramentum fidelitatis exhibuit et homagium prestitit, merito poterit formidare se jure feudi privandum; ideoque universitatem vestram monemus attente per apostolica vobis scripta districte precipiendo mandantes quatenus

singuli predictam sententiam solemniter publicantes denuntietis eam singulis diebus dominicis et festivis (1).....

Fridericus, Romanorum imperator, Raymundo Pastinaro Provinciali concedit libertatem mercimonias per totum imperium portandi, vendendi, emendi aut extrahendi, ipsum omni plateatico, passagio seu theloneo eximens. Foggiae, martio.

(Inedit. ex *Archiv. præfect. Massil.*, autograph. B, fol. 144, copia fere coaeva.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis per imperium constitutis tam presentibus quam futuris fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Notum facimus universitati vestre quod nos pro gratis et acceptis servitiis que Raymundus Pastinarus (a) Provincialis et fidelis noster nostre celsitudini jam exhibuit et exhibere poterit efficacius in futurum, exigentibus meritis pure fidei et devocionis sue, concedimus ei plenam libertatem per totum nostrum imperium ut de propriis mercimoniis suis que in imperium aliunde portaverit, vendiderit aut emerit, vel extrahere inde voluerit, nullum plateaticum, passagium seu theloneum vel aliquid aliud exsolvat, sed inde sit liber penitus et immunis. Quapropter universitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatenus nullus sit ausus qui contra predictam gratiam ac libertatem nostram aliquid a dicto Raymundo pro propriis mercimoniis suis exigere vel ipsum super hoc impetere seu molestare presumat. Quod qui presumpserit indignationem nostram se noverit incursurum. Ad cujus memoriam presentes litteras fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

(a) Sic; sed in titulo alia manu, sicut et in catalogo, legitur *Pastinat*.

---

(1) Adest in Regest. ann. 2, nº 6, haec eadem epistola Regi Angliae directa cum variantibus in fine, sub dato : *Rome apud Sanctum Petrum*, *VII idus aprilis* (7 aprilis 1228).

Datum Fogie, anno dominice Incarnationis MCCXXVIII, mense martii, prime indictionis.

Foggiae, aprili.

Fridericus, Romanorum imperator, ad petitionem Liupoldi, ducis Austriae, monasterium Campiliense (Lilienfeld), in Austria inferiori, sub sua et imperii protectione denuo suscipit, ejusque omnia bona et possessiones confirmat.

(Memoravit Hanthaler, *Fasti Campilil.*, decas III, p. 774. — Idem, *Recensus*, I, 165, qui quidem in neutro opere imperiale privilegium, brevi ut videtur tenore, exhibendum censuit, expressis tantummodo notis chronologicis quae sunt ita :)

Datum Fogie, anno dominice Incarnationis MCCXXVIII, mense aprili, prime indictionis.

Baroli, aprili.

Imperator, regni praelatis et magnatibus coram se apud Barolum congregatis, parato sibi tribunali sub divo propter gentis multitudinem quae copiosa erat, proponi fecit et legi subscripta capitula in modum testamenti : ut videlicet omnes de regno tam praelati quam domini et eorum subditi omnes in ea pace et tranquillitate viverent et manerent qua esse et vivere soliti erant tempore regis Guillelmi secundi, relicto tunc regni ballio Raynaldo, Duce Spoleti; et si deficere imperatorem contingeret, sibi in imperio et regno succederet Henricus filius ejus major; quod si illum absque liberis mori contingeret, Chunradus, filius ejus minor (1), succederet illi; quod si

(1) Scilicet hoc ipso mense natus, ut testatur Riccardus de S. Germ. : « Imperatrix apud Andriam filium parit nomine Chunradum, qui (*legendum* quae) non multo post, sicut Domino placuit, ibidem in fata concessit. »

ambo decederent filiis non extantibus, filiae ipsius superstites quas (*a*) de legitima uxore susceperit in eodem regno suo succedant, et praecipit ut omnes homines regni sui quae statuit debeant juramento firmare; quae tamen sic observari mandavit si in praesenti passagio humanitus de ipso aliquid contingeret, nisi aliud testamentum ab eo editum compareret. Haec coram se jurari fecit imperator a duce praedicto et Henrico de Morra, magistro justitiario, et aliis nonnullis de regno qui interfuerunt. Disposuit etiam quod nullus de regno pro data vel collecta aliquid daret, nisi pro utilitatibus regni et necessitatibus expediret. RICC. DE S. GERM. *Chronic. ad ann.*

Fridericus, Romanorum imperator, scribit communi Cesenensi qualiter negotium terrae sanctae ardenter prosecutus paratus sit ad transfretandum circa medietatem futuri mensis maii, simulque conquerens de papa qui contra se in rebellium favorem inordinate processit, mandat ut non attendentes huic turbationi expectata subsidia sacrae expeditioni tribuant. [Baroli, aprili.]

(Edid. FRED. HAHN, *Collect. monum. veter. et rec.* t. I (*Litt. princ. et vir. illust.* n° XII), p. 211-214.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, potestati, consilio et communi Cesenensi fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Si litteras litteris inculcamus, si devotam nobis et imperio fidelitatem vestram, quam successuum nostrorum esse cupimus non expertem, ad provisionem et participium eorum que noviter contigerunt solita benignitate duximus invitandam, ex debito vestre devotionis inducimur que sic imperio vos adstringit ut et succedentibus prospere

(*a*) Ita correximus *filii ipsius superstites quos* : quod omnino sensu caret.

congaudere ac adversis emergentibus debeatis communiter obviare. Novit enim Dominus de cujus provenit clementia ut romani gubernacula imperii moderemus, nos ad terre sancte negotium prosequendum nihil ex hiis contingentibus omisisse que ad promotionem ipsius vidimus expedire; sicut per plures litteras et nuncios previa veritate innocentiam et sollicitudinem nostram devotioni vestre meminimus intimasse. Nuper autem venientibus de Theutonia crucesignatis paratum pro eorum transitu passagium fecimus exhiberi, habentibus equos minus ydoneos dantes alios competentes, indigentibus quoque subvenientes in equis et armis necessariis ac providentes singulis in victualibus et ceteris oportunis, sic quod in prima septimana presentis mensis aprilis marescallus noster cum eis et ingens de regno nostro militum comitiva sub ducatu Domini transfretarunt. Ceteris etiam qui accedunt navigia in portu Brundusii sunt in ea quantitate parata, in qua utinam transeuntium sufficientem habeamus copiam personarum. Nos etiam ad iter incepte transfretationis insistimus circa medietatem proximi mensis maii feliciter transituri, maxime quod de processibus exercitus christiani prospera et jocunda nova per specialem nuntium sunt delata, qui accessum nostrum tanto requirit attentius quanto ad obtinendam civitatem sanctam Jerusalem ad exterminium perfide nationis oportunior via patet, Conradino Soldano Damasci, sub cujus manibus Jerusalem tenebatur captiva, noviter obeunte (1). Dispositum insuper est a nobis ut post felicem transfretationem nostram omnibus crucesignatis tam equitibus quam peditibus in nostrum subsidium transituris necessarium passagium tribuatur; sed dum speraremus a romano pontifice ad prosequendum iter inceptum verbo et operibus adjuvari, dum benedictionem Ecclesie presto-

(1) Scharfeddyn (Malek el Moadham) mense novembri ann. 1227 mortuus erat. — « Imperator apud Barolum Pascha domini (26 martii) magnifice celebrat in omni gaudio et exultatione, quia sicut ex litteris tunc didicerat Thomae de Aquino Acerrarum comitis ad suum servitium in Syria existentis, illis diebus Coradinus Soldanus Damasci mortuus fuerat. Quamobrem in subsidium terrae sanctae dirigit Riccardum de Principatu marescalcum suum cum quingentis militibus qui a Brundusio felici omine transfretavit. » Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.* 1228.

laremur nostre peregrinationis itineri tanquam peregriuantibns debitam exhiberi, per eum quem deceret pro domo Jernsalem se spiritualiter opponere ascendentibus ex adverso mirabilis ingratitudo processit. Nam die Jovis aute festum Pasche cum popnlum ex diversis mundi partibns pro diei solemnitate in sni presentia congregatum deberet ad liberacionem terre sancte, crucifixi servitium, succursum nostrum et exercitns christiani monitis, remissiouibus et precibus invitare ac de preseuti transitu nostro gratam facere meutionem, negocium Mediolanensinm ac aliorum qnornmdam proditorum nostrorum coram omni popnlo, proh pndor! in medium introduxit, procedens coutra nos quia terras eorumdem proditorum qne ad manus nostras per excessus proditionis eorum non absqne multa nostrornm cede fidelinm et immensa fisci nostri jactura devenerant, eis restitui minime feceramus; nt per hoc manifestissime coguoscatur quod ex quo non habuit, nt iucepit, pro negotio terre sancte contra nos justam materiam procedeudi, ubi de hiis que pro terre sancte succursn expedinnt fecimus et facimus que debemus et in procinctu sumus personaliter transeundi, cum deberet, more boni jndicis, hominem cum homine, rem cnm re, tempus cnm tempore comparare, deficientibns jnstis causis, rem inconvenieutem assumpsit singularem de nostris proditoribus faciens mentionem, non attendeudo scripture consilium admonentis: Ratioui, non voluutati proprie servias. Videat ergo nniversitas vestra et diligenter attendat si a seculo est auditum qnod adversus aliqnem romannm priucipem pro suis proditoribus fuerit uuqnam tam indecenter a pontifice romano processum. Sane si pro defectu qnolibet uegotii terre sancte quem serio fecissemus apostolica contra nos incanduisset auctoritas, foret utique patientius perferendnm. Sed cum nulla super hoc fieri possit objectio contra nos, utpote qui negotium ipsum in conspectn totius orbis ardenti voto prosequimur, immo pro nostris proditoribus procinctum transfretatiouis impediat, moveri cogimnr et turbari, maxime cum a pupillari etate nostra sanguiuem nostrum sitierint et excidium vite nostre cum aliis nostris rebellibns fuerint machinati, qni virum nobilem et consanguiueum nostrum Oddouem dictum quondam imperatorem introduxeruut in regnum nostrum nt nos honore, regno et vita privaret. Et nnnc eosdem idem apostolicus fovet in nostrum dispen-

dium et extollit per eorum revocationem, per censuram ecclesiasticam cogere nos intendens, non contentus qnod instinctu et favore sno in multis imperio derogatur, nisi eorumdem proditorum nostrorum intermixta zizania moliatur nostrorum fidelinm turbare quietem, qui deberet in presenti transfretatione nostra indempnitati et tranquillo statui imperii et regni paterna provisione consnlere ut nobis absentibus nulla posset in eis moveri turbatio que nos a Christi servitio revocaret. Nos tamen quantnmcumque nostris desideriis in hac parte dictus apostolicus se opponat ingratum, quantnmcnmque videatur nostris conatibns obviare nt per nos et imperium tantum negotinm perfici non contingat, nullatenus omittemus quin incepte peregrinationis iter totis affectibus prosequamur. Cum igitur sicut successuum nostrorum et imperii debeatis esse participes et ad emergentes casus tencanimi pro honore imperii exponere vos devotos, mandamus et precipimus fidelitati vestre, fidei et devocionis [titnlo] qne nobis et imperio vos adstringunt firmiter injungentes qnatenns considerato tam indecenti processn apostolice sedis et maxime super hiis in quibus innocentia nostra graviter offenditur et imperium molestatur, vos quoque qui estis membra imperii ejusdem sitis molestie non expertes, sed grave et molestum ferre curetis, cum ex hoc possitis indiciis conjicere manifestis quantnm prior occasio qna contra nos ad denuntiationem processit inepta fnerit [et] indigna, cum presens per quam, adoperante nostrorum nequitia proditorum, credidit favorabilius processisse, injusta sit penitus et horrenda. Nichilominus insuper debita sollicitudine providere et intendere stndeatis ut tam per vos qnam per omnes in comitatn vestro crucesignatos in succursnm nostrum et exercitus christiani expectata subsidia procnrentnr, ut si qna propter hoc foret oborta turbatio, nullum inferre valeat nocumentum, operante Christo, cujns obsequium agitur, et nostra diligentia procurante.

Fridericus, Romanorum imperator, archiepiscopo Salisburgensi et Austriae duci controversiam inter abbatissam Gossensis monasterii et Carinthiae ducem circa haereditates ministerialium monasterii ejusdem exortam fine debito componendam committit. Baroli, (martio seu aprili.)

(Edidit J. G. SCHWANDNER, *de Chart. Linea* (1) *antiquissima ex cimeliis Bibliot. Aug. Vindobon. Dissert.* p. 17, ex autographo. Sigillum albae cerae in duobus ejusdem chartae segmentis intra quartam et quintam textus lineam traductis a tergo mandati impressum, in illis libere pendet; quod omnino rarum est, quum in hac sigillandi forma sat frequenter in mandatis imperialibus usitata, sigillum tergo mandati soleat adhaerere; ita quod cerae, seu fractae seu deperditae, colorem et circulum pergamena retineat.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, dilectis principibus suis venerabili Salsburgensi archiepiscopo et duci Hanstrie gratiam suam et omne bonum. Querelam venerabilis abbatisse Gôssensis monasterii fidelis nostre accepimus continentem quod cum monasterium ipsum quosdam ministeriales habeat antiquo et consueto jure quorum bona, si sine legitimis herèdibus decedunt, ad jus et proprietatem ipsius monasterii libere pervenirent, dux Charinthie quosdam ipsorum ministerialium qui terre sue habitatores existunt nec non bona eorum que taliter ad prefatum monasterium devolvi deberent, contra jus-

---

(1) Hoc est antiquissimum instrumentum quod in linea charta exaretur, ut arbitratur Schwandner, ita locutus : « Quod charta linea prae gossypina sit magis contusa, lenta, tactu mollior et » facile plicabilis, quibus omnibus qualitatibus nostra eminet. » Quum autem chartam oculis inspicere non fuerit nobis licentia data, litem dirimere non audemus, licet dubium omnino videatur in prima saeculi tertii decimi parte chartam lineam in usum venisse, quum tantummodo sequenti saeculo ineunte hujus vestigia appareant. Vid. GERARDI MEERMANN *et doctorum virorum ad eum epistolae de Chartae vulgaris sive lineae origine*, edit. a J. Van Vaassen, Hagae Comit. 1767, passim.

ticiam occupavit, eos cum bonis predictis eidem monasterio subtrahendo. Quia igitur monasterium ipsum, jure advocatie quod nobis competit in eodem, speciali tenemur propensione fovere, devocioni vestre mandamus quatenus utraque parte presente audiatis causam dictam et fine debito terminetis.

Datum Baroli in Apulia,...... (1) prime indictionis.

Reate, 7 maii.

Gregorius Papa Friderico, Romanorum imperatori, conqueritur de oppressionibus quibus Ecclesiae regni Siciliae ab ipso affliguntur, mittitque duos fratres Minores quorum monitionibus aures aperiat quas hactenus nimium inconsulte clausit.

(Edidit Raynald. *Annal. eccles.*, tom. I ad ann. 1228, § VIII, ex Regest. Gregor. lib. II, epist. 10. Coll. cum collect. Paris.)

Gregorius, etc., Friderico Romanorum imperatori, etc. Ascendit ad nos clamor, ululatus et stridor miserabilis, validus et horrendus ecclesiarum et clericorum regni Sicilie et Apulie quod in eos ultra quam de facili exprimi valeat inique deseviens ipsos affligis cruciatibus infinitis, bona eorum diripiens et extorquens (2), in manifestam contumeliam Redemptoris et

(1) Hic est modicus chartae carie exesae hiatus, ut monet Schwandner; nisi forte vice *in apulia* legendum sit *III aprilis*. Licet autem prima indictio anno 1243 aeque conveniat, et ad hunc annum se referat Hormayr hoc quoque mandatum memorans (*Archiv für litteratur und gesch.*, ann. 1827), rectius tamen idem ad annum 1228 pertinere arbitramur, inspecto privilegio eidem abbatiae Gossensi indulto, ann. 1230 mense aprili; quod infra.

(2) « Mense martii pro centum servientibus (cum expensis et armis per annum) collectae » sunt de terra monasterii (Cassinensis) unciae MCC. — Mense aprilis imperator pro subsidio » terrae sanctae ab Ecclesiis et personis ecclesiasticis ubique per regnum certam exigit pecu- » niae quantitatem, et tunc de mille ducentis unciis propter hoc impositis terrae monasterii » remisit imperator de gratia uncias auri centum. Eodem mense Gregorius Papa per suas » mandat litteras universis Ecclesiarum praelatis et clericis per regnum Siciliae constitutis » sub interminatione ultionis canonicae ne quis eorum imperatori aut bajulis suis dare aliquid » pro redemptione, data vel collecta praesumat. » — Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.* 1228.

atrocem injuriam Ecclesie generalis, ut taceamus apostolice sedis contemptum in quam cadunt ex hoc opprobria exprobrantium. Cum igitur hec nequeamus sine periculo sustinere qui Christi vicarii, licet immeriti, constituti, pro tuenda justitia et defendenda ecclesiastica libertate tenemur et volumus impendere nosmetipsos, ab eo nobis digna vicissitudine rependenda, qui beatificat tribulationem propter justitiam patientes, imperialem celsitudinem monemus et hortamur attente quatenus ecclesiis et personis ecclesiasticis ablata restituens integre universa, ab ipsorum molestatione penitus conquiescas, fame tue consulens et saluti. Alioquin ne contra Deum homini deferamus, super hoc procedemus, dante Domino, sicut fuerit procedendum. Ad hoc autem dilectos filios B. et R. fratres Minores ad te mittimus, si forsan, saltem sero, salubriter monitionibus nostris aures aperias quas hactenus nimium inconsulte clausisti.

Datum Reate (1), nonis maii, pontificatus nostri anno II.

Fridericus, Romanorum imperator, comitibus, baronibus, justiciariis cœterisque officialibus regni inhibet ne contra tenorem privi- Tarenti. 27 maii.

---

(1) Mense aprili, Gregorius, seditione contra ipsum exorta, cum contumeliis Roma fuerat ejectus. Unde Viterbium confugiens et mox ibi a Romanis obsessus, Reate primum, dein Perusium venit. Causam rei Conradus Urspergensis ad finem anni 1227 ita narrat, p. 325: « Cum papa nollet desistere ab excommunicatione imperatoris, ipse imperator convocavit ad se » de civibus romanis potentissimos et nobilissimos de familia eorum qui dicuntur *Frangentes* » *panem* (Frangipani) et de aliis ad quos praecipue respectum habebat populus romanus, habuit- » que cum illis tractatum qualiter eos faceret vasallos imperii et ut sibi faciant hominium et » fideliter assistant in omnibus causis. Jussit itaque eosdem sub certa aestimatione pretii et » census computare quantum valeant omnes res ipsorum immobiles quas habebant in civitate, » tam in aedificiis quam in agris, et vinetis, et mancipiis, et aliis rebus. Quo facto omnes res illas » dato pretio comparavit ab eisdem et easdem res ipsis in feudum concessit ratione fidelitatis » quam deberent sibi et imperio. Quocirca iidem reversi, cum papa rursus excommunicaret » imperatorem, fecerunt ut a populo pelleretur turpiter extra civitatem; unde apud Perusium eo » anno et sequenti permansit.»

legiorum monasterio Montis Virginis post curiam Capuanam indultorum, idem monasterium in possessionibus quas in Fricento, Pescho de Morra, Paterno et Petra Pulcina juste tenet, molestare praesumant.

(Inedit. in archiv. monast. Montis Virg. ex instrumento originali in vol. VIII, n° 69, in quo privilegium istud transcribitur et inseritur, *secundo die mensis februarii, ann.* 1232, 6ª *indict.* — Transcribitur quoque in alio instrumento superius indicato, archiv. ibid. vol. VIII, n° 72, mense julio redacto, ann. 1234, *prime* (legendum *septime*) indictionis.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, comitibus, baronibus, magistris justiciariis, justiciariis, magistris camerariis, camerariis, castellanis et universis bajulis presentibus et futuris presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Cum satis nostre celsitudini displiceret si monasterium Montis Virginis, quod juste diligimus et cupimus in Deo venerari, utpote quia illud reputamus cameram specialem seu obedientie ac Ecclesie nostre (*sic*), super possessionibus, libertatibus et aliis justiciis eorum, et specialiter super possessionibus quas ex oblatione comitum et baronum in Fricento, Pescho de Morra, Paterno, Petra Pulcina et pertinentiis earum legitime tenent et habent, contra tenores instrumentorum que a predictis comitibus et baronibus sibi exinde facta sunt et contra tenorem privilegiorum et confirmationum nostrarum que de predictis ipsi monasterio pie indulsimus post curiam Capuanam, a vobis seu ab aliquibus aliis sustinerent molestias aut gravamen, universitati vestre sub obtentu gratie nostre districte precipimus firmiter et mandamus quatenus nec vos contra tenorem predictorum instrumentorum et privilegiorum nostrorum que sibi benigne indulsimus post curiam supradictam super prefatis possessionibus, libertatibus et aliis justiciis et bonis suis, dictum monasterium de Monte Virginis matris Christi et obedientias ejus temere molestetis nec permittatis ab aliquibus molestari, ut super hiis nullam instantiam contra justitiam audiamus, propter quod indignationem nostram merito incurrere debeatis.

Datum Tarenti, vicesimo septimo maii, prime indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, monasterio sancti Stephani et sancti Brunonis de Nemore quoddam privilegium concedit. Tarenti, 7 junii.

(Memorat. a Tromby, *Histor. ord. Cartus.*, tom. V, p. 151, cum hac nota : *Vide integrum in appendice, II, infra;* in appendice autem, sine dubio per omissionem, desideratur.)

Datum Tarenti, VII junii, prime indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, Raynaldum ducem Spoleti legatum imperii constituit in Marchia Anconitana, tota terra comitissae Mathildis, valle, lacu et maritima cum plenaria potestate. Brundusii, junio.

(Ediderunt Calcagni, *Memor. istor. di Recanati*, p. 34-36. — Zacharia, *Anecdotor. med. aevi collect.* p. 247 ex archiv. civit. Auximanae. Insertum in privilegio Raynaldi ducis Spoleti, quod infra.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris quod cum ex commissa nobis imperialis eminentie dignitate teneamur cura et providentia diligenti de totius imperii nostri regimine salubriter disponere et partes ejus universas et singulas sollicite moderari, de prudentia et legalitate Raynaldi ducis Spoleti dilecti fidelis nostri cujus industriam habemus diu cognitam et expertam plenius confidentes, constituimus eum legatum imperii in Marchia Anconitana, tota terra comitisse Mathildis, valle, lacu et maritima, et ei concessimus in eisdem plenarie vices nostras ut in omnibus earumdem regionum locis et partibus officium legationis exerceat et loco ac vice nostri

ad honorem nostrum et imperii commode tractet, disponat et statuat universa; cui dedimus plenariam potestatem in omnibus quecumque in predictis locis nos ipsi personaliter facere debemus. Statuimus igitur et imperiali auctoritate firmiter et districte precipimus quatenus eidem duci Spoleti dilecto fideli nostro tanquam persone nostre in omnibus que ad ipsius legationis officium pertinent universi et singuli fideliter pareant et devote intendant, nec sit aliquis qui sue dispositioni vel voluntati temerarium in aliquo se opponat. Quod si quis presumpserit, indignationem nostri culminis se noverit incursurum. Ad hujus itaque constitutionis et commissionis nostre memoriam et robur perpetue firmitatis presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Datum Brundusii, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo octavo, mense junii, prime indictionis.

Brundusii, 21 junii.

Fridericus, Romanorum imperator, consilio et communi Civitatis Novae scribit se, cum rectores Ecclesiae in his partibus conjurationi suorum rebellium adhaeserint et discordiam pro pace seminare sategerint, alienationem quondam in favorem Ecclesiae factam revocasse et velle in posterum ut ipsi in suo et imperiali dominio nunquam subtrahendi consistant; additque se Raynaldo duci Spoleti dedisse in mandatis ut hoc pro parte sua ipsis promittat et juret, monens quod eidem intendant et pareant.

(Edidit Marangoni, *Memorie sacr. e civil. di Civita Nova*, lib. III, p. 270-271. Minus recte autem ad ann. 1248 (legendum 1243) hoc documentum reponendum censuit, quod ad suum locum restituimus.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, potestati, consilio totique communi Civitatis Nove fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Novit Altissimus de

cujus munere imperiali solio presidemus quod ob reverentiam Dei a quo recognoscimus id quod sumus, Romanam Ecclesiam affectu filiali semper dileximus et juravimus totis viribus honorare, adeo quod metas imperii cujus terminos amplificare tenemur sponte reliquimus ut Ecclesiam largioribus beneficiis ditaremus, eidem vos et plures alios de fidelibns nostri imperii concedendo, sperantes quod exinde placeremns Altissimo et ipsius rectores Ecclesie fierent hnjnsmodi nostri beneficii non ingrati. Sic etiam in ntilitatem Ecclesie ipsius nostrum beneficium concessimus nt snb nostre protectionis umbraculo esset[is] et nihilominus viveretis, nt nnlla conturbationum concuteremini tempestate et vos semper haberemus, cum expediret, ad nostra et imperii servitia preparatos, quos ex concessione hujusmodi a jurisdictione et servitiis imperii nunquam fieri volumns alienatos. Sed prout evidenter apparet et sepe sumus experti, ipsi rectores Ecclesie contravenientes immo pervertentes hujusmodi nostrum beneficium in abusum, dominandi proposito gratiam eis a nostra serenitate provisam semper satagebant supprimere, et si aliquando per partes ipsas contigit nos transire, reverentiam et servitium quod a vobis ceterisque fidelibus nostris imperii celsitudini nostre debetur impedire conati sunt, et nobis, non velut Romanorum imperatori et vero domino vestro, sed tanquam extraneo, per imperinm nostrum et per vos maxime quos reputamns esse imperii fideles precipnos, transitum simpliciter prebere; licet id nunquam implere vel exequi potuissent, vobis et ceteris fidelibus nostri imperii contradicentibus nec in hoc facientibus voluntati eorum, qui fidem illesam semper imperio servavistis. Est etiam aliud nullatenns sub silentio transeundum quod iidem rectores, non sine nota infamie, de terra ipsa imperii contra nos et fideles nostros in favorem et conjurationem nostrorum rebellium non semel sed sepius exercitum congregare studentes, nos et nostros vexare et perseqni pro viribus non desistunt, jura nostra tam in regno quam in imperio conculcare et deprimere satagentes : quod in effectu multoties ostendissent et adhnc ostenderent, si eis facultas suppeteret adversandi. Fecerunt insnper quo meruerunt predicte concessionis nostre gratiam demereri, quoniam cum vos debuissent pacis solatio velut persone pacifice confovere, semper rixarnm et discordie fomitibus turbaverunt,

cum videantur prefecisse vobis et aliis homines scismatis et discordie filios prorsus vobis inutiles et tam nobis quam nostro imperio adversantes; de quorum presentia quasi ex adipe prodiret iniquitas que vos redderet inquietos et tedio contraventionum afficeret, ut hoc possent in posterum nostris imputare operibus, et sic famam nostri nominis denigrare, ac vestrum bonum statum nihilominus perturbare. Unde cum hujusmodi manifesta gravamina serenitas nostra non possit nec debeat equanimiter sustinere, que tam Deo quam hominibus debent merito displicere, nos qui vobis et aliis fidelibus nostri imperii adesse tenemur propensi et prodesse, volentes pressuris et inquietationibus vestris perpetuum finem imponere et vos de cetero sub nostra et imperii potestate pacifice conservare, concessionem nostram predictam ipsi Romane Ecclesie de vobis merito duximus revocandam, volentes et imperiali sancientes edicto ut de cetero sub nostro et imperiali dominio debeatis semper consistere et manere, nec per nos et successores nostros debeatis unquam alienari seu subtrahi ab imperii potestate. Unde fidelitati vestre mandamus sub debito fidei qua nobis et imperio tenemini firmiter injungentes, quatenus in nostra et imperii fidelitate de cetero persistentes nulli alii nisi nobis et imperio debeatis intendere seu parere. Preterea commisimus Raynaldo duci Spoleti (*a*), dilecto fideli nostro, super hoc nostras vices, cui etiam dedimus in mandatis ut vobis ex parte nostra constanter promittat et si necesse fuerit ac volueritis debeat realiter in anima nostra jurare quod nunquam vos amplius a nostro et imperii dominio subtrahemus. Vos ergo intendatis et pareatis eidem... in omnibus quecumque de servitiis (*b*) nostris et imperii ex parte nostri culminis duxerit injungenda. Ut autem predicta omnia perpetuum robur firmitatis obtineant, presentes litteras bulla aurea typario (*c*) nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Datum Brundusii, XXI junii, prime indictionis.

(*a*) *Raunaldi comitis filio*, male; forsan *Spoleti ducis filio*.
(*b*) *Sententiis*, male.
(*c*) *Typo*, male.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Geroldi Jerosolimitani patriarchae Ecclesiam in Denkendorf ad Sepulcrum Dominicum pertinentem sub sua et imperii protectione recipit, omnes que libertates et possessiones ejus confirmat. Brundusii, junio.

(Edidit BESOLD, *Docum. rediv. monast. Wirtemberg.*, tom. I, p. 283.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Inter cetera que religionis obtentu nostram sibi vendicant clementiam et favorem, illud accedit voto precipuum ut sacram domum Sepulcri Dominici, cui reverentiam majorem reges et principes habere debent, favoris et protectionis nostre robore munientes tranquillo et salubri statui suo provideamus in posterum, dum cum sue utilitati et quieti prospicimus, nobis quoque divine retributionis premia comparemus. Hinc est igitur quod cum eadem sacra domus Sepulcri Dominici cum omnibus obedientiis subjectisque sibi locis speciali gaudeat privilegio libertatis et sub universorum principum et regum defensione letetur, nos ob Christi reverentiam de cujus munere provenit ut locum et nomen pre cunctis terre regibus habeamus, ad supplicationis instantiam venerabilis patris Iherosolimitani patriarche (1), libertatis sue statum munificentie nostre liberalitate benignius prosequentes Ecclesiam in Denkendorf cum omnibus suis bonis et pertinentiis ad Sepulcrum Dominicum pertinentem sub nostra protectione et imperii defensione recepimus speciali, confirmantes ei omnes libertates et immunitates quas per universum imperium

(1) Notandum quod Patriarcha Geroldus, mox capitalis Friderici inimicus, imperiali curiae, non obstante papali excommunicatione, adhuc aderat. (Vid. etiam supra, inter testes, p. 23). Papa autem litteris universo clero Hierosolymitanae ecclesiae directis n° 56, dat. Laterani, IV kal. maii, ann. I (28 april. 1227), nunciaverat Geroldum ad ecclesiam sibi commissam tandem tunc temporis accessurum.

noscitur obtinere, necnon tenimenta, possessiones, predia et bona omnia que donatione principum, largitione regum, collatione pontificum et aliorum oblatione fidelium in presentiarum juste possidet vel in antea justo titulo poterit adipisci. De affluenti quoque gratia nostra, ob honorem Dominici Sepulcri et superiorum intuitu premiorum, statuimus et sanctimus ut advocatia ejusdem Ecclesie que per imperium gubernatur et regitur, semper in nostro et imperii demanio debeat irrevocabiliter remanere ac nullo futuro tempore possit a demanio, defensione et regimine nostro et imperii alienari. Quod si contigerit attemptari, imperiali auctoritate decernimus non valere, mandantes et universis firmiter inhibentes quatenus nullus princeps, dux, marchio, comes, scultetus, advocatus, ministerialis aliquis, officialis, nullaque humilis sublimisve persona, ecclesiastica vel mundana, predictam Ecclesiam in Denkendorf, bona et pertinentias suas contra presentis protectionis, confirmationis et constitutionis nostre paginam impetere, molestare vel impedire presumat. Quod qui presumpserit, quingentarum marcharum argenti penam se noverit incursurum, quarum medietas camere nostre et reliqua parti passe injuriam persolvatur. Ad hujus itaque protectionis, confirmationis et constitutionis nostre memoriam et stabilem firmitatem, presens privilegium fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt B. venerabilis Panormitanus, L. Reginus et M. Barensis archiepiscopi, Renaldus dux Spoleti, Henricus de Nymfa (Niffen), Anselmus de Justingen quondam marescalcus, et alii quamplures.

Signum domini Frederici secundi, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis (*Monogramma*).

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo, mense junii, prime indictionis, imperante domino nostro Friderico secundo, Dei gratia gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus octavo, Jerusalem tertio, regni vero Sicilie tricesimo primo, feliciter amen.

Datum apud Brundusium, anno, mense et indictione predictis.

[Ex navibus, verisimiliter apud Hydrontum, junio.]

Fridericus, Romanorum imperator, scribit universis fidelibus suis quod, licet romanus pontifex injusta excommunicationis sententia contra se processerit nec archiepiscopum Magdeburgensem cetérosque nuntios suos audire voluerit, non tamen ipsum a Christi servitio revocavit quin cum galeis et militibus de Brundusio versus Syriam jam moverit; eosque hortatur ut ad succursum suum intendant.

(Edidit Fred. Hahn, *Collect. monum.* I. I (*Litt. princip.* n° XIII), p. 215-217.)

Fredericus, Dei gratia [Romanorum] imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, etc..... Si sollicitudine cordis et labore corporis indefessi pro servitio Jhesu Christi et auxilio terre sancte cujus onus suscepimus hactenus nostra providentia vigilarit et in unum collegerit vires suas, testis exactor conscientie nostre Deus cui pro maximis que contulit ipse nobis, pure vovimus et debemus quidquid accepimus, quidquid sumus, et ne tanti muneris et tantorum beneficiorum videremur ingrati, firmiter prosequentes devotionis incepte propositum et votum quod elegimus coram ipso, gratum duximus in laudem sui nominis et honoris, in studium vere religionis et fidei, nec parcere sumptibus nec quieti corporis indulgere ut in presentibus eo potissimum subtraheremus affectui quo magis eternorum sperabatur effectus, nobis cum studio et sollicitudine occupatis ut quam cito, quam prospere, quam provide, quam prudenter firmum prosequeremur mentis nostre propositum et rem tam dignam tanto molimine gereremus quod et orbis ambitus miraretur et Altissimus acceptaret. Et cum super hiis nostra laboraret intentio et speraremus ab Ecclesia Romana omne consilium, eum quem rectorem et ducem habere credebamus ex insperato contrarium hujus nostre dispositionis accepimus, adeo quod contra nos procedens injuste prolata excommunicationis sententia patenter nisus sit conatibus et votis nostris quibus insistimus pro servicio terre sancte, non zelo justicie, sed motu proprie voluntatis ob-

stare; sed inter hec omnia contra nos sic immerite, sic injuste prolata, patiencia et mansuetudine usi sumus, nec ad iniquam exercere voluimus iracundiam animi nostri motum ut non deterioraretur in aliquo causa nostra quam justicia fovet et patientia fulsit, per quas et ira deprimitur et jactantia conculcatur: quod non ob aliud fecimus nisi ob reverentiam Altissimi et ne impediretur servitium terre Dei. Ad evidentem insuper mansuetudinis nostre constantiam, licet offensi potius quam aliqua culpa notabiles, post varias supplicationes et preces quas ad excusationem innocentie nostre, licet de nullo reatu, ad pacem (*a*) aut gratiam obtinendam per solempnes et frequentes nuntios nostros, etiam ultra quam imperialem excellentiam nostram deceat, apud antistitem Ecclesie Romane porreximus, nuper etiam per venerabilem Magdeburgensem archiepiscopum dilectum principem nostrum et duos de judicibus curie nostre nuncios nostros ad hoc specialiter destinatos, ipsi romano antistiti formam nostre satisfactionis obtulimus ut nobis jam transire paratis pro servitio Jhesu Christi benedictionis munus et gratiam non negaret; quod nullatenus acceptavit, et cum predicti archiepiscopus et nuntii nostri ab eo requirerent ut satisfactionis formam que sibi placeret exprimeret, id facere recusavit. Preter hoc autem ut plus justo aspere nos tractaret et mansuetudinem nostram verteret in furorem, homines Ecclesie quos licet beneficiorum oblitus ex concessione nostra tenet, jussit arma sumere et insurgere graviter ad dispergendum regnum nostrum pro tuitione nostrorum rebellium et favore. Non contentus quod homines Reatini primo exercitum nostrum quem in obsidionem... proditoris nostri (1) direximus, invadere sunt conati, quanquam et prima et ultima ipsorum acies cesa sit et fugata, quorum majorum magna pars ibi gladio ultóre succubuit ubi facinus est aggressa. Preter hec etiam idem romanus pontifex de pecunia Ecclesiê quam erogare tenetur in Christi servitium transituris, soldatarios retinet contra nos ut nobis modis omnibus quibus valeat adversetur. Quanquam autem idem romanus

(*a*) *Et de nullo reatu et pacem*, ita correximus.

(1) Vid. supra p. 46, not. 3, et infra p. 80, not. 1.

antistes per hec omnia nostris desideriis se opponat et injuste mansuetudinem nostram exasperare conetur, nullatenus tamen nos a Christi servitio revocavit. Nam pro certo noveritis nos cum galeis et navigiis nostris et strenua militum comitiva et multitudine bellatorum, Christo duce cujus res agitur, de Brundisio feliciter jam movisse versus Suriam cum celeritate et aura prospera profecturos (1). Quare fidelitati vestre precipiendo mandamus monentes attentius et hortantes quatenus ad succursum nostrum et servitium terre sancte intendatis pro viribus ut potestis, grave ferentes quod summus pontifex in hiis omnibus nos injuste provocat et indigne, cum deberet potius paterna compassione nostris laboribus providere.

Perusii, 5 augusti.

Gregorius Papa Romano [sancti Angeli] cardinali in Francia legato scribit qualiter Templarios a Saracenis [Apuliæ] provocatos, cum vim vi repulissent, Thomas Acerrarum comes imperatoris bajulus spoliavit, et prædam restituit Saracenis; nuntiat quod licet imperator cum paucis militibus mare dicatur intrasse, contra patrimonium Ecclesiæ magnum christianorum et Saracenorum exercitum destinavit; monetque ut hæc omnia ad opprobrium istius impii per terram legationis suæ prædicet.

(Edid. MATT. PARIS., *Hist. maj. Anglor.* ad ann. 1228, p. 240, sed minus recte.)

---

(1) « (Menso junio), imperator apud Brundusium se conferens mare intrat ac apud Sanctum » Andream de Insula jussit omnia navigia parata ad transitum convenire, ac exinde Hydrontum » navigans feliciter ultra mare ad crucis obsequium transfretavit. » RICC. DE S. GERM., *Chron. ad ann.* Junium quoque mensem indicat *Append. ad Galf. Malat. ap.* MURATORI, *Script.*, V, 604, non memorato die. Julium autem habent Annal. Sic. in cod. Vatic. 6206. Recentiores vero quidam usque ad undecimum diem augusti, qua nescimus auctoritate, imperatoris transitum prorogant.

Gregorius episcopus, etc., Romano Francorum (*sic*) legato salutem, etc. Attende quesumus et vide si est dolor sicut dolor noster, quia filium quem nutrivit Ecclesia Romana [et] exaltavit sperans eum propugnatorem habere contra perfidas nationes ecce nunc persecutorem sentit immanem et hostem validum experitur. Et ne taceamus atroces injurias et jacturas enormes quibus Fridericus dictus imperator Ecclesiam et personas ecclesiasticas damnabiliter hactenus flagellavit, patrimonium apostolice Sedis per Saracenos et alios impugnat, et quod detestabilius est cum Soldano et aliis Saracenis nefandis contrahens pactiones, illis favorem, christianis odium exhibet manifestum, ad exterminandas domos Hospitalium etfratrum militie Templi per quas reliquie terre sancte hactenus sunt observate, impie anhelando (*a*). De mandato enim illius inter Saracenos et christianos fide fracta treugarum, cum Saraceni domorum predictarum [homines] hostiliter inquietantes, occisis et captis quamplurimis, predas plures abduxissent, Templarii ex hoc moti insurrexerunt contra ipsos, et cum predas abstulissent ad valorem sex millium marcarum, Thomas comes Acerrarum imperatoris bajulus illis redeuntibus furibundus occurrens (*b*) eamdem predam, ipsis non audentibus (*c*) juxta ordinis sui instituta manum armatam contra christianos erigere, abstulit violenter et reddidit Saracenis, preter quedam que idem Thomas sibi dicitur retentasse. Quod si Saraceni predam auferant christianis, dictus Thomas non solum ad recuperationem ejus [non] intendit, sed nec patitur ut christiani predam auferant aliquando Saracenis. Quare factum est ut illi ex hoc violentiores effecti nostros audacter impugnent, et nostri proditionis [aliquid] formidantes minus audeant refragari. Et sic effusio sanguinis christiani nonnunquam in imperatoris damnabile lucrum cedit. Ad hec autem Thomas predictus vel potius imperator per ipsum predictas domos immanius persequens ipsas domibus et possessionibus quas habebant vi arctiori per violentiam spoliavit, easque privilegiis apostolice Sedis privare contendens imperiali subjicere jurisdictioni nititur in manifestam subversionem ecclesiastice libertatis. Centum Sclavos

(*a*) *Annullando*, male; sequentia quoque usque ad *abduxissent* corrigere debuimus.
(*b*) *Et currens*, male.
(*c*) *Audientibus*, male.

etiam quos domus Hospitalis et Templi habebant in Sicilia et Apulia colligi faciens eos reddidit Saracenis, nulla exinde recompensatione facta domibus supradictis. Et sic servis Christi servos prefert Machometi, ut ex premissis ostenditur evidenter. Ad hec pro certo scias quod licet dictus imperator cum paucis militibus mare dicitur intrasse (1), contra patrimonium Ecclesie magnum exercitum Christianorum et Saracenorum multitudinem destinavit ut de [in]observatione fidei et malignitate constet omnibus que manifestum exhibeat argumentum (2). Unde inquam firmam spem fiduciamque habemus in illo qui Ecclesiam suam supra fidei petram stabiliens, quantumcumque irruant venti et inundent flumina, ipsam tamen non permittet everti vel naufragari. Dum itaque videmus eum in subversione fidei christiane ita nequiter machinantem, ita impie sevientem, possemus extremum periculum formidare. Sed quantumcumque impii prolongetur iniquitas, nunquam tamen in sua poterit pravitate prevalere, sed in ea potius evanescet. Cum igitur ex officio licet indignis nobis injuncto providere cogimur ne minister Machometi in Christi ministros diutius valeat desevire, sed seviens potius confundatur et gloria christiani nominis exaltetur, dilectioni tue per apostolica scripta precipiendo mandamus quatenus per terram legationis tue hec solenniter predicans Christi fidelibus, ut pro statu fidei et religionis observantia stent ex animo tanquam prosequentes singuli proprium interesse, salutaribus monitis, effectibus eos et exhortationibus inducere non postponas.

Datum Perusii (3), nonis augusti, pontificatus nostri anno secundo.

---

(1) Scilicet cum centum tantummodo militibus et viginti navibus ad arma paratis, si Jordano, Marino Sanuto et Dandulo fidem adhibeamus. Multum autem confidebat imperator amicitiae Soldani Ægypti, a quo, ut narrat Ricc. de S. Germ., mense januario hujus anni Berardus archiepiscopus Panormitanus nuntius ad Caesarem rediens elephantem unum, mulos et praetiosa quaedam alia munera ipsi imperatori detulerat ex parte Soldani. Cf. Reinaud, *Bibl. des Croisades*, tom. IV passim, et specialiter Makrisi, ap. D. Berthereau, t. II, p. 45.

(2) Extat. in coll. Paris., nº 34, papalis epistola A. marchioni Anconitano et Estensi directa, dat. Perusii, IX kal. octobr. ann. II (23 sept.) qua ei mandat ut in Marchiam celeriter revertatur in quam « inimici Ecclesie nuntios destinarunt qui nunc sedentes in insidiis in occulto, nunc » publice discurrentes quotcumque possunt corrumpere moliuntur. »

(3) Ap. Matth. Paris., sed male *Laterani*. Monet autem Raynaldus qui finem hujus epistolae

In Cypro, julio, augusto. [Imperator] in Cyprum veniens nobilem virum Johannem de Ibellino et filios suos quos ibidem occasione negotii terrae sanctæ fecerat convenire minus curialiter cepit ad suum prandium invitatos (1). Postmodum regem quem ad se venire fecerat retinuit quasi captum, sicque regnum..... penitus occupavit. *Epist. Patriarchae Geroldi*, quæ infra. — [Post multas disceptationes imperator Johannem apud Nicosiam] obsidet et iterato pacto conveniunt ut donec rex parvulus legitimam ætatem impleat, annum scilicet XXV, imperator regni percipiat redditus et pro Berito a Johanne domino Beriti homagium recipiat, salvis quæstionibus quas sibi vellet opponere in curia regni Jerusalem. Marin. Sanut., *Secret. fidel.* ap. Bongars, *Gesta Dei per Francos*, II, 211, 212.

retulit legendum esse *Perusii*. Ibi enim summum pontificem tunc temporis a medio junio versatum ex ejus vitae actis atque Regesto compertum est. Vide supra p. 63, not. (1). Haec epistola in Regesto non invenitur, sed adest alia de re eadem regi Sueciae directa sub nº 75, data *Perusii*, deficientibus notis chronologicis.

(1) Hugone rege Cypri ann. 1218 vita defuncto, parvuli regis Henrici tunc novem mensium aetatem agentis tutelam cum titulo Ballivi Regina Aalis Philippo de Ibelin fratri suo uterino commiserat, nec postea auctoritatem alii, propter nimiam Ibelinorum potentiam, delegare valuit. Philippo autem paulo ante adventum imperatoris mortuo, Johannes dominus de Baruth frater ejus ballivatum regni occupavit. Fridericus interea, instigantibus Ibelinorum inimicis, Cyprum sibi vendicare decrevit, et statim ut ad Limissum appulit, litteras valde blandas Johanni transmisit, carissimum avunculum vocans, atque petens ut ad se cum parvulo rege et filiis amicisque veniret. Ballivus, licet sui obstarent, cessit invitanti. Imperator illum summo honore recipit; sed mutatis subito verbis inter prandium jubet ut sibi castrum Baruth restituat necnon et quaeque perceperit tanquam ballivus a morte regis Hugonis, videlicet per decem annos, ballivatum regis et regni cum omnibus tutelae fructibus ad se pertinere *secundum consuetudinem curiae Alemanorum* vehementer protestatus. Cum autem Johannes jus suum tam de castro quam de redditibus probandum offerret, et multum incalesceret disceptatio, honesti ex utraque parte viri ad hanc formam reduxere negotium ut, datis obsidibus viginti valvassoribus duobusque ex filiis suis, dominus de Baruth de ballivatu staret judicio curiae regni Cypri et de

---

Eodem anno Fridericus mare Mediterraneum ingressus ut Domino votum peregrinationis persolveret in vigilia Nativitatis beatae Mariae Virginis apud Accon applicuit (1). Venientes ei obviam clerus terrae et populus cum magno honore, ut tantum decebat virum, illum receperunt. Verumtamen quoniam noverant eum a papa excommunicatum, non ei communicaverunt in osculo neque in mensa, sed consuluerunt ut domino papae satisfaciens rediret ad sanctae Ecclesiae unitatem (2). Templarii vero in adventu ejus flexis genibus adoraverunt eum, genua ejus deosculantes..... Invenit autem imperator principes et rectores exercitus populi christiani, ducem de Lemburg, patriarcham Hierosolymitanum, archiepiscopos Nazarensem, Cesariensem et Narbonensem, episcopos Angliae Wintoniensem et Exoniensem, magistros Hospitalis et Theutonicorum, qui præerant octingentis militibus peregrinis et peditibus quasi decem millibus Accon, 7 septembris.

Baruth judicio curiae regni Jerusalem. Ille tamen, mox comperto quod imperator praedicta conventione non contentus ipsum personaliter habere vellet, arma suos capere jubet et Nicosiam profectus, se in arce munitissima *Dieu d'amour* dicta ad defensionem parat. Fridericus vocatis ad se de Syria copiis cum principe Antiocheno dominisque Gibleti et Sidonis, Johannem tenet obsessum, donec cum eo pactum a curia confirmatum denuo componat. Deinde Famagostam vadit; unde, liberatis duobus Johannis filiis, sed juniore Cypri rege secum abducto, Tyrum profectus est. MARIN. SANUT., loc. supr. citat. — LOREDANO, lib. 1, p. 47-103. — *Art de vérifier les dates*, I, 460. — FLOR. BUSTRON. *Comment. de Cipro*, MSS fol. 96 et seqq. — BEUGNOT, *Assises de Jérusalem*, t. I, p. 266, not. A.

(1) Cf. CONRAD. URSPERG., *Chronic.* ad ann. qui ita : « Imperator venit ad terram sanctam » mense augusto et applicuit apud Accon et ibi permansit, ubi, ut aiunt, multa sustinuit ex per- » fida proditione Templariorum. Soli vero Hospitalarii de domo sanctae Mariae Theutonicorum » fideliter ei astiterunt, similiter Jamuenses et Pisani et alii milites qui cum ipso et pro ipso » advenerant. Veneti vero vacillabant. »

(2) Vide infra epistolam papalem, 30 novembr. hujus anni, p. 83.

de diversis mundi partibus congregatis. Qui omnes pari devotione ducti Cesaream et quaedam munierant castella, ita quod nihil defuit eis nisi ut Joppen restaurarent et sic in sanctam tenderent civitatem. Matth. Paris. *Hist. maj. Anglor. ad ann.*

Accon, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Hugoni, abbati Murbacensi, principi suo concedit pedagium in valle Amarini.

(Edider. Lunig, *Reichs archiv.*, contin. spicileg. eccles., tom. I, operis XIX, p. 972. — Schoepflin, *Alsat. diplomat.* I, 362.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis fidelibus nostris per imperium constitutis tam presentibus quam futuris quod nos attendentes sinceram fidem et grata servitia que Hugo, venerabilis abbas Murbacensis, dilectus princeps noster (1), constanter exhibuit majestati nostre nec desinit exhibere, concedimus sibi pedagium in valle Amarini tamdiu tenendum et possidendum pacifice et quiete donec nostre placuerit majestati. Ad cujus concessionis nostre memoriam presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum Acon, anno dominice Incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo, mense septembris, secunde indictionis.

---

(1) Richerius Senonensis (ap. D'Achery, *Spicileg.*, II, 631) expeditioni terrae sanctae hunc adfuisse abbatem testatur, a cujus ore rem ipsam audierat. Ex documento in archiv. Stuttgart. asservato quo comes Conradus de Wirtemberg quamdam ordini Teutonico donationem facit ap. Accon 15 septembris 1228, discimus nomina quorumdam aliorum Suevorum qui imperatorem ultra mare fuerant comitati : scilicet Heinricus et Albertus de Neifen, Eberhardus de Illereichen, Heinricus de Schwendi, Rudigerus de Stein, Leutfridus Hoselinus, Eberhardus de Beuren, Dietricus de Ingersheim, Conradus de Haslach et Keno de Sumerau qui in his partibus obiit. Cf. Stalin, *Wirtemb. Gesch.*, tom. II, 175.

[Ad castrum Cordane (?), octobri.]

[Imperator ad castrum Cordane (1) venit et inde ad Soldanum mittit Balianum dominum Sidonis et comitem Thomam de Lacherne (2)] qui dicerent salutatione praemissa quia eum vult pro fratre habere ac familiari amico; . . . . . . sciatque se nequaquam transfretasse acquirendae terrae cupiditate allectus, cujus districtus posset quamlibet concupiscentiam satiare, sed sanctorum locorum gratia et regni Jerusalem quod olim possederant christiani, quodque suo filio jure haereditario debebatur (3). MARIN. SANUT., *Secret. fidel.*, ap. BONGARS, *Gesta Dei per Francos,* II, 213.

Perusii, 7 novembris.

Gregorius papa Raynaldo quondam Conradi ducis Spoletani filio conqueritur quod castra ad Ecclesiam Romanam pertinentia occupaverit, presbyteris spoliatis, mutilatis et etiam supplicio afflictis, Marchiamque Anconitanam invaserit; octo dies ad satisfaciendum competenter praefigit; alioquin per Cynthium subdiaconum suum

(1) Alias *Ricordane;* cf. in Additamentis, p. 485. Hoc castrum sive casale hodie dirutum eminebat juxta ostium fluminis antiquo nomine *Beli*, nunc arabico idiomate *Nahr-el-Kardane* vocati.

(2) Scilicet comes de Acerris, tunc in Syria imperatoris bajulus. Vid. supra, p. 58, not. 1 et p. 74. Plura de isto memorantur in Additam., p. 481 et seqq.

(3) Kamel tunc inter Neapolim et Jerusalem cum exercitu castrametatus, non responsum absolute dedit, sed munera pro muneribus transmisit, videlicet « exenia multa et pretiosa in » auro et argento, in holosericis et lapidibus pretiosis, in camelis et elephantis, in ursis et si- » miis et aliis rebus mirificis quibus omnibus carent incolae Occidentis. » MATT. PARIS., *Hist. maj. Anglor.*, ad ann. 1228, p. 242. — De confabulationibus inter Soldanum et imperatorem et de problematibus mathematicis invicem resolvendis, cf. MAKRISI ap. REINAUD, *Bibl. des Crois.*, t. IV, p. 432.

excommunicandum cum fautoribus ejus et per P. Theodaldum diffidandum jubebit.

(Inedit. ex Regest. Gregor. IX in Bibliot. S. Thom. Phillipps ap. Middleh. ann. II, epist. 44, coll. cum collect. Paris.)

Gregorius, etc. Nobili viro R. nato quondam C. ducis Spoletani spiritum consilii sanioris. Satis domino tuo sufficere poterat quod Deo et hominibus gratis ingratus romanam Ecclesiam matrem suam hactenus acerbis amaricavit doloribus, atrocibus lacessivit injuriis et variis molestiis perturbavit, si non et tu ejus vicarius et minister patientie nostre abusor improvidus nos cumulatis exacerbares offensis, ita provocans nos audacter quasi non sit auxilium quo tua possit audacia cohiberi. Sed si sapis ut crederis, ad frangendos conatus tuos nos non oportet considerare laborem, quia quod non processimus hactenus ad injuriam injuria propulsandam, mansuete patientie virtus fecit per quam non ad insolentias prorumpere, sed ad celeriorem correctionem te ac alios debueras revocare. Sed exinde ad impenitentiam adduceris, ut videmus; non enim contentus quod castrum Stipizi occupasti et turrem (a) de Arnata obsidens invasisti eam in nostram contumeliam comburendo, quod construxisti castrum Leonis et homines nostros de Arrone ac quosdam de Cassia tibi fecisti jurare, et quamplures alios a fidelitate apostolice Sedis avertens multos corrupisti muneribus et promissis, quod Arquatam quam aliquando dominus tuus occupans ad commonitionem pie memorie H. pape predecessoris nostri sponte restituit reoccupasti de novo, et quod non est tacendum, sicut dicitur, presbyteros et alios clericos ausu sacrilego mutilans eos variis cruciatibus afflixisti, quosdam per Sarracenorum ministerium crucis affigendo patibulo, quosdam cecando, reliquis afflictis talliis et collectis et spoliatis ecclesiis in manifestam subversionem ecclesiastice libertatis, nunc Marchiam Anchonitanam (1) ingressus hostiliter ad occupandum eamdem fraudes et vires

(a) In Cod. Paris., *terram*.

(1) De his, ut sequitur, mentionem facit Ricc. de S. Germ., *Chronic.* ad ann. « Raynaldus

exerces, te manifestum ostentans sedis apostolice inimicum. Verum licet non tam ex longanimitatis virtute quam ex pusillanimitatis vitio forte procedere videatur quod premittimus monita cum jam pena debuerit precessisse, quia tamen eo potiorem patientiam habere nos decet quo uberiorem potentiam nobis dominus amministrat, nobilitatem tuam monemus attente per apostolica tibi scripta firmiter precipiendo mandantes quatenus ad corrigendum te consilio salutari recurrens, protinus Marchiam exeas et dimittas, et infra octo dies post susceptionem presentium occupata et ablata restituas universa, et de datis damnis et irrogatis injuriis satisfacias competenter vel super iis et aliis sufficientem exhibeas cautionem; alioquin dilecto filio Cinthio subdiacono et capellano nostro de cujus fide et prudentia indubitatam fiduciam obtinemus, ut te ac fautores tuos tam de regno quam alios excommunicatos publice nuntiet et terras ad quas tu vel tui devenerint supponat ecclesiastico interdicto, et nobili viro P. Theodaldi fideli nostro ut ex parte nostra te manifeste diffidet dedimus firmiter in preceptis, alias contra dominum tuum et te nihilominus auctore domino spiritualiter et temporaliter severius processuri.

Datum Perusii, VII idus novembris, pontificatus nostri anno secundo.

Gregorius Papa Januensibus scribit qualiter Fridericus imperator in terra sancta christianis potius quam Sarracenis studeat officere, et Raynaldus natus quondam Conradi ducis Spoleti vicarius ejus terras ecclesiae violenter invaserit; unde in istum excommunicationis Perusii, 30 novembris.

» dux Spoleti cum imperiali gente dominos Puppliti in Capitinnano obsidet, qui cum se tenere » non possent, accepta ab eo securitate de personis et rebus suis, se apud Reate contulerunt; » tunc Dux ipse Marchiam intrat ac Bertholdus frater ejus circa Nursiae provinciam remanet, » qui castrum quoddam quod Prusa dicitur sibi rebelle destruxit, ejusque incolas pœnis addixit » variis et tormentis, et Saracenorum traditos potestati quos secum de Apulia duxerat in ipsis » crucialibus exalare coegit. » Et infra : « Dux Marchiam usque Maceratam Caesaris imperio subjugarat. »

sententiam publicavit; addit sibi ab eodem Friderico Barensem archiepiscopum et Henricum comitem Maltensem fuisse destinatos de tractanda concordia; cum autem imperator prædictum Raynaldum procuratorem in hac re esse voluerit, se respondisse quod tractatus reconciliationis cum isto haberi nec posset nec deberet.

(Edid. RAYNALD., *Annal. eccles.*, tom. I ad ann. 1228, § XVI, e Regest. Gregor. ann. II, epist. 66. — Coll. cum collect. Paris.)

Gregorius, etc. Potestati et populo Januensi, etc. Illorum superbia qui oderunt Dominum semper ascendens, licet interdum dolose malignitatis palliata velamine, ut efficacius noceat, furorem suum intermittere videatur, quantumcumque tamen aliena patientia supportetur, mitescere nescia gravius invalescit, donec illam justitia ex alto superveniat et subvertat. F. siquidem imperator cor suum elevans contra Deum spiritu ad superbiam obfirmato, ut taceamus alia fere innumera quibus Deum provocavit audacter, non contentus quod negotium terre sancte dolosa perversitate irreparabiliter quasi confudit in atrocissimam contumeliam Jesu Christi et inextricabile opprobrium populi christiani, et pro nihilo reputans quod ecclesias et personas ecclesiasticas spolians violenter subvertit ecclesiasticam libertatem, nunc faciem euntis in Hierusalem inique pretendens ubi christianis potius quam Sarracenis studet officere, viros sceleratos loco sui dimisit in partibus cismarinis qui, ut ejus iniquis jussionibus obsecundent, et timorem divinum et humanum pudorem penitus abjecerunt. Raynaldus enim natus quondam Conradi ducis Spoleti ejus vicarius et minister exfortio congregato Patrimonium beati Petri quod idem Fridericus multiplici juramento tenetur defendere violenter invadens, presbyteros et alios clericos, sicut nobis est pro certo relatum, per manus Sarracenorum fecit ausu sacrilego mutilari, quibusdam in cruce suspensis, aliis diversis suppliciis cruciatis. Et quia primos virium suarum conatus a primordio non repressimus cum facile potuerimus, ille de patientia nostra insolentiorem sumens audaciam, Marchiam Anconitanam et ducatum Spoleti aggredi attentavit, quibusdam venalibus ibi corruptis pretio et quibusdam minis et terroribus a fidelitate

apostolice Sedis aversis; ubi Sarraceni qui christianorum sanguinem insatiabiliter sitiunt, non parcentes sexui vel etati impietates abominabiles perpetrarunt quas horror esset intolerabilis recenseri. Et licet eum super iis per dilectum filium Cinthium subdiaconum et capellanum nostrum et litteras nostras monuerimus diligenter, idem tamen monitis acquiescere aspernatus quantum potuit ad graviora prorupit. Quare in eumdem Raynaldum et complices ac fautores suos et in omnes et singulos cujus vel quorum mandato, auctoritate, consilio et auxilio talia perpetrantur excommunicationis sententiam solemniter publicantes, quia ipsam pertinaciter vilipendit, ad defendendam terram Ecclesie et injuriam auctore domino propulsandam exercere proponimus potentiam temporalem, ne inimici Dei et Ecclesie in sua prevaleant vanitate, sed in pravitate potius evanescant (1). Quia quantumcumque facinora prenotata nos moveant, potissime tamen nec immerito exhorremus, quam idem Fridericus semper minatur et indesinenter exequitur, depressionem ecclesiastice libertatis; cum antea etiam ubicumque habuit potestatem Ecclesias et ecclesiasticas personas, necnon viduas, orphanos et pupillos ex industria conculcarit; quare potestas hujusmodi non dilatari, sed decurtari meretur. Ad hec ne falsis rumoribus vos circumveniri contingat, noveritis quod dictus Fridericus non sine fraudis excogitate commento venerabilem fratrem nostrum... Barensem archiepiscopum et Henricum comitem Maltensem ad nostram presentiam destinavit (2), scribens nobis ut eis benignam audientiam preberemus, scientes quod ad

---

(1) Extant in Regest. n° 70 litterae Gregorii archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis ejus directae : dat. Perusii, X kal. decembris (22 novemb.) ann. II, quibus mandat ut subsidia stipendiario exercitui suo ministrent.

(2) Hic verisimiliter agitur de legatione ap. Matth. Paris. indicata (vid. supr. p. 77), quam etiam Bernardus Thesaurarius in continuatione Guillelmi Tyrensis ita memorat (in edit. Guiz. t. XIX, p. 448) : « Quant l'empereor fu en Acre, si fist tantost armer une galie et mist messages » ens et les envoia a l'apostole et fist a savoir qu'il estoit en la terre sainte et qu'il l'asousist, et il le » créanteroit que james ne torneroit ariere jusques qu'il auroit conquise tote la terre des Sarra- » zins et mise en la main des Chrestiens. L'apostole dist qu'il ne l'asoudroit mie, qu'il ne le te- » noit mie por crestien, ains estoit passé com faus et traitre. Après manda au patriarche, au » temple et a l'ospital qu'ils ne fussent a son conseil n'a son accort et que bien se prissent garde » de lui ; car il ni feroit ja bien, si comme il cuidoit. »

tractandam concordiam cum Ecclesia prefatum Raynaldum procuratorem reliqnerat et adhuc volebat per eum haberi tractatum. Et licet certissime crederetur quod ad deludendam Ecclesie Romane patientiam venerant, nihilominus tamen benigne audivimns quecumque proponere voluerunt. Et quia mandatum aliud non habebant, respondimns quod dictus Raynaldus non tractator pacis, sed factus erat Ecclesie persecutor. Unde tractatns reconciliationis cum eo haberi nec poterat nec debebat, et his ita dictis protinus abierunt, variis nocendi modis ab eodem Raynaldo interim concinnatis. Hec autem vobis scribimns ne falsa pro veris vobis a maliloquis suggerantur. Ut igitur tanqnam veri filii matri vestre fideliter obsequentes incomparabile vobis meritum apud Deum et homines comparetis, universitatem vestram affectuose rogamus et monemus attente per apostolica vobis scripta mandantes quateuus nullis suggestionibus patiamini vos seduci quominus in Ecclesie Romane devotione in qua radicati et fundati estis inflexibiles persistatis, ut qui libenter in vestris landibns delectamur in vestre magnanimitatis constantia gloriantes sinceritatem vestram dignis debeamus proseqni actionibns gratiarum.

Datum Perusii, II kalendas decembris, pontificatus nostri anno II (1).

(1) Cf. ex archiv. Ravenn. litteras alias archiepiscopo Ravennatensi et ejus suffraganeis missas quibus eos arguit quod nondum excommunicationem contra Fridericum publicaverint, firmiterque monet ut ad id sine mora procedant. Dat. Perusii, VII kalendas decembris (25 novemb.), ann. II, memoral. ap. Montfaucon. *Bibl. manuscript.* I, 437; — et in Regesto, n° 67, litteras ad universos episcopos per Tusciam constitutos quomodo excommunicaverit Fridericum dictum imperatorem, Raynaldum et Bertholdum filios quondam ducis Conradi et fautores eorum. Dat. Perusii, III nonas decembris (3 decemb.), anno II, in quarum fine legitur: « Verendum est omnibus qui eisdem consilium, auxilium vel favorem impenderint ne contra » eos tanquam contra inimicos negotii terre sancte, paganos videlicet et Christi blasphemos, » procedere compellamur. »

ANNO 1229. — INDICTIONE 2.

L'empereor s'en ala a Jaffe... et manda au soudan qu'il li tenist ses covenances. Le soudan sout la discorde qui estoit entre lui et l'apostole et ceus de la terre. Si li manda qu'il ne les li pooit mie tenir (1)... L'empereor fist son serment et li manda que s'il ne li tenoit ses covenances, seust-il bien que james n'auroit repos jusques qu'il l'auroit désérité (2). *Contin. Guill. Tyrensis*, t. XIX, p. 420. [Apud Joppen, anno 1229 ineunte.]

(1) Si fidem Friderico ipsi adhibeamus, Papa soldano scribere non dubitaverat ne regnum imperatori restitueretur: « Preter impedimenta que nobis in Syria preparavit per nuncios et » legatos qui soldanum litteris suis, quas nos captis earum latoribus in publicum testimonium » reservamus, ne nobis terram divino cultui deditam redderet cum regni Hierosolimitani ju- » ribus, munierunt. » Cf. epistol. 20 april. ann. 1239. Sive hanc discordiam sibi profuturam crediderit, sive suos de futura redditione civitatis *sanctae* Jerusalem murmurantes placare voluerit, soldanus Ægypti tunc temporis Gazam usque recesserat, ubi cum fratre suo Malek-Ascraf inito fœdere, promissa sua implere per astutiam non curabat. Cf. Aboul'l feda, ex versione cl. Reinaud, p. 104.

(2) Rem aliter narrant scriptores arabici, inter quos Debebi quamdam epistolam multo humiliorem Friderici exhibet qua tantummodo a soldano requirit « ut sibi Jerusalem omni miseria » afflictam et a Moslemis dirutam in ista tristi conditione restituat; unde saltem caput inter » reges erigere possit. » Makrisi haec eadem fere verba imperatori tribuens, refert tamen illum prius petiisse ut sibi praeter Jerusalem omnes civitates redderentur que quondam sub ditione Francorum fuerant, hoc addito ut sui regni mercatores apud Alexandriam et Rosetum negotiari soliti omni tributo eximerentur. Cf. *Bibl. des Croisades*, IV, p. 429, 430. Qualitercumque se res habuerit, soldanus Ægypti et frater suus, comperto quod soldanus Damasci ipsorum nepos, cujus terram inter se dividere intendebant, se cum copiis apud Damascum recepisset, paci seu treugae tandem manus dederunt.

[18 februarii.] Transcriptum capitulorum treugae ab imperatore Friderico cum soldano Babyloniae initae, quae Patriarcha Hierosolymitanus Papae direxit cum animadversionibus in modum vituperii (1).

(Edider. Raynald., *Annal. eccles.*, ad ann. 1229, § XV et seqq. — Pertz, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, p. 260.)

Capitulum I. Sultanus Hierosolymam imperatori ejusque prefectis tradit ut de ea quocumque modo pro arbitrio disponat communiatve (*a*).

(*a*) Ad majus tam historiae quam veteris linguae nostrae ornamentum haec eadem capitula in gallico idiomate, sub originali eorum forma hactenus, nisi fallimur, inedita, hic exhibemus ex Regesto Gregor. ann. III, n° 35, mendis quibus scatent accurate correctis :

§ I. *Li soldans baille a l'Impereour ou a ses baillis Ierusalem le exalchie quil en face cho que ilh vora de garnir ou autre chose.*

§ II. *L'emperere ne doit douchier la Geemelaza eho est le temple Salomon ne le temple* domini *ne nule rien de tot le porpris ne ne doit soufrir que nus Francs de quelque generation quil soit que ilh se mete sor les lius motit, mais ilh remandront sens riens cangier en la main et la garde des Sarrasins qui le terront por lor oresons faire et por lour loie crier, sens cho que defendu ne contredit ne lor iert nulle riens de cho, et les cles des portes des porpris de ehes lius qui moti sunt seront es mains de chiex ki iki seront por les lius servir et de lour mains tollues ne seront.*

§ III. *Non sera defendu a nul Sarrazin quil ne voyse franchement en pelerinage en Bethleem.*

§ IV. *Et si yl ya acuns Frans qui ayt ferme creanze en la hautece e en la dignite del*

(1) Iste non est treugae totius textus, sed aliquorum tantummodo capitulorum, ut alias ipse monet patriarcha : « Vidimus in eo *inter cetera* quedam mirabilia contineri que sanctitati vestre » de verbo ad verbum duximus transmittenda. » Vid. infr. p. 108. De caeteris autem capitulis ibidem non expressis, cf. primam magistri Theutonicorum epistolam et ipsius imperatoris encyclicam.

§ Notandum quod imperatori sive balivis suis fit concessio, non facta de Ecclesia vel christianitate vel peregrinis aliqua mentione, et ita apparet quod secundum formam tregue nullus potest eam munire vel retinere nisi imperator vel ballivi sui. Item notandum quod Soldanus de jure non habuerit potestatem concedendi, cum super hoc violentia inferatur soldano Damasci qui eam possidebat nec treugam jurare voluit nec ratam dictam concessionem habere.

Capitulum II. Imperator non occupabit attinget ve Geemelaza (1) quod

temple domini *e il vuelt le lou visiter e fayre yki ses oresons, illes y puisse faire, e sil ne croyit en sa hautece e en sa dignite, non doyt estre soffers a entrer en tot le porpris de leu.*

§ V. *Se acuns Sarrazins meffayit des estaianz en Jerusalem a Sarrazins com' il est, doyt estre menez per l'esgart des Sarrazins.*

§ VI. *L'empereres non aydera nul Franc ki ke il soyt en nule maniere per nule entention kil avent de kelke diversite kil soyent ne Sarrazin a combatre ni a guerre fayre contre les Sarrazins ky kel sunt en ceste trive moty, ni no mandera oeulz ni ne segra nul de uls en nule des partye ki motyes sunt por battaille fayre ne no se asentyra a eulz en aucune maniere ne no les soccoyra ne d'ost ne d'avoyr ne de genz.*

§ VII. *L'empereres destornera toz cels qui aurant entendement del mal fayre en la terre del soldan Melec el Kemel e en la terre ke est motyes en la trive e les defendra a son ost e a son avoyr et a ses homes e a tot kante kil aura de poer.*

§ VIII. *Saucuns Frans ki ke il soyt a entendement de trapasser rien des fermetez ke recordees ou motyes sunt en ceste trive, li empereres e sor li* (sic) *est de deffendre le soldan e doster e de storner le'n a son ost e a son avoyr et a ses homes.*

§ IX. *Triple e sa terre, le Chrach, Castel Blanc, Tortose, Margat e Antioche e kant ke est en lor trive se soyt en son estat en guerre e en trive e sor l'empereor soyt kal deffendra a ses genz e a son ost e as apendanz ali e a cels ki ali venrunt Frans prives e enstranges ali venanz, la aye des segnors de cels leus motiz sor nule entention kyl ayent en la terre de Sarrazins.*

---

(1) Vox arabica, rectius autem *Djami al-Acsa*, id est *Mesquita longinqua*, ex opposito vicinarum, scilicet apud Mekkam et Medinam. Haec mesquita in ea parte qua olim surgebat Salomonis Templum a kalifa Omaro extructa, maxima apud Moslemos veneratione colitur. Diversa omnino est ab ecclesia Sepulchri sive Resurrectionis, sita in alio civitatis vico, illo qui dicitur *Golgotha*.

Salomonis templum est nec templum Domini vel quidquam eorum ambitu complexuque contentum, nec pati debet Francum ullum cujuscumque gentis fuerit hec invadere, sed nullo prorsus immutato erunt in potestate et manu Sarracenorum qui ea ad orationes suas fundendas suamque legem proclamandam obtinebunt, nulla iis prohibitione aut contradictione facta, clavesque portarum que in ambitu locorum sunt apud eos qui ad ea loca instruenda curandaque resident remanebunt, nec in posterum ipsis eripientur.

§ Hec est abusio manifesta que expositione non indiget : hec est conventio Christi ad Belial : per hoc apparet si frequentatio psalmi illius : Deus venerunt gentes, cessare debeat, cum adhuc templum sanctum polluant infideles. Item notandum quod cum in locis adjacentibus civitati nulla sint casalia restituta et remaneant in manibus paganorum, et longe major erit multitudo Sarracenorum venientium causa orandi ad templum Domini quam multitudo christianorum venientium ad Sepulcrum, quomodo poterunt habere dominium christiani usque ad decem annos sine discordia et periculo personarum, cum, sicut predictum est, sibi vires retineant Sarraceni?

Capitulum III. Nulli Sarraceno vetitum erit in Bethleem libere peregrinationem obire.

Capitulum IV. Si quis Francus firmam fidem in majestatem dignitatem que templi Domini habuerit, eoque ad preces fundendas ingredi voluerit, id illi licebit : at si in ejus templi majestatem dignitatemque non credit, in toto loci ambitu consistere permittendus non est.

§ Mirum est quod etiam clausuram illam utriusque templi nullus christianus ingredi permittetur, nisi credat sicut Sarraceni credunt. Item mirum est quod ipsi possunt libere intrare Bethleem, locum scilicet orationis nostre, in infidelitate sua sine omni examinatione, et nos templum Domini, immo nec clausuram in fide et nomine Jesu Christi non poterimus nec permittemur intrare, nisi prius eis constet quod de templo quod ipsi credunt credamus. Item notandum quod templum Domini fuit primo sedes episcopalis que nunc patriarchalis facta est, et ibi nunc sedes est Mahometi.

Capitulum V. Si Hierosolymis Sarracenus Sarraceno alteri damnum aliquod intulerit, apud Sarracenos in judicium vocabitur.

§ Ecce quod in civitate jurisdictionem habent sicut christiani.

Capitulum VI. Imperator nulli Franco, quisquis ille fuerit, quocumque modo operam prestabit nec Sarraceno ad confligendum bellumque movendum contra Sarracenos quicumque ii fuerint per has inducias, belloque moto, nec quemquam impellet vel mittet nec cuiquam eorum sese conjunget qui ad prelium ineundum fuerit progressus, iisve nullo modo adherescet nec eos commeatu vel viris juvabit.

§ Istud sacramentum quod in hac parte fecit Soldano quomodo servari poterit cum eo quod fecit Ecclesie de tenendis mille militibus per biennium et de quinquaginta galeis, pro quibus excommunicatus est quia adimplere eadem non curavit?

Capitulum VII. Imperator avocabit eos omnes qui meditabuntur cladem aliquam inferre terris sultani Melec el Kemel ac terris, idque suis exercituique ac subditis vetabit pro quanta in eo erit potestate.

§ Si bene notetur istud capitulum, etsi nunquam in aliis deliquisset, non solum Deus contra quem se specialiter obligavit, verum etiam totus mundus deberet insurgere contra eum, quia in hoc contra universam christianitatem commisit in opprobrium et contemptum excellentie imperialis et totius christianitatis dedecus non modicum et manifestum gravamen.

Capitulum VIII. [Pene idem, sed magis expressum]. Si qui Franci pactiones conventas aut quarum mentio facta sit in his induciis transgredi cogitent, imperator sultanum defendere tenetur ac ab ea mente suos subditosque exercitumque suum revocare.

Capitulum IX. Tripolis ejusque territorium, Crachum, Castelblancum, Tortosa, Margatum et Antiochia et quidquid in iis reperitur, tam in bello quam in induciis, in suo statu relinquatur, ac imperator suis exercituique suo inque terris suis commorantibus, qui eo accedent, sive ii Franci fuerint indigene vel exteri, opem dominis dictorum locorum ferre prohibebit.

§ Hoc nunquam accidit, sicut dicitur, in terra nisi modo, quia quando in regno Hierosolymitano treuga habebatur, loca precedentia milites regni et alii christiani indifferenter juvabant et ea modis quibus poterant defendebant.

[Apud Joppen, 12 martii circiter.]

Hermannus, Teutonicorum magister, Papae nuntiat quid in terra sancta advenerit, praecipue de munitione civitatis Joppe et de conclusione pacis inter imperatorem Fridericum et Soldanum Babyloniae.

(Edider. Pertz, *Monum. Hist. Germ.*, IV, p. 272. — Hennes, *Cod. ord. Theuton.*, p. 82, n° 75.)

Gregorio sanctissimo et reverendo in Christo patri et domino ac benefactori suo, sacrosancte Romane Ecclesie summo pontifici, frater Hermannus hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum in Jerusalem minister humilis (1) cum debita reverentia et devotione oscula pedum beatorum. Rumores et status terre sancte et exercitus christiani in passagio autumni preteriti secundum quod tunc erat vestre satis innotuit sanctitati; sed gratiam quam Dominus exercituum Deus circa terram sanctam non nostris meritis, sed sola miseratione divina post hec operari dignatus est, dignationi vestre in presentibus significare dignum duximus et utile. Noveritis igitur quod quintodecimo die mensis novembris dominus imperator cum

---

(1) Cum Papa imperatorem mandavisset tanquam excommunicatum ab omnibus evitari, ipse imperator « non absque sui culminis gravi injuria suum in exercitu christiano jussit praeconium » subticeri, et ne terrae sanctae dissolveretur negotium..... ipsi exercitui super Theutonicos et » Longobardos magistrum domus Theutonicorum et super homines regnorum Hierusalem et » Cypri Riccardum Filangerium marescalcum suum ac quemdam Odonem de Montebeliardo prae- » fecit capitaneos et ductores. » Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.* — « Assentiens banna pro- » clamari ex parte Dei et christianitatis, suppresso imperatoris nomine. » Marin. Sanut. ap. Bongars, II, 213.

omni exercitu christianorum venit Joppen ad reedificationem castri illius ut facilior fieret processus in Jerusalem tempore suo. Et cum exercitus Christi necessaria in someriis per terram per aliquod tempus sufficientia ferre nequivisset, quisque secundum suam possibilitatem barcas cum necessariis in portu Accon oneraverat; sed mutato aere et turbato mari tanta tempestas inhorruit ut vassella cum victualibus nequaquam exercitui venire possent. Et dum exercitus Christi in multa sic esset anxietate, fere omne consilium totius exercitus jam desperare cepit, murmurantes nil aliud superesse quam in Accon redeundum. Et dum in tali essemus discrimine, miserator et misericors Dominus qui sanat contritos corde adjutor in oportunitatibus serenato aere pacavit mare, et statim tanta navium et barcarum multitudo venit Joppen cum victualibus ut omnis defectus prius habitus mutaretur in abundantiam et plenitudinem omnium necessariorum, et ab illo tempore semper ulterius tantam fecit misericordiam Deus in aeris temperie ut indifferenter venirent vassella per mare et abirent, ita quod omnis copia omnium necessariorum habita est semper ulterius. Interea sine mora de communi consilio incepta sunt edificia Joppen in fossato et muris et turribus erigendis, quod opus memoriale erit in evum omni populo christiano, quia per Dei gratiam ex nimia dilectione et affectu quo dominus imperator et omnis populus circa ipsum fervebat et laborabat, ante dominicam Sexagesime usque adeo fuit promotum quod a principio sue prime inchoationis nunquam extitit tam forte et bene factum. Interea vero dum hec sollicite agerentur, nuntii Soldani et domini imperatoris indifferenter ibant hinc inde et revertebantur tractantes de bono pacis et concordie. Idem vero Soldanus Babylonie et frater suus Soldanus qui dicitur Sceraph (1) cum innumerabili exercitu apud Gazaram erant in castris per unam dietam modicam a nobis, et Soldanus Damasci (2) cum ingenti exercitu apud Neapolim erat per unam similiter dietam a nobis. Et dum de restitutione terre sancte tractaretur, Dominus Jesus Christus sua solita providentia ita ordinavit quod Soldanus restituit domino imperatori et chris-

(1) Malek-el-Ascraf, Soldanus de Khelath, in Armenia Majori.

(2) Scilicet Nasser-Daoud, eorum ex fratre nepos. Vid. supr. p. 85, not. 2 in fine.

tianis civitatem sanctam Jerusalem cum suis tenimentis, excepto illo quod monasterium illud quod dicitur templum Domini debet esse in custodia Sarracenorum quia orare diu consueverunt ibidem, ut liberum habeant introitum et exitum illic orationis causa et christianis similiter ibi orare volentibus sit expositum. Villam etiam que dicitur ad sanctum Georgium et casalia que sunt ex utraque parte vie usque in Jerusalem reddiderunt, et Bethleem cum suis tenimentis et casalibus que sunt inter Jerusalem et Bethleem; restituit etiam Nazareth cum suis tenimentis et casalia que sunt inter Accon et Nazareth. Reddidit etiam castrum Tyronis cum omnibus pertinentiis et villis et terris. Civitatem etiam Sydonis cum omni planitie que attinet similiter reddidit et omnes terras quas christiani tempore pacis habebant et in pace tenebant. Licet etiam nobis per pactum reedificare Jerusalem in muris et turribus juxta voluntatem christianorum, et castrum Joppen, et castrum Cesaree, et Montfort castrum novum nostrum (1) quod in montanis hoc anno firmare cepimus. Verisimile enim videtur quod si dominus imperator in gratia et concordia Ecclesie Romane transivisset, longe efficacius et utilius prosperatum fuisset negotium terre sancte. Predictus vero Soldanus Babilonie usque ad finem treugarum que inter dominum imperatorem et eum per decennium statute sunt aliqua castra aut edificia facere de novo aut edificare non debet nec aliquis suorum. Omnes captivi etiam qui in perditione Damiate remanserunt et qui capti sunt in guerra novissima totaliter redderentur ex utraque parte. Proponit etiam imperator cum omni populo ascendere Jerosolimam et ibi in honore Regis regum omnium ferre coronam; sic enim consultum est ei a pluribus, et cum omni diligentia intendere ad reedificationem civitatis Jerusalem. Qualis etiam fuerit exultatio omnis populi in restitutione predicta vix potest enarrari. Frater etiam Leonardus venit ad nos Joppen VII die martis referens nobis rumores de partibus cismarinis, quos libenter vellemus esse meliores et de alia maneria quam sint. Ceterum dominus archiepiscopus Reginus qui ad pedes vestre dignationis missus est, discretionem

(1) De hoc castro vide infra, p. 118, confirmationem commutationis cum Jacobo de Amigdala factae, aprili 1229.

vestram plene novit expedire qualiter et in quem modum circa dominum imperatorem remanserimus, et dum per eum fueritis expeditus qua intentione fecerimus et quis fuerit profectus, quicquid super hiis vestra nobis preceperit dignatio et de futuris et de ceteris parati sumus obedire.

Fridericus, Romanorum imperator, comitibus, baronibus, militibus caeterisque nobilibus per imperium constitutis annuntiat prosperos successus suos in partibus transmarinis. Jerusalem, 18 martii.

(Edit. a B. de Hormayr, *Wien. Jahrbuch. der Litterat.*, XL, 147, et in *Monum. Boic.*, t. XXXI, pars 1ª, p. 532, e libris cop. Patav. II et III. — Lunig, *Reichsarchiv*, IV, 147, et Leibnitz, *Cod. diplom. Jur. gent.*, II, 245, ediderunt quoque, paucis tantum mutatis. — Pertz, *Monum. Hist. Germ.*, IV, 261-263, hanc epistolam papae scriptam ex archiv. Vatic. desumpsit, cum quibusdam variantibus lectionibus, in cujus fine *die sabbati XVII* (non *XVIII*) legendum est. Multo magis ab istis discrepat Matth. Paris., *Histor maj.*, ad ann. 1229, p. 245, qui epistolam eamdem refert ad regem Angliae missam et bulla aurea cujus descriptionem exhibet sigillatam. In Cod. MSS. olim G. Libri, cui titulus *Epistolae regum et imperatorum*, extat ejusdem copia regi Bohemiae directa, non multum a nostra differens. — In *Archiv der Gesellschaft*, IV, 190, altera indicatur saeculi XIII, quae apud Claustrum Neuburgi asservatur. Edidit denique Sudendorf, *Merkwürdige Urkund.*, p. 103, nº LII, primam hujus epistolae partem cum hoc titulo: *Fridericus Dei gratia, etc., venerabili episcopo Conrado Hildenshemensi principi suo gratiam suam et omne bonum*, ex manuscripto quondam H. Meibomii senioris in Reg. Bibl. Hannover. asservato.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, comitibus, baronibus, militibus, ceterisque nobilibus et universis per imperium constitutis quibus presentes littere ostense fuerint, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Letentur omnes in Domino et exultent recti corde quoniam beneplacitum est ei super populo suo ut exaltet mansuetos in salute. Laudemus et nos eum quem laudant angeli quoniam ipse est Dominus Deus noster qui facit mirabilia magna

solus, quique antique misericordie sue non oblitus ea miracula nostris temporibus innovavit que fecisse legitur in diebus antiquis, quia cum ipse ut notam (*a*) faciat potentiam suam semper non in equis aut curribus glorietur, nunc dedit sibi gloriam in paucitate virorum ut cognoscant et intelligant omnes gentes quod ipse sit terribilis in magnificentia, gloriosus in majestate et mirabilis in consiliis super filios hominum (*b*), cum in paucis diebus istis miraculose potius quam virtuoso negotium illud (*c*) sit feliciter peractum, quod a longis retroactis temporibus multi potentes et diversi principes orbis nec in multitudine gentium (*d*) nec per metum aut quodlibet aliud facere potuerunt. O quam laudanda (*e*) est clementia Creatoris (*f*) et quam metuenda semper potentia virtutis ipsius, quia cum in humilitate mentis et devotione cordis semper processerimus ad servitium sanctum ejus, nobis ab ipso principio consilio (*g*) et auxilio sue non defuit pietatis. O quam glorificanda est ineffabilis misericordia Redemptoris qui super devotum populum suum peccatis nostris facientibus tamdiu derelictum nunc ex alto respiciens, ipsum secundum miserationum suarum multitudinem visitavit. Ecce nunc quidem dies illa salutaris advenit in qua veri christicole salutare suum accipiunt a Domino Deo suo, ut cognoscat et intelligat orbis terrarum quod ipse est et non alius qui servorum suorum salutem quando vult et quomodo vult operatur. Recolimus autem quod ex iis que procurante Altissimo in principio accessus nostri ad Accon (*h*) nobis feliciter contigerunt, vestram devotionem fecimus plene certam. Nunc autem de subsequentibus prosperis omni gaudio et felicitate majoribus que operante sola virtute divina nobis postmodum emerse-

(*a*) Prologus brevior ap. Matt. Paris., ita est: *Letentur et exultent omnes in Domino et glorientur pariter recti corde qui ut notam, etc.*

(*b*) Additur ap. Matt. Paris.: *Pro voluntate sua tempora mutans et diversarum corda gentium in unum convertens.*

(*c*) Ap. Sudendorf, *sancte terre negotium.*

(*d*) Add. ap. Matt. Paris.: *Nec per vires quantumcumque grandes.*

(*e*) Haec et sequentia usque ad *ne* [*igitur*] *longus sermo* desunt ap. Matt. Paris.

(*f*) Ap. Sudendorf, *Redemptoris.*

(*g*) Ap. Sudendorf, *Defuit servitutis et quoniam* male.

(*h*) Alias *usque Accaronam.*

runt, transcursa materia de premissis ne longus sermo desideria vestra diu teneat in suspenso, vos volumus plenius reddere certiores. Noverit itaque devotio vestra quod nos semper spem firmam habentes in Deo firmiterque credentes quod Jesus Christus filius ejus, pro cujus servitio corpus et animam exposuimus sic devote, nos non relinqueret in tam remotis regionibus et ignotis quin saltem ad honorem et gloriam suam consilium et auxilium salutare nobis tribueret in obsequio suo sancto, in ejus nomine ad ipsius servitium procedentes, quinto decimo die mensis novembris proxime preteriti Joppen venimus ut reedificaremus castrum ipsum quatinus eundi in civitatem sanctam Jerusalem facilior pateret aditus nobis et exercitui christiano; nec tamen sine temptatione (a) maxima per continuationem dierum octo (b) Christi exercitus fuit ibi. Quia cum unusquisque de exercitu necessaria victus pro se et equitaturis suis sufficienter pro diebus pluribus portare per terram cum someriis nequivisset, et propter hoc specialiter parata essent vassella nonnulla in portu Accon que victualium copiam portare debebant, repente ac fortiter turbato aere ventoque flante gravissime et tumescentibus etiam ultra modum procellis, succursus vasellorum illorum per alios continuos VIII dies athletis Christi et christiane defensoribus fidei pro peccatis nostris extitit interdictus. Fuit autem tunc murmur et timor maximus apud multos ne super populum suum Dominus forsitan indignatus gladio dire famis vellet ipsum penitus delere de terra. Sed quia summa est ira Dei misereri potius quam irasci, quia etiam ineffabilis clementia ejus ultra quam sustinere potest temptari hominem non permittit, lacrymosis et supplicibus rogatus precibus et excitatus clamoribus valde piis, continuo imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna, dicentibus unanimiter et clamantibus universis : « Qualis est hic qui ventis et mari imperat et ipsi obediunt ei (c)? » statimque vasellorum innumera multitudo cum ingenti copia frumenti, ordei, vini et necessariorum omnium Joppen venit. Tunc autem totus

(a) Haec et sequentia usque ad *existentibus nobis* [*apud Joppen*] desunt ap. Matt. Paris.

(b) Ap. Sudendorf, *septem*.

(c) *Evangel. Luc.* VIII, 25. — Huc usque pergit Sudendorf, deficientibus reliquis in suo Codice.

exercitus sic fuit satiatus bonis omnibus et refertus quod preter peregrinos et aliquos forte pauperes mendicantes in exercitu, ubique nullus fuit alius quin necessaria recepisset, alter pro uno, alter pro duobus mensibus abundanter; et adhuc secundum miserationem divinam ut manifestaret apertius gloriam suam nobis, tranquillitate maris et aeris contra naturam temporis diu ac diu mirabiliter perdurante, vasella predicta redierunt Accon et iterum ac iterum et multotiens postea sunt reversa. Et taliter faciendo frequenter onerata currebant similiter omni die, ita quod in antea de necessariis omnibus abundantia indeficiens et mirabilis in exercitu semper fuit, existentibus nobis ibidem et ad reedificationem ipsius castri magnificam intendentibus (a), que sicut speramus et credimus nobis et christianitati toti erit memoriale in evum. Dum hec a nobis et peregrinis omnibus sollicite agerentur, de Soldano Babylonie ad nos et de nobis ad Soldanum eumdem nuntii plures et pluries iverunt et venerunt hinc inde. Qui Soldanus dieta una tantum distans a nobis et Soldanus etiam qui Scharaf (b) dicitur frater ejus cum eo apud civitatem Gazaram diffusum habentes exercitum, et ex altera parte (c) apud civitatem Neapolim Soldanus Damasci nepos eorum cum innumera multitudine militum et peditum gentis sue ad unam dietam prope nos et christianum exercitum morabantur; et cum de restitutione terre sancte ab alterutra partium per internuntios tractaretur, tandem Jesus Christus Dei filius devotam nostram patientiam ex alto respiciens compatiendo nobis misericorditer in se ipso sic fecit quod Soldanus Babylonie restituit nobis civitatem sanctam Jerusalem, locum videlicet ubi pedes Christi steterunt, locum etiam ubi veri adoratores in spiritu et veritate Patrem patrum adorant. Et ut de restitutione hujusmodi certos vos per singula faciamus, sciatis quod non solum restitutum est nobis corpus civitatis sancte, sed tota contrada sicut descendit inde usque ad maritimam et castrum Joppen, ut peregrini de cetero processum liberum habeant ad sepulcrum Domini et securum inde regressum, excepto videlicet quod

(a) A verbo *intendentibus* usque ad *de Soldano*, ap. Pertz desunt.

(b) Alias *Safarus*; in Matt. Paris. *Xaphat* (Malek-Ascraf).

(c) Add. ap. Matt. Paris. : *In civitate Sichem que Neapolis vulgo nominatur et in campestribus locis sita est.*

cum Saraceni in quadam veneratione maxima Templum habeant et illuc secundum ritum eorum ad orandum (a) in modum Saracenorum peregrinorum accedant, permittamus eos venire libere, verumtamen sine armis et quot voluerimus, nec hospitabuntur ibi sed deforis et (b) facta oratione recedant. Restituta est nobis insuper civitas Bethleem (c) et tota terra media inter Jerusalem et civitatem ipsam; civitas etiam Nazareth et tota terra media inter Accon et civitatem eamdem; terra tota Toronis que largissima est et ampla et satis commoda christianis; civitas quoque Sidonis (d) cum tota planitie et pertinentiis suis, qui locus tanto de cetero erit christianis utilior quanto necessarius hactenus extitit Saracenis, et pre locis aliis fructuosus, eo videlicet quod portum ibi habebant et inde arma et necessaria multa alia ad civitatem Damasci et de Damasco ad Babyloniam frequentissime deferebant. Super hec itaque licet nobis secundum pactum reedificare muros sancte civitatis Jerusalem, castrum Joppen et castrum Cesaree, castrum Sidonis et castrum domus sancte Marie Theutonicorum quod (e) in montana Accon edificare ceperunt: quod nullo unquam treugarum tempore permissum extitit christianis. Idem tamen Soldanus usque ad finem treugarum que inter nos et ipsum per decennium sunt statute aliqua castra vel aliqua edificia de novo facere vel edificare non debet. Sicque die dominico XVIII mensis februarii proximo preteriti, die inquam qua Christus filius Dei a mortuis resurrexit et in memoriam resurrectionis dominice memorialiter colitur et veneratur ab omnibus christianis, hujus pacis concordia per juramentum extitit hinc inde firmata. Deinque de consilio (f) et auxilio quod in Dei servitio a patriarcha Jerosolymitano, magistris et fratribus religiosarum domorum recepimus in partibus cismarinis, cum tempus et locus fuerit, apertius vobis curabimus nuntiare. Unum tamen dicere possumus et merito non tacere de magistro et fratribus

(a) Ap. Pertz *ad adorandum.*
(b) Add. ap. Matt. Paris. *continuo.*
(c) Ap. Pertz male : *Jerusalem.*
(d) Add. ap. Matt. Paris., *id est Saete;* ap. Pertz *Sydonie.*
(e) Add. ap. Matt. Paris., *fratres ipsius domus.*
(f) Haec et sequentia usque ad *Vere nunc igitur* desunt ap. Matt. Paris.

domus sancte Marie Theutonicorum quod ab ipso adventus nostri principio in servitio Dei nobis tam devote quam efficaciter astiterunt. Vere nunc igitur nobis et omnibus illuxisse visa est dies illa in qua angeli cecinerunt : Gloria in excelsis Deo et in terra pax hominibus bone voluntatis (*a*). Proinde agatis et vos gratias Altissimo qui hec fecit, et in celebritate tanti gaudii tanteque letitie cum timore et amore divino exultantes benedicatis illum qui facit mirabilia magna solus; scituri quod die sabbati XVII hujus mensis martii predictam civitatem sanctam intravimus cum ingenti gaudio exercitus christiani, in qua sepulcrum Dei viventis reverenter visitavimus tanquam catholicus imperator, ac sequenti die dominico XVIII ejusdem mensis coronam ibi portavimus ad honorem et gloriam summi regis; et ad ejus reedificationem dedimus statim operam et taliter ordinavimus quod in absentia nostra ita bene et fortiter muris et turribus mu-

(*a*) Quae sequuntur in Matt. Paris. sunt ita :

Ad recognitionem vero tam grandis beneficii tantique honoris que preter merita nostra et contra opinionem multorum ad perennem misericordie sue laudem misericorditer contulit nobis Deus, et ut in loco suo sancto vitulum labiorum nostrorum personaliter offerremus eidem, noveritis quod die sabbati XVII die mensis martii hujus secunde indictionis cum peregrinis omnibus qui nobiscum fideliter Christum Dei filium sunt sequuti, intravimus sanctam civitatem Hierusalem et statim tanquam catholicus imperator adorato sepulcro dominico reverenter sequenti die coronam portavimus, quam Dominus omnipotens de throno majestatis sue nos habendam previdens de speciali gratia pietatis sue inter orbis principes nos mirabiliter exaltavit ut sic, prosequentibus nobis tante dignitatis tripudium que nobis competit jure regni, magis ac magis notorium universis appareat quod manus Domini fecit hec omnia. Et cum miserationes ejus super omnia opera sint ejusdem, cognoscant orthodoxe fidei cultores de cetero et enarrent longe lateque per orbem quod ille qui est benedictus in secula visitavit et fecit redemptionem plebi sue et erexit nobis cornu salutis in domo David patris sui. Sane priusquam de civitate recedamus sancta Jerusalem de magnifica reedificatione ipsius turrium ac murorum suorum taliter ordinare proposuimus et ita super hec intendere volumus diligenter quod non minor sollicitudo et diligentia in absentia nostra habeatur inde quam si personaliter super hoc ipsi essemus presentes. Ut autem hec presens nostra epistola exultatione sit plena per totum et sic limes ejus principio se adaptet in gaudiis ut regalem animum letificet, ad incrementum letitie et totius gaudii precedentis amicitie vestre cupimus esse notum quod Soldanus predictus captivos, etc. — Reliqua ut supra, nisi quod legitur in fine *XVII die mensis martii*, male.

niatur, ac si semper ibi presentes essemus (1), et quod de ea nou poterit iu posterum daute Domiuo formidari. Scientes insuper quod dictus Soldanus captivos quos non restituit tempore perdite Damiate, secuudum pactum tuuc temporis habitum iuter christianos et ipsnm, et alios qui postea capti fuerunt, omnes debet nobis restituere.

Data in civitate saucta Jerusalem, XVIII martii, II indictiouis.

Hermannus, magister Theutonicorum, cuidam scribit quomodo die quo imperator apud Jerusalem coronam portavit, ipse excusationes ejus coram magnatibus et populo exposuerit, nuntians civitatem ab archiepiscopo Cesariensi interdicto suppositam licet imperator in his omnibus non aliter agere potuerit quam egerit. [Apud Joppen, 21 martii circiter.]

(Edider. PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, IV, p. 264. — HENNES, *Cod. ordin. Theuton.*, p. 84, n° 76.)

Frater Hermannns hospitalis sancte Marie domus Theutonicorum in Jerusalem minister humilis reverentiam debitam et dévotam. Noverit discretio vestra quod dominus imperator cum universo exercitu christiano veuit Jerusalem die sabbati XVII martii et die dominico sequenti ibi in honore regis eterni portavit coronam. Cousultum etiam fuit ei a multis ut ibidem sibi faceret divinum officinm celebrari, ex quo terram illam de manibus liberaverat Sarracenorum propter quam excommunicatiouis erat viucnlis innodatus. Nos vero, sicut ille qui houorem Ecclesie et imperii diligit et utrinsque exaltationi iutcudit, restitimus consilio memorato quia

(1) « Intenderunt unanimiter cum peregrinis omnibus ad reaedificationem civitatis muros » cum fossatis, turresque cum propugnaculis magnis sumptibus ac studiosis laboribus reparare. » MATT. PARIS. ad ann., p. 246. Christiani enim tam fortiter turrem David et arces vicinas munierunt ut post imperatoris discessum hostiles Sarracenorum incursus pluries repulerint. Vid. *Contin. Guill. Tyrens.* p. 426, 438-442.

nec Ecclesie nec sibi vidimus expedire. Et sic in hoc nostris consiliis acquiescens non audivit divina, tamen coronam simpliciter sine consecratione de altari accepit et in sedem, sicut est consuetum, portavit (1). Ipso quoque die, presentibus Panormitano et Capuano archiepiscopis aliisque multis magnatibus, divitibus quoque ac pauperibus, proposuit coram omnibus manifeste verba subscripta et nobis injunxit ut verba sua ipsis latine et theutonice exponeremus. In primis itaque proposuit quomodo crucem apud Aquisgranum assumpsit et quomodo sepius ab Ecclesia terminum et indutias transfretandi petiit et impetravit, seseque excusavit qualiter ardua negotia sepius impedierunt propositum et iter suum. Preterea dominum apostolicum et Ecclesiam in multis coram omnibus incusavit (a) eo quod multum dure obligasset eum ad transfretandum et quod postea denunciaverit eum quia non poterat aliter apud homines blasphemias et infamiam evitare, et quod postea ultra mare scripserat contra eum quia dictum fuerat quod ipse non transfretaverat, sed iverat ad alias partes pro congregando exercitu contra Ecclesiam; quia si dominus papa scivisset intentionem ejus non contra sed pro ipso scripsisset, et credebat quod domino pape displicerent gravamina que ei allata fuerant a quibusdam in partibus ultramarinis, que nocuerunt toti populo christiano. Item exposuit sicut et ante longe proposuerat toti exercitui christiano quod pro sedanda discordia que inter Ecclesiam et ipsum vertitur vellet ea facere que ad honorem Dei et Ecclesie necnon et imperii viderentur spectare, et tantum stare pro concordia facienda quod evidenter appareret quod ex parte sua nullo modo remaneret, et si qua gravamina per ipsum vel suos Ecclesie essent illata taliter vellet delere quod inimici crucis Christi et alii falsi christiani qui gaudent de discordia de pace et concordia confundantur, et quod nolit se extollere nec attendere exaltationem et honorem divinitus sibi collatum, sed quanto ipsum Deus exaltaverit tanto velit se coram Altissimo humiliare et propter eum coram eo qui vice sua est constitutus in terra.

(a) Ita rectius arbitramur; sed ap. Pertz, *excusavit*.

(1) Jordanus a Raynaldo laudatus, in chronic. MSS°, fol 993, ita dicit : « Absque ulla benedictione coronam posuit super altare, deinde super caput suum. »

Hec et alia hiis similia que longum esset narrare proposuimns ex parte sua. Qualis antem letitia fnerit in introitu suo in Jerusalem et dum verba qne prediximns recitarentnr universis christianis et incolis civitatis, vix posset explicari sermone (1). Hiis ita peractis, venit die lune sequenti archiepiscopus Cesariensis missus a domino patriarcha et ecclesiam sancti Sepulchri et omnia loca sancta posuit sub interdicto, pro quo totns exercitus fuit valde turbatus et contra Ecclesiam indignatus, quia etiam qnare hoc factum esset nullam evidentem causam ostendit. Unde etiam dominus imperator commotus misit pro ipso archiepiscopo Cesariensi qui tamen non comparuit et pro omnibus prelatis, et conquestns est publice coram eis quod loca sancta que diu sub potestate Sarracenorum fuerunt et nunc essent divino auxilio liberata, fuissent posita sub interdicto per patriarcham captivitati miserie pristine restituta ex divini officii prohibitione. Asseruit etiam quod si ipse vel aliqnis suorum patriarcham in aliqno offendissent, se vellet omnino proinde committere eorum arbitrio et voluntati. Et sic de reedificatione civitatis sollicite disposito, ipso die versus Joppen rediit. Intelleximus autem postmodum quod dominns patriarcha ideo Jerusalem et loca sancta posuit sub interdicto quod Sarraceni haberent in custodia templum Domini et templum Salomonis et quod ibi lex eorum clamatur ab eis et colitur. Sciat autem discretio vestra quod Sarraceni templum ipsum aliter non tenent nisi quod pauci sacerdotes eorum senes et sine armis sunt in ipsa domo pro oratione facienda et domo mundanda (2). Homines autem imperatoris custodiunt et firmant portas exteriores, ita quod nec ipsis Sarracenis nec aliis introitus patet vel exitus nisi

---

(1) Hoc quoque testatur Matt. Paris., ad ann., p. 246, his verbis: « Praelatis singulis tam » minoribus quam majoribus ac viris religiosis, ecclesiis suis sibi restitutis et possessionibus » antiquis, gaudentibus cunctis super beneficiis divinis quae praeter spem omnium acciderant... » eratque tanta inter omnes christianos exultatio ut viderentur terrenis cœlestia misceri; » nisi quod errat omnino quum asserat *a patriarcha templum Domini*, ecclesiam sancti Sepulchri, et universa loca sancta per purificationem tunc temporis Deo reconciliata fuisse.— *Cf. Alberici Mon. Chronic.* ap. Leibnitz, *Access. histor.*, t. II, p. 533.

(2) Tres tantum, sicut legitur in *Contin. Guill. Tyrensis*, p. 422. « La cité de Jerusalem rendroit par tel convenant qu'il i auroit trois Sarrazins por garder le Temple ou Dieu fu offert. »

quantum placet hominibus imperatoris. Hec vidimus et audivimus et sic in veritate fuit nobis ibidem existentibus ordinatum; oblationes etiam que in templo Domini offeruntur ad lapidem ubi Jesus Christus fuit oblatus recipiunt christiani. Dicitur etiam ab antiquis quod ante amissionem terre sancte Sarraceni fere in omnibus civitatibus christianorum leges suas servabant et in oratoriis suis eas clamabant, sicut etiam christiani in Damasco et in aliis terris Sarracenorum custodiunt leges suas. Hec vero non ideo vobis scribimus quod idem placeat domino imperatori et quod non libenter si potuisset aliter ordinasset. Sed, sicut Deus novit, pacem et treuguas non potuit aliter stabilire. Omnia predicta idcirco vobis scripsimus ut forte si vobis ab alio aliter scriberetur, sciatis veritatem—sic est ut scripsimus — et omni spiritui non credatis; et quia scimus etiam quod pacem et concordiam inter Ecclesiam et imperatorem diligitis et pro ipsa facienda sollicite laboratis, pro quo vos moneremus attente si esset necesse. Ceterum lator presentium frater S. rumores omnes vobis plenius intimabit.

Apud Accon, 26 martii.

Geroldus, patriarcha Hierosolymitanus, papae scribit quidquid Fridericus imperator in terra sancta post accessum suum egerit et quomodo cum Soldano Babyloniae pacem fraudulentam, neglectis terrae utilitatibus, inierit.

(Edid. Raynald., *Annal. eccles.*, ad ann. 1229, § III, ex Regest. Gregor. ann. III, epist. 84, coll. cum collectione Parisiensi.)

Sanctissimo in Christo patri et domino Gregorio divina Providentia summo pontifici, G. miseratione divina patriarcha Hierosolymitanus humilis et indignus salutem cum summa reverentia et devota pedum oscula beatorum. Sanctitatem vestram, pater sancte, super statu negotii terre sancte duximus presentibus instruendam ut ex rebus plenius cognitis motus vestre beatitudinis valeat de singulis amplius informari. Sciat igitur sanctitas vestra quod circa festum beati Clementis imperator Joppen

profectus est de Accon ipsumque secutus est exercitus christianus. Ipso autem illuc perveniente ac incipiente munire, peregrini ad circumadjacentia casalia cucurrerunt pro victualibus requirendis : quod audiens Soldanus qui prope erat cum suo exercitu male respondit nuntiis imperatoris qui jam de Accon iverant ad eumdem et dixit quod durante tractatu pacis Joppen non debuisset causa munitionis faciende venisse nec frangi sua casalia debuisse; propter que memoratos nuntios cum indignatione et confusione remisit. Ad hec imperator omnia que peregrini ceperant a casalibus antedictis fecit restitui et ipsa casalia cum omnibus affidari, Soldanum incipiens sic placare. Eo tempore ei Soldanus quedam instrumenta misit vilia et despecta que directe pretendebant effectum turcopuli et tonsoris, mandans quod terra sua talibus abundaret. Ad hec imperator remisit suum notarium ad Soldanum pro tractatu pacis iterum inchoando, qui male receptus a Soldano statim ab eo recessit fuitque in suo reditu a Sarracenis tractatus turpiter et bonis omnibus spoliatus. Postmodum non sine gravi scandalo peregrinorum ac mira confusione idem notarius est remissus, mittens Soldano arma sua propria, loricam scilicet, galeam et gladium, atque mandans, sicut fuit nobis pro certo relatum, quod faceret de ipso imperatore quidquid vellet, quia nunquam contra eum de cetero se armaret : ad quod nihil respondit Soldanus vilipendens omnia que fiebant. Inter hec quidam de familiaribus Soldani qui imperatorem diligere se fingebat (1) dixit notario si esset de beneplacito Soldani quod comes Thomas reverteretur ad ipsum, ipsi duo de pace aliqua et concordia iterato tractarent. Super quo sepedictus notarius Soldano cum magna instantia supplicavit ut sibi in hac parte suum prestaret assensum, qui tandem concessit supplicatam gratiam supplicanti. Sic igitur reverso comite ad Soldanum, per ipsum et familiarem predictum tractatus pacis qui modo supradicto in confusionem totius christianitatis fuerat dissolutus, fuit confusione duplici denuo inchoatus : quo durante capiebantur nostri miseri

(1) Hic verisimiliter agitur de Emiro Fakr-Eddin, qui jam antea, ann. 1227, ad imperatorem in Italiam a Soldano missus, magnam de eo ad suos famam retulerat. Cf. Makrisi, ap. *Bibl. des Croisad.*, IV, p. 427 et 430.

peregrini et interficiebantur indifferenter et secundum quod intelleximus veraciter, sic bene amisimus plusquam quingentos de nostris, et ut verum fateamur, postquam Syriam imperator intravit, a suis vel ab illis de exercitu christiano capti vel interfecti Sarraceni numerum denarium non attingunt: immo quidam in exercitu fuit captus qui statim liberatus caris vestibus indutus et sic honorifice est Soldano remissus, ita quod illi qui eum ex parte imperatoris conducebant fuerint a Sarracenis in via bonis omnibus spoliati vixque mortem evadere potuerunt. Sic itaque qui ab inimicis fidei infestabantur principis auxilium non habebant. Si [quis] autem eos ex quacunque causa offenderet puniebatur ab eo; unde foris gladius et intus timor nostris assidue imminebat. Nec illud silendum est quod ad majus dedecus christianitatis cedere visum fuit. Imperator rogavit Soldanum ut per Sarracenos suos in ipsius imperatoris expensis christianum exercitum faceret custodiri; quod cum ordinatum a Soldano fuisset, quia de lupis erant pastores effecti, multi de nostris sub illa confidentia ceciderunt; et quod cum maxima verecundia referimus et rubore, imperatori Soldanus, audiens quod secundum morem sarracenicum se haberet, misit cantatrices que et saltatrices dicuntur et joculatores, personas quidem non solum infames, verum etiam de quibus inter christianos haberi mentio non deberet (1); cum quibus idem princeps hujus mundi vigiliis, potationibus et indumentis et omni more sarracenico se gerebat. Etsi talia abhorruit exercitus Jesu Christi, adhuc, dante Domino, loco et tempore sanctitatis vestre auribus referent qui propriis oculis hec viderunt. Erga Sarracenos non solum largus extitit sed effusor, ac si emere vellet pacem quam obtinere non poterat violentia vel timore. Sane longe ante Nativitatem Domini precepit biscottum fieri et galeas et omnia vasa sua parari; quod audientes Sarraceni, licet eum antea non timerent, ipsum tamen amplius contempserunt. Denique in dominica septuagesime (2) pacis volens publicare tractatum

(1) Has postea saltatrices, vulgariter *Almées* dictas, in conspectu suo festivis diebus imperator joculari jubebat; quas Riccardo comiti Cornubiae uxoris suae fratri ann. 1241 exhibuit, ut refert Matt. Paris. ad hunc ann., p. 385.

(2) Scilicet 11 februarii.

qui usque tunc admodum fuerat occultatus, vocavit ad se circiter quatuor de majoribus Syrie eisque intimavit quod adeo pauper erat et quod ibi non poterat moram trahere longiorem quia jam sibi deficiebant expense, ut consilia eorum eo facilius ad suum propositum ac desiderium inclinaret. Cum autem de paupertate prologum perfecisset, aperuit eis quod Soldanus offerebat ei civitatem sanctam, retento sibi templo Domini quod a Sarracenis custodiri debebat ut illud sine tributo intrare possent libere Sarraceni qui illuc vellent causa peregrinationis venire, et quod civitatem poterat firmare Bethleem, et duo minima casalia que sunt inter Bethleem supra stratam et Hierusalem, casalia que sunt inter Hierusalem recto itinere usque Joppen, Nazareth et duo casalia modica que sunt inter Nazareth et Accon recto itinere, Turon (a) cum quibusdam pertinentiis suis quod non debebat firmari, Sydonem cum plano et duo casalia modica que sunt in plano. Et sciendum quod patriarche extra civitatem non restituitur unus passus terre nec domui Sepulcri Dominici nec hospitali sancti Joannis nec de Latina nec de Josaphat nec de templo Domini nec montis Oliveti nec montis Syon abbatibus, et ut brevius dicamus nihil restituitur extra civitatem preter ea que sunt superius nominata · que tamen non sunt de casalibus que ad aliquem pertineant de corpore civitatis nisi domui Templi ad quam aliqua pertinent ex eis que sunt inter Hierusalem et Joppen. Casalia vero que restituta dicuntur pauca sunt numero nec plurimum commendanda valore. Ad hec supradicti nobiles responderunt quod ex quo ita pauper erat quod ulterius remanere non posset, ei factum illud disconsulere non audebant, ita tamen si civitatem retinere poterat et munire. Postmodum vocati fuerunt magistri domorum et super hoc requisiti qui una cum episcopis Anglie responderunt quod sine nostro consilio nihil penitus responderent, dicentes quod nostrum erat consilium potissimum requirendum tunc propter dignitatem patriarchatus, tunc quia in illis partibus ac negotio precipue Jesu Christi legationis officio fungebamur. Ad hec imperator respondit quod nostrum super hoc consilium non requireret nec haberet. Sic igitur imperator clam, nemine de terra presente,

(a) Ap. Raynald., *Tyrum*, male.

presentibus nuntiis Soldani, juravit se servaturum ea que continebantur in quadam carta clausa que nunquam coram aliquo peregrino nec aliquo de terra lecta fuit vel aperta, nec coram nuntiis Soldani ab ipso imperatore baronibus vel magistris recitata, nec ab ipso manifestata Soldano; et Soldanus contentus fuit solo principis juramento nec alterius fuit super hoc securitas requisita, quia bene sciebat imperator quod si contingeret ab alio hanc securitatem requiri, sicut fieri consuevit, ille qui requireretur vellet sibi explanari singula capitula diligenter antea quam juraret. Sed imperator cum male ageret lucem rationis in omnibus declinabat. Tandem vocatis Theutonicis suis qui nihil aliud affectabant nisi quod possent visitare Sepulcrum, allegare cepit imperator et magister Alemannorum post ipsum quomodo per eos fuerat exaltatus et quantum in negotio illo eum Dominus honorabat, non suis meritis, sed orationibus eorumdem. Et si omnes alii id disconsulerent, consilio eorum se reputabat contentus rogans eos ut de honore suo gauderent et cantum in signum exultationis et letitie inchoarent; que sola natio cantum levavit et luminare fecit, omnibus aliis stultitiam reputantibus quod fiebat cum multi ex eis fraudem jam cognoscerent manifestam (1). His peractis magister Alemannorum, comes Thomasius et dominus Sydonis iverunt ad Soldanum Babylonie ut super conventionibus initis reciperent sacramentum ab ipso; quo recepto ivit dominus Sydonis ad Soldanum Damasci ut ab eo similiter reciperet sacramentum. Sed idem Soldanus jam presenserat quod Soldanus Babylonie et Seraphins avunculi ejus eum exheredare penitus intendebant et inter se dividere terram suam. Propter quod se in Damascum recepit et adunatis suis eis viriliter resistere conabatur. Qui treguam jurare noluit ullo modo dicens quod Soldanus Babylonie avunculus suus terram ipsius christianis sine consensu suo reddere de jure non poterat nec debebat. Inter hec magister Alemannorum ad magnificandam vocem, immo ad palliandam principis falsitatem malitiam atque fraudem, mandavit nobis consulens atque rogans ut ad exercitum personaliter veniremus, cum peregrinis

(1) Cf. supra p. 104, notam 1, huic loco adversantem.

civitatem sanctam solemniter intraturi, et quod deinceps ordinari deberent nostro consilio universa, nostrumque adventum imperator plurimum affectabat; circa id idem magister valde sollicitus erga amicos et familiares nostros de exercitu ut nos ad veniendum inducerent suis precibus cum effectu....(a); quorum omnium receptis litteris et perlectis caute considerandum duximus et notandum quod imperator sue intendens dilatare fimbrias falsitatis et attendens quod tregue et conventiones quas cum Soldano inierat fraudulenter et malitiose omni fundamento veritatis et stabilitatis carerent, nec tam vesanum scelus posset diutius occultari, cum ipse esset de terra recessurus instanter nec terra quam se acquisivisse jactitabat posset retineri per ipsum, se exoneratum crederet immo honoratum omnino, sed nos post recessum suum quacumque occasione dimitteret in acquisitione quam se fecisse fingebat vel operis continuatione Joppen, et si postmodum de Hierusalem aliqua necessitate contingeret nos exire vel opus relinquere imperfectum, diceret : « Ego acquisivi civitatem sanctam quam perdidit patriarcha et Ecclesie romane legatus; incepi munire Joppen et est perdita per eumdem, » et non solum nobis, verum etiam Ecclesie imputaret. Ad hec, pater sancte, licet malitiam imperatoris ac fraudem et circumventionem magistri in hac parte perpenderemus expresse, tamen ad intellecta tunc pretermisimus ex industria respondere rescribentes magistro ut transcriptum tregue et omnium conventionum nobis transmitteret de verbo ad verbum, ut habita deliberatione debita quod mandabat possemus confidentius ac securius adimplere. Non enim tutum erat nobis immo admodum indiscretum quod nos in manu committeremus Soldani de cujus forma tregue non constabat. Quo intellecto, magister incontinenti per fratrem W (1)... de ordine Predicatorum, peni-

(a) Deest aliquid.

(1) « Scilicet *Walterum*, de quo Matt. Paris. ad ann., p. 246, ita dicit : « Magister Walterus » frater quidam de ordine Praedicatorum vir religiosus providus ac discretus et in divina pagina » eleganter eruditus, Anglicus natione, qui a domino Papa officium praedicationis... in exercitu » Christi susceperat... celebravit divina in ecclesiis suburbanis; unde devotionem fidelium... ad » obsequium crucifixi arctius animavit. » Legitur autem ibidem in fragmento epistolae papalis,

tentiarium nostrum, nobis misit supradictum transcriptum. Quo retento ac diligenter notato vidimus in eo inter cetera quedam mirabilia contineri que sanctitati vestre de verbo ad verbum duximus transmittenda (1), beate circumspectionis vestre relinquentes judicio principis hujus malitiam evidentem. Nos igitur ex forma treguarum instrumenti, utpote qui nihil aliud querebamus, ex tunc incepimus nostrum consilium ordinare qualiter in toto negotio procedere deberemus. Cum igitur inprimis nobis constaret quod Soldanus civitatem sanctam imperatori ac suis bajulis ad muniendam et habendam dedisset, nulla de Ecclesia vel christianis habita mentione, non fuit nostrum consilium quod de munitione illa intromittere nos vellemus, quia post recessum imperatoris dicere posset Soldanus : « Exite, nullam habeo conventionem vobiscum, » et Soldanus Damasci cum quo treguam non habemus posset nos graviter infestare, et quia tregue forma continebat expresse quod Sarraceni in manu sua templum Domini sicut antea detinerent et quod ibi lex eorum deberet modo solito proclamari, cum civitas omnino cultui christiano restituta non esset, precipue cum Soldanus Damasci cui super dicta restitutione inferebatur violentia treguam non jurasset, propter quod videbatur minime duratura, de consilio peritorum inhibuimus reconciliari inibi loca sacra ac celebrari divina quousque super hoc sanctitatis vestre requireretur consilium et assensus. Cumque videremus quod in omnibus his malitiose ac fraudulenter procederet imperator, peregrinis indifferenter denegavimus licentiam intrandi Iherusalem et visitandi Sepulchrum, dicentes quod a sanctitate vestra et a vestris predecessoribus fuerat super hoc lata sententia, et cum ex tali ingressu et visitatione jam dicta damnum sequeretur non modicum ac periculum personarum, non credebamus quod a beatitudine vestra factum illud acceptari deberet nec memorata sententia propter hoc revocari, et cum ad nos illius sententie absolutio non spectaret, eis id denuntiari per predicatores fecimus evidenter quod a sanctitate vestra requiri

---

quod infra, Fridericum Jerusalem ingressum ab eodem fratre Waltero fuisse excommunicatum: quae parum inter se concordant.

(1) Vid. supr. p. 86 et not. 1.

ejusdem absolutionis beneficium oporteret. Et ecce unanimiter sabbato dominice qua cantatur *Oculi mei*, sunt cum principe civitatem ingressi, qui summo mane ipso die dominico Sepulchrum intravit vestibusque indutus regalibus capiti suo imposuit diadema. Quo facto magister Alemannorum surrexit et sermonem longum et prolixum primo in theutonico et postea in gallico ad nobiles et populum inchoavit, et, sicut nobis relatum fuit, exonerando immo exaltando principem, et Ecclesiam salva gratia sua multipliciter onerando. In fine sermonis nobiles pro munienda civitate ad subsidium operis invitavit. Imperator oblationes Sepulchri Dominici et aliarum ecclesiarum, invitis canonicis et expulsis, recipi faciebat per seculares milites operis occasione predicti; post prandium civitatem exivit ad se venire faciens venerabiles viros... Wintoniensem et... Exoniensem episcopos et... magistrum hospitalis sancti Joannis et... preceptorem domus militie Templi, magistro Templi absente; habito cum magistro Alemannorum consilio per eumdem magistrum primo ab eis pro facienda munitione adjutorium requisivit. Qui responderunt quod super hoc habere spatium deliberandi volebant. Secundo habito consilio cum magistro quesivit ab eis consilium per eumdem magistrum utrum sibi expediret facere munitionem predictam, et quod super hoc ei in crastino illius dominice responderent. Adveniente autem crastino, summo diluculo, civitatem exivit cum tota familia sua, mirantibus omnibus, constitutus in itinere recedendi : quod audientes illi qui super predicto verbo ei die illa respondere debebant, festinanter accesserunt ad ipsum, unanimiter respondentes fratres Templi quod si vellet munire, sicut promiserat, civitatem, ipsi eum ad id faciendum taliter adjuvare curarent quod domus Templi apud Deum et homines redderetur super hoc merito commendanda. Qui respondit quod volebat de hoc habere tractatum alias pleniorem. Sicque recedens ab eis, in civitate nemine salutato, ipso die versus Joppen ita celeriter festinavit quod vix qui eum sequi valeret invenit. Quod videntes peregrini sese cum ipso pariter reputantes confusos, audientes inter cetera proclamationem legis Machometi alte et solemniter frequentari, fuerunt velut diploide duplici confusione turbati, jamque ipsius malitiam cognoscentes civitatem exibant omnes unanimiter, ipsumque sequebantur

ad portum sua peregrinatione, ita quod non sperabatur quod ibi deberet christianus aliquis remanere. Imperator venit in Accon in media quadragesima (1) festinans modis quibus poterat transfretare; milites theutonicos secum trahere conabatur, sed in hac parte proficere non poterat prout vellet, cum timerent excommunicationis sententiam et de tempore magnam fiduciam non haberent. Jam aliqui peregrini interfecti fuerant adeuntes Sepulchrum, unde paulatim transeuntibus videbatur hujusmodi malitiis securitas interdici. Que postea evenient curabimus fideliter ac diligenter sanctitati vestre quam cito poterimus intimare. Transmittenda duximus scripta eadem per diversos nuntios ut saltem unus bravium apprehendat.

Datum Accon, VII kalendas martii (2).

(Februario vel ineunte martio.) Thomasius, Acerrarum comes, scribit imperatori Johannem de Brienna cum exercitu papali regnum intravisse terramque et homines igne et rapina vexare, monens ut ipsius securitati in redeundo provideat.

(Edidit Matt. Paris., *Hist. maj. Anglor.* ad ann. 1229, p. 243.)

Excellentissimo domino Friderico, Dei gratia imperatori Romanorum et semper augusto et Siculorum regi potentissimo, Thomas, comes Acerra-

---

(1) Scilicet 22 martii.

(2) Sic in duobus. Legendum autem arbitramur *VII kalendas aprilis*, quum textus ipse evidentissime demonstret hanc epistolam circa exeuntem martium scriptam fuisse. Ad Papam vero, qua nescimus causa, tredecimo die junii nondum pervenerat ut legimus in litteris Gregorii archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis ejus directis, n° 24 : « Ea que F. dictus imperator egit » in partibus transmarinis ideo vobis hactenus intimare distulimus, quia speramus quod ve- » nerabilis frater noster Patriarcha et Templi et Hospitalis magistri Hierosolymitani..... nobis » illa plenius intimabunt, et tunc certius ea vobis poterimus declarare... Dat. Perusii, idibus » junii, pontif. nost. ann. tertio. »

rum, suns in omnibus fidelis ac devotus (1), salutem et de hostibns triumphare. Post recessum vestrum, domine excellentissime, Gregorins pontifex romanns et magnificentie vestre hostis pnblicus, congregato exercitu copioso per Johannem de Brennes regem quondam Hierosolymorum et alios quosdam viros strenuos quos militie sue principes constitnit, terram vestram et hominum vestrorum hostiliter ingressus, contra legem christianam decrevit vos in gladio vincere materiali quem non potuit dejicere in gladio, ut asserit, spirituali. Nam Johannes prefatus de regno Francorum et aliis conterminis regionibus militiam contrahens non modicam, sub spe imperii si vos possit subigere, de thesauris apostolicis suis militibus stipendia ministrat. Itaque idem Johannes et alii sedis apostolice principes militie terram vestram et hominum vestrorum hostiliter ingressi (2), ignem in edificiis et villis accumnlant, spolia et armenta rapinnt, homines captos diversis cruciatibus torquent et ad gravissimam

(1) Verisimile est Thomasium imperatoria bajulum tunc apud Accon morantem quae de statu regni acceperat celeriter Joppen ad Fridericum transmisisse, istosque rumores esse quos magister Teutonicorum huc septimo die martii pervenisse testatur. Vid. supra p. 92, et in Additamentis, p. 486-487.

(2) Rem paulo fusius, ad explicandam sequentium seriem, describendam duximus ex scriptoris coaevi et oculati testis narratione. Johannes de Brienna una cum cardinale Johanne de Columna regnum non intrasse videtur nisi exeunte martio vel ineunte aprili, ducem Spoletanum prosecutus quem e Marchia Anconitana expulsum apud Sulmonam in Aprutio conclusit. Altera autem exercitus papalis pars octavo decimo mensis januarii die jamjam fines regni per Geporanum fuerat ingressa, cui praeerant Pandolphus capellanus Papae et isti duo proscripti comites, Thomasius scilicet Celanensis et Rogerius de Aquila. Septimo decimo martii magister justitiarius Henricus de Morra copiarum imperialium praesul juxta sanctum Germanum devictus est, et tota regio inter Gariglianum et Vulturnum, exceptis Capua et paucis admodum locis, se pontificali ditioni subjecit. Mense aprili Pelagius Albanensis episcopus clavesignatorum dux effectus Capuam frustra obsidet, dein Alifiam, Pedem Montis et Telesium capit, Beneventum occupat et usque ad Montem Fusculum tandem procedit. Audito tamen rumore quod imperator in Apuliam redierat, cum exercitu suo territo et pene dissoluto retrocedit, Johanni de Brienna mandans ut ad se veniat. Iste autem Sulmonae obsidione soluta, per vallem Sangri iter instituit, Vulturnum transit et apud Telesium Pelagii copiis suas adjungit; qui ambo tunc temporis Cajacciam oppugnant. Cf. Ricc. de S. Germ., *Chronic.* ad ann., passim. « Dominus Pelagius domini » Papae legatus venit cum exercitu ecclesiae apud Suessam et obsedit eam et devastavit ipsam » et stetit ibi usque ad festum beati Michaelis Archangeli de mense maii (8 maii). » *Chron. Suess.* ap. Zacharia, *Iter litter.*, p. 228.

redemptionem compellunt, nulli sexui parcunt, nec cuiquam extra ecclesiam vel cemeterium deferunt (1), vicos et castella capiunt, non habentes ad hoc respectum quod sitis in servitio Jesu Christi. Et si quis de imperatore mentionem facit, Johannes de Brennes affirmat non esse alium imperatorem preter ipsum. Mirantur super his amici vestri, excellentissime imperator, et precipue clerus imperii vestri qua consideratione et conscientia talia facere potest pontifex romanus et contra christianos arma movere, maxime cum Dominus dixerit Petro in gladio materiali percutere volenti : « Mitte gladium tuum in vaginam, omnis enim qui percusserit in gladio peribit; » vel quo jure possit ille qui quasi diebus singulis predones, incendiarios et christianorum tortores excommunicat et ab Ecclesie unitate separat, talibus assensum prebere et auctoritatem prestare similiter admirantur. Provideatis nunc, obsecro, imperator potentissime, securitati vestre et honori super premissis, quia inimicus vester sepedictus Johannes de Brennes omnes portus cismarinos cum exploratoribus armatis non paucis munivit, ut si forte incautus a peregrinatione rediretis, ipse vos sub captione conclusum incarceraret. Quod Dominus avertat.

Apud Ripamtransonem, martio.

Raynaldus, dux Spoleti, imperialis Tusciae et Marchiae legatus, homines civitatis Osimi et castri Recanati et praeterea civitatem Humanam in omnibus juribus et possessionibus eorum ibidem expressis, pro eorum gratis servitiis, manutenere et conservare promittit.

---

(1) Maxima etenim crudelitate stipendiarios Papae, qui clavesignati dicebantur, in hoc bello usos fuisse ex ipsis Gregorii litteris (nº 14) accipimus, quum ita Albanensi episcopo mandet : « Quatenus illos quos in manus exercitus Jesu Christi de cetero dextra exaltantis concluserit » sine omni occisione, detruncatione vel mutilatione membrorum... sic caute faciat custodiri » ut plus libertatis habere se gaudeant sic captivi quam sub Egyptiaca servitute;... ministris et » aliis qui presunt in exercitu... districtius inhibendo ne similia deinceps in ipso exercitu aliquis attemptare presumat. Dat. Perusii, XIV kal. junii, ann. III (19 maii). »

(Edider. Calcagni, *Memor. istor. di Recanati*, p. 34. — Zacharia, *Anecdotor. med. œvi coll.* p. 247.)

Raynaldus, Dei et imperiali gratia dux Spoleti, imperialis Tuscie et Marchie legatus. Per presens scriptum notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod nos pro parte et vice domini nostri Friderici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti Jerusalem et Sicilie regis, cujus vicem gerimus, prout in scripto statuti sui apparet quod est continentie talis :

(*Sequitur de verbo ad verbum statutum Friderici quod supra exhibuimus*, p. 65 : Fridericus, etc., per presens scriptum notum facimus, etc.)

Attendentes grata et accepta servitia que homines civitatis Osimi et castri Raçanati fideles imperii eidem domino imperatori et imperio semper devote et fideliter prestiterunt ac prestare poterunt in futurum, considerantes etiam fervorem devotionis ipsorum, quia in hoc tempore se spontaneos et gratuitos ad mandata et obsequia domini imperatoris et imperii obtulerunt, ipsos sub speciali defensione et protectione imperii recepimus promittentes ipsos conservare in libertate et bono statu suo necnon civitatem Osimi et castrum ipsum Raçanati cum omnibus justitiis et rationibus suis, comitatibus videlicet, districtibus, jurisdictionibus curie et aliis eorum pertinentiis et honoribus manutenere et amplificare; villas etiam eorum et ceteros ipsorum districtus in suo bono statu et libertate promittimus conservare manutenentes et conservantes ad voluntatem communium Osimi et Racanati secundum statum suum si quod castrum vel villa de eorum districtibus est destructa seu mutata, promittentes quod si quod de ipsorum districtibus seu comitatibus ab aliquo vel ab aliquibus est detentum vel occupatum illud pro posse recuperabimus et in suo bono statu et libertate ponemus, videlicet Sirolum, Massignanum et Camuranum; castrum de Cengulis promittimus manutenere et conservare cum jurisdictione et omnibus rationibus suis et districtu in sua libertate et bono statu. Item civitati Osimi et villis suis remittimus omne tributum collectam et datiam, exceptis quinquaginta libris Ravennatum et Anconitanorum inter civitatem et villas ipsius annuatim imperiali curie persolvendis. Item omnibus castris de

ejus districtn remittimus predicta omnia excepta pensione imperiali videlicet viginti sex denariis pro foco singillatim. De abundantiori qnoque gratia qua consuevimus fidelibus beuemeritis providere portum Racanati cum omnibns iutegritatibus et jure suo manntenere volumus et defendere tam per mare quam per terram; coucedentes hominibus Racanati facere ipsum portum et habere ubicnmque voluerint a flumine Potentie et in ipso fluvio usque ad flnvium Aspie et in ipso fluvio aquas conducere et ad nsnm portus facere quidquid sibi melius et utilius viderint expedire, salvis promissionibus et pactis que iuter ipsos Racauatenses et Osimanos sunt inita et coutracta; dantes et concedentes eisdem hominibus Racanati libere pacifice et quiete totam ripam portns et maris inter fluvios memoratos et in ipsis fluviis datium, ripaticum, arboraticum et quodcumque jus aliud imperiali exinde pertinet majestati. Remittimns etiam eisdem hominibus Racanati et hiis qui sunt de suo districtu omne tributum, collectas seu datias qnas debent domino imperatori vel marchioni aut alicui ejns bajnlo vel nuntio, salvo eo quod triginta tres libras Ravennatum et Anconitanorum domino imperatori vel ejus nuutio annuatim exsolvant. Item promittimus eisdem hominibus Osimi et Racanati quod non preponemus eis vel ipsorum districtui aliquem marchionem in dominio vel segnoria sen bajulum aut quemvis alinm, promittentes hominibus castri Racauati castrum Fidardi cum omnibus suis pertinentiis in suo bono statu et libertate servare. Item remittimus per nos et promittimns facere dominum imperatorem remittere omnem penam seu bannum, quam penam sen bannum dominus imperator extorquere posset ad hominibus Osimi et Racanati occasione alicujns offensionis facte imperatorie majestati vel Ecclesie vel eorum nuntiis ab eisdem Osimanis et Racanatensibns geueraliter vel divisim, de destrnctione alicnjus castri vel ville nec exinde compellentur ad restitutionem alicni faciendam : que omnia promittimus quod domiuns imperator rata habebit et faciet inde eis privilegium bulla aurea communitum sine expensis eorum. Ad cujus coucessionis nostre memoriam et inviolabilem firmitatem presens privileginm per mauns Procopii de Matera imperialis aule notarii scribi jnssimus et nostri sigilli munimine roborari, auuo, mense et indictione subscriptis. Preterea Humanam cnm suo toto

comitatu, districtu et jurisdictione manutenere promittimus et in suo bono statu et libertate firmiter conservare cum castris predictis Sirolo, Massignano et Camurano, dum tamen Humana et castrum Fidardi debita regalia, videlicet viginti sex denarios [pro foco] annuatim persolvant, alio datio non exacto.

Datum apud Ripam Trasonis, anno dominice incarnationis MCCXXIX, mense martii, indictionis secunde, imperante domino Friderico Dei gratia gloriosissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii ejus nono, regni Jerusalem quarto et regni Sicilie trigesimo primo feliciter. Amen.

Acta sunt autem omnia predicta in presentia comitis Symonis Theatini, comitis Berardi de Manupello (a), Taddei comitis Montisferetri et Urbini et Anselmi de Justingen marescalci, Corradi de Luzinardo et aliorum quamplurium (1).

[In Alemannia, anno 1229, circiter.]

Gregorius pontifex modis quibus poterat elaborabat imperatorem ab imperio perturbare filiumque suum Henricum regem, concitatis ad hoc principibus Alemanniae, quibusdam praecipuis ac majoribus episcopis, archiepiscopis ac baronibus in hoc assentientibus. Horum praecipue dux Bavariae praebuit assensum (2). Hujus consilio

(a) In impressis *Monopello* male.

(1) Ex isto fere unico monumento rerum quas in Marchia Raynaldus jure legationis gessit, saltem ediscimus eorum nomina qui exercitui imperiali in his partibus praeerant. Unde etiam liquet mense martio Raynaldum apud Ripam Transonem castrametatum cum Johanne de Brienna de ingressu regni et transitu fluminis Tronti viriliter adhuc disceptasse. Cf. P. COLLENUCCIUM, *Istor. Neapolit.* ad ann. 1229.

(2) Hoc concordat cum epistola Henrici regis episcopo Hildensemensi directa, 2 septembris 1234, in qua legitur : « Cum Ludewicus olim dux Bawarie domino et patri nostro opposuisset

et aliorum, ut creditur, ...cardinalem misit ad machinationem discordiae...... qui excommunicationem imperatoris..... manifestaret, intendens quia levius ad electionem regis novi consentiretur. Conr. de Fabaria, ap. Pertz, *Monum.*, II, 181. — Otto cardinalis de carcere Tulliano legatione accepta in Teutoniam et Daciam mittitur (1), cujus intentio erat imperatoris gravamen procurare et super hoc consilium expetere Ottonis dicti ducis de Lunimburg; sed idem Otto contra imperatorem renuit aliquid attentare (2). Godefr. Mon. Colon., *Annal.* ap. Struve, I, 397, *ad ann.* 1228. — Cf. Alberic., *ap.* Leibnitz, *access. Histor.*, tom. II, p. 535, *ad ann.* 1230.

» se cum suis fautoribus manifeste, nos collecto exercitu... terram suam hostiliter ingrediendo, » coegimus eum quod a vexatione et resistentia patris nostri destitit et cessavit. » Huic expeditioni de qua omnia chronica silent, tempus aestivum ann. 1229 definiendum esse videtur.

(1) De hac legatione cujus pauciora supersunt admodum monumenta, fusius agimus in historia diplomatica Henrici VII, sub fine voluminis annexa.

(2) Discimus tamen ex litteris apud Rymer (*Foeder. et convent.*, I, 308) editis rem serio fuisse tractatam, regemque Angliae ad curiam Romanam institisse ut ipse hunc Ottonem, sicut Johannes pater suus priorem Ottonem promoverat, Stauficae domui opponeret; unde haec excerpta ad majorem lucem exhibemus : « Henricus Dei gratia rex Anglie, etc. dilecto consan- » guineo suo et amico speciali O. duci de Bruneswic salutem et sincere dilectionis integritatem. » Audito nuper ex relatione devoti vestri magistri G. clerici vestri quod a carcere et vinculis » quibus detenti fuistis prospere et sine corporis vestri dampno et dispendio soluti estis per Dei » gratiam et liberi... grates retulimus copiosas... Super predictis juxta petitionem vestram do- » mino Pape scripsimus regratiantes eidem... necnon et personam vestram propensius duxi- » mus ei commendare et pro vobis tanquam pro nobis ipsis effectuose supplicantes rogare quod » gratiam et favorem quem erga personam vestram gessit, ex interventu nostro circa vos au- » gere velit et continuare, honori vestro et sublimationi vestre intendendo et principibus Ale- » mannie pro amore nostro vos commendando. Et ut negotium istud felicius effectum mancipa- » retur, dilectum nostrum et devotum vestrum predictum magistrum G. de cujus diligentia et » fidelitate certam fiduciam obtinemus quod studiosius quolibet alio pro vobis laborabit, ad cu- » riam Romanam destinavimus, etc.... Teste me ipso apud Merleberg, quarto die aprilis, anno » regni XIII (1229). » Sequitur autem epistola regis Papae missa cum notis chronologicis eisdem.

Fridericus, Romanorum imperator, confirmat commutationem factam inter domum Sanctae Mariae Theutonicorum et Jacobum de Amigdala de tota terra quam iste tenebat in feudo ab eadem domo in pertinentiis Acconis ex successione matris suae, scilicet Mebelia, Jalim et casalibus aliis ibidem expressis, pro sex millibus et quadringentis bisantiis Sarracenatis in redditibus cathenae et fundae Acconis quos ipse imperator eidem domui concesserat. Accon, aprili.

(Inedit. in archiv. Berolin., e libr. copiali ord. Theuton. saeculi XIII.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator et semper augustus, Ierosolime et Sicilie rex. Justis fidelium supplicationibus tanto debet imperialis benignitatis favor adesse, quanto ea que postulant a justicie tramite non discordant. Notum igitur esse volumus universis tam presentibus quam futuris quod residentibus nobis in palatio nostro Acconensi, venerunt in curiam nostram, presentibus hominibus regni nostri Ierosolimitani, frater Hermannus venerabilis magister domus Sancte Marie Theutonicorum in Ierosolima et Jacobus de Amigdala, fideles nostri, exponentes celsitudini nostre qualiter in eadem curia nostra idem Jacobus commutationem fecit cum eodem magistro et domo sua, de tota terra quam tenebat in feudo ab eadem domo in pertinentiis civitatis nostre Acconensis ex successione matris sue filie quondam comitis Jozcelini, pro sex milibus et quadringentis bisanciis Sarracenatis; quos dicto magistro et prefate domui sue serenitas nostra concesserat in reditibus cathene nostre Acconensis vel in reditibus funde, si de reditibus cathene deessent, vel in aliis reditibus ejusdem civitatis melius apparentibus, si de reditibus cathene et funde deesset, prout in alio privilegio nostro domui prefate concesso plenius continetur. Et tam dictus magister et fratres sui omnes quam et Jacobus memoratus excellencie nostre devote satis et humiliter supplicarunt, ut commutationem hujusmodi ratam habere et eam concedere et confirmare, et ad utriusque partis securitatem privilegio nostro, sicut inter eos acta est in

curia nostra, specificate exprimere de nostra gratia dignaremur. Cujus commutationis forma talis est, videlicet : quod dictus Jacobus bona et spontanea voluntate sua non coactus dederit in excambium predicto magistro et prefate domui sue Theutonicorum totam supradictam terram suam pro sex millibus et quadringentis bisanciis supradictis. Cujus casalia et loca propriis duximus vocabulis exprimenda, videlicet Mebelie que data fuit in excambio dicto Jacobo a prefato magistro et domo sua pro Trefila et Castro novo, quod dicitur Montfort, quod castrum domus ipsa firmavit in territorio Trefile, et pro jardino et molendino de pertinenciis Trefile, nec non Jalim et Tarbuca, Terbasta, Sura, Beancer, Camessera, Tertramme, Fenes, Tercia, Gianot, Get, Cabbera, et una gastina que vocatur Camelie, Junite, Blutun, et una alia gastina que vocatur Hamelie, que est de pertinenciis Gianot, et Castellum regis, salvis tamen teneutis quas dictus magister et domus habent et tenent in domibus, terris et vineis, priusquam babnissent dominium terrae ipsius, et salvis hiis omnibus que postmodo emerunt et datum in elemosina fuerit eis, scilicet tam in vineis quam in terris. Hec autem omnia dictus Jacobus in excambium dedit prefato magistro et antedicte domui sue Theutonicorum pro sex millibus et quadringentis bisanciis Sarracenatis, sicut superius est expressnm. Quos bisancios ipse Jacobus et heredes sui annuatim recipere debent in locis et redditibus predictis, de tribus in tribus mensibus, videlicet per quoslibet tres menses bisancios mille et sexcentos. Et si forte per dominum regni aut quocumque alio modo contigerit quod dictus Jacobus vel ejus heredes non receperint bisancios antedictos, memoratus magister et fratres sui ac predicta domus eorum tenentur eis solvere infra sex menses medietatem predictorum bisanciorum, scilicet bisanciorum Sarracenatorum tria millia et ducenti. Quibus vero sex mensibns transactis, si dicti magister et fratres ac domns eorum infra viginti dies jam dicto Jacobo vel ejus heredibns non solverint ipsos bisancios, ut est dictum; nos vel heredes nostri una cum fidelibus nostris et regno nostro Ierosolimitano, vel ille qui loco nostro erit in eodem regno simnl cum eis teneatur ipsum Jacobnm vel heredes suos ponere in saisinam et investire eos de tota terra superius nominata, quam dictus Jacobus dedit

in excambinm prefatis magistro et fratribus snis et eorum domui supradicte pro suprafatis sex millibns et quadringentis bisanciis Sarracenatis, sicnt superius denotatur, excambio illo penitus annullato. Ita quod dictns Jacobns vel ejns heredes totam terram habeant supradictam, et prefata domus Thentonicorum habeat bisancios antedictos, sic quod ntraque pars restituatnr in statum pristinnm qno antequam predicta commutatio facta esset. Pro tribus millibus et ducentis bisantiis supradictis, dicti magister et fratres ejus ac prefata domus eornm tenentnr assignare supradicto Jacobo vel heredibns suis infra viginti dies seqnentes nomine pignoris tria casalia ejnsdem domns, scilicet Arnet, Saffet, et Encre. Et si infra dimidinm annum, postqnam idem Jacobus vel ejus heredes casalia ipsa habnerint, jam dicti tria millia et ducenti bisancii Sarracenati sibi vel snis heredibus a jam dicto magistro et domo sua predicta soluti non fuerint, idem Jacobus vel ejus heredes jam dicta casalia sine alicnjns contradictione vendere poterunt velnti snnm pignus; salvo tamen quod ipse Jacobus et ejns heredes sive terram sive bisancios tenuerint antedictos, debent dicto magistro et prefate domui sue Thentonicorum servicium pro eorum altero facere, quod fieri de jam dicta terra debebatur. Nos igitur tam dictorum magistri et fratrum suorum qnam Jacobi de Amigdala, fidelium nostrorum, devotis snpplicationibns benignius inclinati, predictam commutationem, sicnt in curia nostra presentibus fidelibus nostris inter eos acta est, pront superius continetur, ratam habemus, et de speciali gratia celsitudinis nostre concedimns et perpetno confirmamus. Ad cnjus ratihabitionis, concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et bnlla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus commnniri.

Hujns antem rei testes sunt Balianns dominns Sydonis, Odo de Monte Beliardo, comestabulns regni Ierosolimitani, Johannes de Ybelino (1),

---

(1) Iste et familia sua, post pactum in Cypro cum Friderico initum, promiserant « seguitar » l'imperatore in Suris a spese loro. » Fl. Bustron, *Comment. di Cipro*, MSS., f. 412, et infra: « Al quale sempre tenne compagnia et lo seguito il signor di Baruto. » Johannes etenim, Accon cum imperatore reversus, in isto et sequentibus documentis inter testes memoratur. Sed mox

Thomas comes Accerranus, balvius regni Ierosolimitani (1), Ricardus Filanger, marescalcus noster, Garnerius Alamannus.

Acta sunt hec anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense aprili, secunda indictione, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore et semper augusto, Ierosolime et Sicilie rege, anno Romani imperii eius nono, regni Ierosolimitani quarto, regni vero Sicilie tricesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud Accon, anno, mense, indictione prescriptis.

Accon, aprili. Fridericus, Romanorum imperator, confirmat commutationem factam inter Hermannum magistrum domus Theutonicorum et Jacobum de Amigdala, videlicet de casali Mebeliae quod idem magister et domus dederunt eidem Jacobo in excambium pro casali Trefilae et Castro novo quod dicitur Montfort cum omnibus eorum pertinentiis.

(Inedit. in archiv. Berolin., e libro copiali ordin. Theuton.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerosolime et Sicilie rex. Notum sit universis tam presentibus quam futuris, quod venientes in curia nostra, presentibus hominibus regni nostri Ierosolimitani, frater Hermannus venerabilis magister domus Sancte Marie Theotonicorum in Jerosolima et Jacobus de Amigdala, fideles nostri, majestati nostre humiliter supplicarunt, ut commutationem inter eos factam in

cum bellum intestinum inter Templarios et Fridericum exarsit, tempus vindictae suae opportunius reputans in partem vertit adversam, et cum auxilio Jannensium multum se imperatori incommodum exhibuit. *Ibidem, passim.* Quomodo se in Cypro gesserit post ejusdem discessum, vide infra p. 299, not. 1.

(1) Cf. supra, p. 79, not. 2, p. 111, not. 1, et infra secundam epistolam Geroldi patriarchæ, ubi de eodem quoque mentio fit, p. 138.

curia nostra, videlicet de casale Mebelie quod idem magister et eadem domus sua dederunt in excambium prefato Jacobo pro casale Trefile et castro novo quod dicitur Montfort quod domus ipsa firmavit, et jardino, et molendino que sunt de pertinenciis Trefile que dicto Jacobo cesserunt in partem de divisione bonorum facta sibi a prefato magistro et prememorata domo sua, que sibi ex successione quondam matris sue filie olim comitis Jozcelini rationabiliter pertinebant, ita quod dictus Jacobus et heredes sui predictum casale Mebelie cum omnibus pertinenciis suis perpetuo habeant et teneant et antedicta domus Theotonicorum jamdictum casale Trefile cum omnibus pertinenciis suis et castrum novum quod dicitur Montfort quod domus ipsa firmavit cum omnibus pertinenciis suis et cum jardino et molendino que sunt de pertinenciis ejusdem casalis Trefile, tenere debeant et in perpetuum habere, commutationem ipsam habere ratam et eam privilegio nostro concedere et confirmare de nostra gratia dignaremur. Nos autem predictorum magistri et Jacobi fidelium nostrorum devotis supplicationibus benignius inclinati, predictam commutationem que facta est inter eos in curia nostra sicut supradictum est ratam habemus, et eam de speciali gratia nostra concedimus et perpetuo confirmamus. Ad cujus ratihabitionis, concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Balyanus dominus Sydonis, Oddo de Montebeliardo, comestabulus regni Ierosolimitani, Johannes de Ybelino, Guarnerius Alamannus, Aymo nepos ejusdem Guarnerii, Aymarus nepos fratris Aymari, de domo hospitali sancti Johannis, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Ierosolime et Sicilie rege, anno romani imperii eius nono, regni Ierosolimitani quarto, regni vero Sicilie tricesimo primo feliciter. Amen.

Datum apud Accon, anno, mense et indictione prescriptis.

Accon, aprili. Fridericus, Romanorum imperator, Hermanno magistro et fratribus domus sanctae Mariae Theutonicorum dat et concedit in perpetuum sex millia et quadringentos bisancios sarracenatos recipiendos annuatim in redditibus cathenae et fundae Acconis.

(Inedit. in archiv. Berolin., e libro copiali ord. Theuton.)

Fredericus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerosolime et Sicilie rex. Imperialis excellencie redundat ad gloriam sacrosanctas ecclesias et loca religiosa diligere et ea dignis beneficiis ampliare, per que Deo dicate persone jugiter in laudibus ejus persistant, a quo tam animarum quam corporum cuncta beneficia naciscuntur. Notum igitur esse volumus universis tam presentibus quam futuris quod nos meditatione piissima attendentes qualiter sacra domus hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Ierosolima a predecessoribus nostris Romanorum imperatoribus felicibus incohata principiis, per progenitores nostros divos augustos, inclite recordationis, susceperit incrementum et per eos nonnullis extiterit beneficiis ampliata; considerantes insuper quod exibemus obsequium Deo gratum, si eorumdem predecessorum nostrorum vestigia prosequentes, circa profectum ipsius domus tam liberaliter intendimus quam libenter, de innata benignitatis nostre gratia, et intuitu retributionis eterne ac pro remedio animarum divorum augustorum parentum et predecessorum nostrorum Ierosolimitanorum regum memorie recolende, pro salute quoque nostra et exaltationis ac glorie incremento, damus et concedimus fratri Hermanno venerabili magistro et fratribus domus sancte Marie Theotonicorum et successoribus suis, ac eorum domui nominate in perpetuum sex milia et quadringentos bisancios sarracenatos, recipiendos annuatim in redditibus cathene et funde nostre Acconis, videlicet in redditibus cathene tria milia et ducentos bisancios sarracenatos, et alia tria milia bisancios sarracenatos in redditibus funde, vel omnes in redditibus

funde, si de redditibus cathene deesset, vel omnes in redditibus cathene, si de redditibus funde deesset; vel in aliis redditibus nostris melius apparentibus, si de redditibus cathene et funde deesset, per quatuor anni terminos, de tribus in tribus mensibus, videlicet per quoslibet tres menses bisancios mille et sexcentos, ab omni tamen servicio et conditione liberos et exemptos. Ut autem hec nostra donatio et concessio rata semper et inconvulsa permaneat, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Oddo de Montebeliardo, comestabulus regni Ierosolimitani, Balianus dominus Sydonis, Johannes de Ybelino, Guarnerius Alemannus, Aymo nepos ejus, Aymarus nepos fratris Aymari.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia Romanorum imperatore, semper augusto, Ierosolime et Sicilie rege, anno romani imperii eius nono, regni Ierosolime quarto, regni vero Sicilie tricesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud Accon, anno, mense et indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, Hermanno magistro domus Theutonicorum et fratribus ejus pro terra Turonis quam Alysae nepti quondam Henfridi Juvenis restitui fecit, in cambium secundum privilegium quondam Guidonis regis concedit Maronum cum omnibus pertinentiis ejus, aliaque loca et septem millia bisantiorum ad fundam et ad cathenam Acconis vel alibi in regno Ierosolymitano, si de funda et cathena non potuerint solvi. Accon, april.

(Inedit. in archiv. Berolin., e libro copiali ordin. Theuton.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierosolime et Sicilie rex. Notum facimus universis, tam presentibus quam futuris, quod frater Hermannus venerabilis magister domus sancte Marie

Theotonicorum in Ierosolima et fratres ejus, devoti fideles nostri, olim coram celsitudinis nostre presencia venientes majestati nostre humiliter supplicarunt quod cum terra Turonis que nobis per Sarracenos a quibus detinebatur extitit restituta, fuerit quondam comitis Jozcelini, cujus bona omnia tam ea que in dominio nostro quam que in manibus Sarracenorum erant, una cum assensu et voluntate quondam consortis nostre, Ysabelle imperatricis memorie recolende, sibi et domui sue duximus concedenda, juxta nostre concessionis privilegium inde factum, sibi et domui eorum restitui mandaremus. Nos autem videntes quod supplicationes eorum justiciam continebant, predictam terram Turonis eis fecimus assignari; sed Alysa neptis quondam Henfridi Juvenis, fidelis nostra, veniens coram nobis, celsitudini nostre supplicavit humiliter et devote, ut terram eamdem que ad ipsam pleno jure spectabat, sibi restitui juberemus. Nam parata erat hoc in curia nostra ostendere coram nobis; et dato sibi termino ad probandum, et in eo comparens coram nobis sufficienter probavit quod antedicta terra Turonis ad eam rationabiliter pertinebat, sicque juxta exguardum curie nostre, sibi restitui fecimus terram ipsam. Demum vero magister et fratres sui predicti quoddam privilegium olim Guidonis regis Jerosolimitani predecessoris nostri memorie recolende, assensu et voluntate quondam consortis sue Sibille, predicto comiti Jozcelino concessum nostro culmini presentarunt, in quo continebatur qualiter idem rex dedit et concessit et confirmavit eidem comiti et suis heredibus Turonum et Castrum novum cum omnibus pertinenciis suis et omni jure suo, et concessit et confirmavit ei et suis heredibus Marun cum omnibus pertinenciis suis, Quabrinquen, Belide, Cades, Lahare, Mees et duo Megeras; tali quidem conditione quod si Turonum et Castrum novum judicio curie sue ammittere aut pactiones que inter Balduinum regem Jerosolime sextum et Henfridum Juvenem facte fuerunt, solvere contigerit, Maronum cum omnibus pertinenciis suis prenotatis et illud cambium quod Henfridus Juvenis pro Turono et Castro novo tenebat, ipse et heredes sui tenerent perpetuo et haberent. Sicque magister et fratres sui predicti cambium ipsum pro Turono et Castro novo petierant sibi a nobis humiliter assignari. Videntes igitur quod eorum peticio justiciam continebat, et inquisito ac

invento per fideles nostros regni nostri Jerosolimitani quos ad hoc sub juramento quo nobis tenentur astrinximus, quod supradictum cambium quod expressum non fuerat in privilegio dicti regis, illud videlicet quod Henfridus Juvenis pro Turono et Castro novo tenebat, quod cambium ipsum extiterat septem milia bisanciorum sarracenatorum, et cum Marono et omnibus pertinenciis suis et casalibus antedictis : nos tam Maronum cum pertinenciis suis et Quabriuquen, Belide, Cades, Lahare, Mees, et duo Megeras, quam et predictos septem milia bisancios sarracenatos, jam dictis magistro, et fratribus suis, ac eorum domui supradicte restituimus de nostre gratia majestatis. Quos bisancios statuimus eis recipiendos annis singulis in redditibus cathene et funde nostre Acconensis, medietatem videlicet in redditibus funde et aliam medietatem in redditibus cathene, vel omnes in redditibus funde, si de redditibus cathene deesset; vel omnes in redditibus cathene, si de redditibus funde deesset; vel in aliis redditibus regni nostri Jerosolimitani melius apparentibus, si de redditibus cathene et funde deesset, per quatuor terminos de tribus in tribus mensibus : videlicet per quoslibet tres menses bisancios sarracenatos mille septingentos et quinquaginta. Ad hujus autem rei evidenciam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri, et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Raimundus (*a*) princeps Anthiochie et comes Tripolitanus, Oddo de Montebeliardo comestabulus regni Jerosolimitani, Balianus dominus Sydonis, Johannes de Ybelino, Gualterus de Cesarea, Guarnerius Alemannus, Aymo nepos ejus, Daniel de Talremunde, Helyas de Nazareth, Adam Costa senex, Adam Costa juvenis, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno romani imperii eius nono, regni Jerosolimitani quarto, regni vero Sicilie tricesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud Acconem, anno, mense et indictione prescriptis.

(*a*) Sic in codice; sed legendum *Boamundus*.

Accon, aprili. Fridericus, Romanorum imperator, Hermanno magistro et fratribus domus sanctae Mariae Theutonicorum concedit domum in civitate Jerusalem quae fuit quondam Balduini regis, sex carrucatas terrae in territorio ejusdem civitatis et domum cum omnibus pertinentiis quam habuerunt Theutonici ante amissionem terrae sanctae.

(Inedit. in archiv. Berolin., e libr. copiali ord. Theutonic.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierosolime et Sicilie rex. Imperialis excellencie redundat ad gloriam sacrosanctas ecclesias et loca religiosa diligere, et ea dignis beneficiis ampliare, per quod Deo dedicate persone jugiter in laudibus ejus persistant, a quo tam animarum quam corporum cuncta beneficia naciscuntur. Notum igitur esse volumus universis, tam presentibus quam futuris, quod nos meditatione piissima attendentes qualiter sacra domus hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Ierosolima, a predecessoribus nostris Romanorum imperatoribus felicibus incohata principiis, per progenitores nostros divos augustos inclite recordationis susceperit incrementum, et per eos nonnullis extiterit beneficiis ampliata; considerantes insuper quod eximus obsequium Deo dignum, si eorumdem predecessorum nostrorum vestigia prosequentes, circa profectum ipsius domus tam liberaliter intendimus quam libenter; de innata benignitatis nostre gratia et intuitu retributionis eterne ac pro remedio animarum divorum augustorum parentum et predecessorum nostrorum Jerosolimitanorum regum memorie recolende, pro salute quoque nostra, et exaltationis ac glorie incremento, damus et concedimus fratri Hermanno venerabili magistro, fratribus ipsius domus sancte Marie Theotonicorum et successoribus suis, ac eorum domui nominate, domum in civitate nostra Ierosolima, que fuit quondam

Balduini regis Jerosolimitani predecessoris nostri, memorie recolende, sitam in ruga Armeniorum prope ecclesiam sancti Thome, cum omni perprisio et pertinenciis suis et cum orto eidem domui conjuncto, necnon et sex carrucatas terre sive de excadenciis sive [de] demanio nostro civitatis ejusdem, si de excadenciis tantum non poterit inveniri, ubi per territorium civitatis ipsius conveniencius sit eis accipere et habere. Desuper habundanti quoque gratia nostra damus et concedimus prefato magistro, fratribus et eorum domui antedicte domum quam olim Theutonici ante amissionem terre sacre in civitate Jerosolimitana tenebant, cum omnibus pertinenciis suis, juribus et possessionibus et pertinenciis suis, ut ea omnia ab omni servicio libera semper teneant et exempta. Ad hujus autem donationis et concessionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri, et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Balianus dominus Sydonis, Oddo de Monbeliardo, comestabulus regni Ierosolimitani, Johannes de Ibelino, Guarnerius Alamannus, et Aymo nepos ejus, Aymarus nepos fratris Aymari, de domo hospitalis sancti Johannis, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Ierosolime et Sicilie rege, anno romani imperii eius nono, regni Ierosolime quarto, regni vero Sicilie tricesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud Accon, anno, mense et indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, Hermanno magistro domus hospitalis Theutonicorum et fratribus ejus concedit et confirmat domum quam emerunt a Joanne de Chonchi pro sexcentis et viginti marchis argenti et pro alia domo quam ultra marchas dederunt [Accon], aprili.

eidem Johanni, necnon et barbacanam quam rex Johannes eidem domui dedit et terram quae consistit inter murum Acconis et mare cum licentia aedificandi.

(Inedit. in archiv. Berolin., e libro copiali ordin. Theuton.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Ierosolime et Sicilie rex. Si ad Ecclesias et loca Deo dicata benigne dirigimus aciem mentis nostre, et eorum prospectibus intendimus diligenter, nedum eterne retributionis merita, sed laudis preconia consequimur temporalis. Universis igitur tam presentibus quam futuris volumus esse notum quod nos considerantes honestam vitam et religionem laudabilem fratris Hermanni, venerabilis magistri et fratrum domus sancte Marie Theotonicorum in Ierosolima devotorum nostrorum; attendentes quidem quod quamcunque benignitatis gratiam ad ipsos effundimus, ipsi regi regum omnium exibemus de cujus munere feliciter vivimus et regnamus, de liberalitatis nostre gratia et intuitu retributionis eterne, ac pro remedio animarum divorum augustorum parentum et predecessorum nostrorum Ierosolimitanorum regum memorie recolende, pro salute quoque nostra et heredum nostrorum, concedimus et confirmamus prefato magistro et fratribus domus sancte Marie Theotonicorum et successoribus suis ac eorum domui memorate, domum quam emerunt a Johanne de Chonchi, pro sexcentis et viginti marchis argenti, et pro alia domo quam ultra marchas ipsas argenti dederunt eidem Johanni, sitam juxta ecclesiam Sancti Sepulcri cum omni proprisio et pertinenciis suis, dantes eis licenciam construendi woltam ab alia domo eorum quam prius habuerant, usque ad domum ipsam; ita tamen quod platea publica civitatis que dividit domos ipsas propter hoc nequeat impediri. Concedimus insuper et confirmamus eisdem barbacanam illam quam illustris rex Johannes olim predicte domui concessit et dedit, sicut in ejusdem regis privilegio plenius et apertius continetur, necnon et totam terram que consistit inter murum civitatis nostre Acconis et mare, videlicet a porta que dicitur Gaufridi Torti, usque ad locum illum ubi finit jamdicta barbacana predicte domus cum omnibus statio-

nibus que sunt ibi, et ut liceat eis hedificare super eamdem terram quodcunque voluerint hedificium, sine contradictione et molestia alicujus; ita videlicet quod via publica pro omnibus euntibus et redeuntibus ibi debeat remanere. Ad hujus concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Balianus dominus Sydonis, Oddo de Montbaliardo, comestabulus regni Ierosolimitani, Johannes de Ybelino, Garnerius Alamannus, Aymo nepos ejus, Aymarus juvenis, nepos fratris Aymari de domo hospitalis sancti Johannis, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis, imperante domino nostro Frederico, Romanorum imperatore, semper augusto, Ierosolime et Sicilie rege, anno romani imperii ejus nono, regni Ierosolime quarto, regni vero Sicilie tricesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud....., anno, mense et indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, emit a magistro et domo sanctae Mariae Theutonicorum castrum Messeniae et domum quondam Margariti supra portum Brundusii pro sex millibus et quadringentis besantiis saracenatis de cathena et funda Acconis annuatim percipiendis, hoc pacto ut, si solutio non fiat, ipse aliud excambium congruum exhibebit. Accon, aprili.

(Inedit. in arch. Berol., e lib. cop. supra laudato. Originale adest in arch. Reg. S. Severini apud Neapolim.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod frater Hermannus venerabilis magister domus sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem et fratres ejusdem domus devoti fideles nostri

ac domus eorum dederunt et concesserunt nobis castrum Messenii (1) cum omnibus tenimentis et pertinentiis suis, quod est inter civitatem nostram Brundusii et castrum Horye (2), et domum quondam Margariti sitam supra portum civitatis predicte cum proprisio et pertinentiis suis, pro sex millibus et quadringentis besantiis saracenatis quos eis apud Accon in excambium pro domo et castro predictis concedimus et donamus, recipiendos annis singulis in redditibus cathene et funde predicte civitatis nostre Acconis, videlicet in redditibus funde tria milia et ducentos besantios Sarracenatos et in redditibus cathene alios tria milia et ducentos besantios saracenatos vel omnes in redditibus cathene, si de redditibus funde deesset, vel in redditibus funde, si de redditibus cathene deesset, vel etiam in aliis redditibus nostris melius apparentibus si de redditibus cathene et funde deesset, per quatuor terminos de tribus in tribus mensibus, videlicet per quoslibet tres menses bisantios mille et sexcentos, tali tamen habita conditione et pacto quod si per nos aut heredes et successores nostros regni Ierosolimitani aut quocumque alio modo acciderit quod dictus magister et fratres ac domus sancte Marie Theutonicorum non receperint besantios antedictos, nos vel heredes nostri regni Sicilie teneamur eisdem magistro et fratribus suis ac eorum domui supradicte restituere castrum et domum predictam, vel tale pro ipsis excambium in eodem regno nostro Sicilie prefate domui sancte Marie Theutonicorum exhibere quod fratribus ejusdem domus debeat esse gratum. Ad cujus rei memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Balyanus [dominus] Sydonis, Oddo de Montebeliardo comestabulus regni Ierosolomitani, Johannes de Ibelino, Guarnerius Alemannus, [Aymo] nepos ejus, Aymarus nepos fratris Aymari et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis, imperante domino

(1) Hodie Misagna seu Mesagne, in terra Ydronti.
(2) Vide supra renovationis privilegium, datum Tarenti, ann. 1221, mense aprili.

nostro Friderico, Dei gratia Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno romani imperii ejus nono, regni Jerusalem quarto, regni vero Sicilie tricesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud Accon, anno, mense et indictione prescriptis.

Fridericus, Romanorum imperator, pro gratis servitiis quae Pisani in civitate Acconis commorantes sibi et regibus Hierosolimitanis praedecessoribus suis exhibuerunt, eis in ipsa civitate Hierusalem concedit curiam et franchisiam, intrando et exeundo, mittendo et extrahendo. Accon, aprili.

(Edid. FLAMINIO DAL BORGO, *Raccolta di diplomi Pisani*, p. 180, e transumpto authent. 17 martii, ann. 1248.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentie dignitas tunc altius titulos sue laudis exaltat et subditorum mentes in fide corroborat, cum fidelibus et devotis suis digna pro meritis beneficia liberaliter elargitur, et eorum maxime quorum fides et devotio apud eum sincera jugiter perseverat. Universis igitur tam presentibus quam futuris volumus esse notum quod nos habentes pre oculis fidelia satis et valde grata servitia que Malpillus, Pipinus et Benectus, consules Pisanorum, et universi Pisani commorantes in civitate nostra Acconis fideles nostri, nobis existentibus in partibus cismarinis pro servitio Jesu Christi, majestati nostre tam devote quam laudabiliter contulerunt, nihilominus insuper ad memoriam revocantes qualiter civitas Pisarum et totum ejusdem commune devoti fideles nostri predecessoribus nostris Jerosolimitanis regibus inclite recordationis fideles in omnibus adstiterunt et precipue in conservatione reliquiarum illarum que de regno ipso remanserunt in potestate et dominio eorumdem, volentes eis tanquam benemeritis ad digna premia respondere ut fides eorum aliquid benignitatis et gratie a munificentia nostra se gaudeat assecutam,

de liberalitate gratie nostre damus et concedimus eis pro communi Pisano et pro omnibus Pisanis curiam et franchisiam in civitate nostra Jerosolimitana intrando et exeundo, mittendo et extrahendo de omnibus propriis rebus et mercimoniis suis. Ad hujus autem donationis et concessionis memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Oddo de Montebalyardo comestabulus regni Hierosolymitani, Balianus dominus Sydonis, Johannes de Ibellono, Guarnerius Alemannus, Aymo nepos ejusdem Guarnerii, Aymarus nepos fratris Aymari de domo hospitalis sancti Johannis, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Hierusalem et Sicilie rege, anno romani imperii nono, regni Hierusalem quarto, regni vero Sicilie trigesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud Accon, anno, mense et indictione prescriptis.

Accon, aprili. Fridericus, Romanorum imperator, pro gratis servitiis quae Pisani commorantes in civitate Acconis sibi et regibus Hierosolimitanis praedecessoribus suis exhibuerunt, eis confirmat omnia eorum privilegia exemptionum et jurisdictionum tam in civitate Acconis quam apud Tyrum et Joppen.

(Edid. Flaminio dal Borgo, *Raccolta di diplomi Pisani*, p. 178, e transumpto authent. 21 martii, ann. 1248.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentie dignitas tunc altius titulos sue laudis exaltat et subditorum mentes in fide corroborat, cum fidelibus et devotis suis digna pro meritis beneficia liberaliter elargitur, et eorum maxime quorum fides et devotio apud eum sincera jugiter perseverat.

Notum ergo esse volumus universis tam presentibus quam futuris quod nos habentes pre oculis fidelia satis et valde grata servitia que Malpillus, Pipinus et Benectus, consules Pisanorum, et universi Pisani commorantes in civitate nostra Acconis fideles nostri, nobis existentibus in partibus cismarinis pro servitio Jesu Christi, majestati nostre tam devote quam laudabiliter contulerunt, nihilominus insuper ad memoriam revocantes qualiter civitas Pisarum et totum ejusdem commune devoti fideles nostri predecessoribus nostris Hierosolimitanis regibus inclite recordationis fideles in omnibus adstiterunt et precipue in conservatione reliquiarum illarum que de regno ipso remanserunt in potestate et dominio eorumdem, volentes eis tanquam benemeritis ad digna premia respondere ut fides eorum aliquid benignitatis et gratie a munificentia nostra se gaudeat assecutam, de liberalitate gratie nostre confirmamus et concedimus eis pro universis aliis Pisanis plenam libertatem in civitate nostra Acconis de equis et de omnibus aliis equitaturis que sive per mare sive per terram de civitate et in civitate ipsa intromittere voluerint et extrahere, ut nullo deinceps tempore de ipsis et pro ipsis ab eis datium aliquod exigatur. Confirmamus etiam et concedimus eis et omnibus aliis Pisanis ut nulli bajulorum nostrorum qui a nobis vel heredibus nostris in regno nostro Hierosolimitano fuerint constituti aliquam ipsis prohibitionem de cetero faciant specialem, nisi illa que sit generaliter universis. De superabundanti quoque gratia nostra volentes eos in omnibus eorum juribus que in predicto regno nostro habent et habere de jure debent illesos servare, bajulis nostris Tyri et Joppen tam presentibus quam futuris damus strictius in mandatis ut omnia jura et possessiones que et quas commune Pisarum babet et habere debet in terris ipsis et tenimentis eorum ab omni invasione et molestia debeant conservare nec sustineant quod eisdem Pisanis ab aliquo vel aliquibus super eisdem juribus et possessionibus suis gravamen seu molestia inferatur. Ad hujus autem confirmationis et conservationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Oddo de Montebeliardo comestabulus regni Hierosolymitani, Balianus dominus Sidonis, Johannes de Ibellono, Guar-

nerius Alemannus, Aymo nepos ejus, Aymarus nepos fratris Aymari de domo hospitalis sancti Johannis, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis, imperante domino nostro Friderico, Dei gratia romanorum imperatore, semper augusto, Hierusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii ejus nono, regni Hierusalem quarto, regni vero Sicilie trigesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud Accon, anno, mense et indictione prescriptis.

Accon, aprili. Fridericus, Romanorum imperator, consulibus et communi Pisanorum apud Accon privilegium curiae propriae restituit, quo per Thomam comitem Acerrarum olim ipsius regni bajulum destituti fuerant.

(Edid. Flaminio dal Borgo, *Raccolta di diplomi Pisani*, p. 176, e transumpto authent. 31 martii, ann. 1248.)

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per [presens] scriptum notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod Malpillus, Pipinus et Benectus consules Pisanorum in Accone fideles nostri ad nostram presentiam venientes pro parte omnium Pisanorum fidelium nostrorum exposuerunt celsitudini nostre quod cum nullus Pisanus cogi debeat per bajulos cathene ad faciendam alicui rationem, sed in curia Pisanorum omnibus de se querentibus eam facere teneatur, Thomas comes Acerrarum fidelis noster, olim cum ipsum balium in predictum regnum nostrum Jerosolimitanum duximus destinandum, ipsos de predicta destituit libertate cogens eos in predicta cathene curia respondere. Quare dicti consules pro communi Pisano nos attentius supplicarunt ut eis in jure suo providere de nostra gratia dignaremur. Nos autem supplicationibus eorum benignius inclinati, maxime cum dictos consules et Pisanos omnes promptos semper invene-

rimus et paratos ad omne nostrum beneplacitum et mandatum, eosdem consules pro parte omnium Pisanorum in jamdicta restituimus libertate ut ea de cetero uti debeant et gaudere, sicnt uti consueverunt priusquam inde fuissent per supradictum comitem destituti, salvo tamen super hoc jure regni nostri Jerosolimitani ac jure similiter eorumdem. Ad cujus rei evidentiam presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Oddo de Montebalyardo comestabulus regni Jerosolimitani, Balianus dominus Sydonis, Joannes de Ybellono, Guarnerius Alemannus, Aymo nepos ejusdem Guarnerii, Aymarus nepos fratris Aymari de domo hospitalis, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo nono, mense aprilis, secunde indictionis, imperante domino nostro Frederico, Dei gratia gloriosissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno Romani imperii ejus nono, regni Jerusalem quarto, regni vero Sicilie trigesimo primo, feliciter. Amen.

Datum apud Accon, anno, mense et indictione prescriptis.

Geroldus, patriarcha Hierosolymitanus, omnibus Christi fidelibus quis fuerit in terra sancta imperatoris processus denuntiat, incusans quod ille post suum apud Accon reditum Templariis et viris religiosis injurias et damna ibidem expressa intulerit. [Apud Accon, maio.]

(Edit. ap. MATTH. PARIS., *Hist. maj. Anglor.*, ad ann. 1229, p. 247.)

Geroldus, patriarcha Hierosolymitanus, universis Christi fidelibus in Domino salutem. Quam mirabiliter ab initio usque ad finem in grave prejudicium negotii Jesu Christi et fidei christiane contemptum in partibus cismarinis processerit imperator si plene intelligatur, in processu ipsius a planta pedis usque ad verticem non poterit sanitas inveniri; quoniam in adventu suo excommunicatus venit vix secum ducens milites quadra-

ginta (1) et sine pecunia, sperans quod de spoliis habitatorum Syrie posset suam inopiam sustentare. Primoque in Cyprum veniens nobilem virum J. de Ibellino et filios suos quos ibidem occasione negotii terre sancte fecerat convenire, minus curialiter cepit ad suum prandium invitatos. Postmodum regem quem ad se venire fecerat retinuit quasi captum, sicque per violentiam et fraudem regnum penitus occupavit. Transiit in Syriam his peractis, cumque in principio verbis mirabilia se promitteret facturum et se super his coram simplicibus jactitaret, statim ad Soldanum Babylonie pacis nuncios destinavit; propter quod in conspectu Soldani et suorum paganorum factus est contemptibilis, precipue cum ipsum intelligerent secum non tantam armatorum multitudinem adduxisse quod aliquo modo possent per eumdem pregravari. Interea occasione premuniendi Joppen ad partes illas declinavit cum exercitu christiano ut magis appropinquaret Soldano et ut facilius possent discurrere pro pace vel treuga obtinenda. Quid plura : post longum et latentem tractatum, nullius de terra consilio requisito, pronunciavit quadam die subito quod pacem fecerat cum Soldano; formam pacis vel treuge nullus vidit quando de servandis conditionibus idem imperator prestitit sacramentum. Quanta autem fuerit malitia, quam fraudulentus tractatus, quorumdam capitulorum tenore que vobis in scriptis duximus transmittenda cognoscere poteritis evidenter; quia imperator ad magnificandum vocem suam vocem tantum habere voluit et vocem obtinuit a Soldano. Dixit enim inter cetera quod sibi erat sancta civitas restituta : ad quam cum in vigilia Dominice qua cantatur *Oculi mei* (2) cum exercitu christiano veniret, die sequenti Dominica satis inordinate satisque confuse excommunicatus in ecclesia dominici Sepulchri in prejudicium honoris ac excellentie imperialis manifestum suo capiti imposuit diadema, Saracenis templum Domini ac templum Salomonis in manu sua retinentibus ac legem Machometi publice sicut prius proclamantibus, non sine peregrinorum confusione maxima et dolore. Idem vero

(1) Centum autem, ex variis quae supra attulimus testimoniis. Vid supra, p. 75, nota 1. At ex industria Geroldus numerum decurtare videtur.

(2) Scilicet 17 martii : cf. supra varia documenta, p. 98, 100, 109.

imperator cum se firmaturum civitatem antea mnltipliciter promisisset sequenti die lnne snmmo diluculo primus civitatem exivit nemine salutato, sibi fratribus Templi et Hospitalis praesentantibus solemniter et instanter quod si vellet firmare sicut promiserat civitatem, ipsi ei quantum possent consilium et auxilium ad id faciendum compararent. Sed ipse qui de corrigendo negotio non curabat, videns quod factum illud nullius firmitatis robur obtineret nec civitas sicut restituta erat teneri poterat nec firmari, solummodo voce restitutionis contentus, ipsa die versus Joppen cum sua familia festinavit : quod cum viderent peregrini qui cum ipso intraverant civitatem post ipsum noluerunt remanere. Subsequenti vero die dominica, scilicet qua cantatur *Letare Jerusalem* (1), venit Achon et in ipsa civitate populum sibi alliciens ei quamdam libertatem concessit ut favorem ipsius per hoc mendicaret; propter quod hoc fecit, novit Deus et ejusdem opera sequentia demonstrarunt (2). Cnm autem passaginm instaret et omnes unanimiter peregrini, pusilli cum magnis, visitato Sepulcro tanquam peregrinatione peracta pararentur ad recessum, cnm treugam non haberemus cum Soldano Damasci, uos videntes terram jam destitutam et a peregrinis relictam consilium in arcto constitnti inieramus ut de eleemosyna pie memorie regis Francie milites pro communi utilitate retineremus. Quod cum audiret imperator significavit nobis se super hoc admirari, cum treugas cum Soldano Babylonie confirmasset. Respondimus quod adhuc remanebat ferrum in vulnere, ex quo treuga vel pax nou fuit inita cum Soldano Damasci, utpote predicti Soldani in hac ei contradicentes; adjicientes quod invito etiam Soldano Babylonie, nos posset Damascenus nimis damnificare. Respondit imperator dicens quod [sine] ejus consilio et licentia qui jam rex fuit Hierosolymitanus, nou debebant milites guerriui retineri in regno suo. Ad quod

---

(1) 25 martii, sed in altera ejusdem Patriarchae epistola *in media quadragesima*. Vid. p. 110.

(2) Rem autem aliter Riccardus de S. Germ. dijudicat : « Praeterea qualiter contra ipsum « imperatorem apud Accon postmodum redeuntem praedicti patriarcha, magistri domuum Hos- » pitalis et Templi se gesserint, utpote qui contra ipsum intestina bella moverunt in civitate » praedicta, his qui interfuerunt luce clarius extitit manifestum. » De proditione Templariorum et Hospitalariorum, cf. MATTH. PARIS., p. 246, ad ann. 1229, et de ingressu imperatoris in Castro Peregrinorum, *Contin. Guill. Tyr.* in collect. Guiz., t. XIX, p. 418.

respondimus quod super hoc plurimum dolebamus quod de his et consimilibus consilium ipsius excommunicati sine periculo animarum non potuimus expectare, et cum ad hoc nil nobis imperator remandaret, die sequenti fecit extra civitatem per preconem publicum congregari peregrinos habitatores civitatis ac per speciales nuntios prelatos simul et religiosos in sabulo. Inter quos ipse personaliter constitutus primo cepit de nobis graviter conqueri falsas querimonias cumulando; secundo ad virum venerabilem magistrum Templi sermonem retorquens famam suam conatus est publice variis ac vanis sermocinationibus non mediocriter obfuscare, et sic culpam propriam que jam manifestabatur intendebat in alios retorquere addens quod nunc ultimo milites stipendiarios in suum prejudicium et gravamen retinebamus. Propter quod ipse jubebat omnibus militibus peregrinis cujuscumque essent nationis, sicut se suaque diligebant, ne remanerent in terra ab illa die in antea, precipiens comiti Thome quem ballivum in terra relinquere disponebat (1), ut quemcumque ex tunc inveniret puniret corporaliter, adeo ut unius pena multis foret ad terrorem. Quibus omnibus consummatis, nulla excusatione vel responsione admissa ad ea que tam ignominiose fuerant divulgata, recessit et statim ad portas civitatis balistarios poni statuit, precipiens eis ut fratres Templi exire permitterent, non intrare. Denique tam ecclesias quam alia loca eminentia civitatis muniri jussit balistariis et loca specialiter per qua ad nos et ad domum Templi habebatur accessus; sciatisque quod nunquam Saracenis tam gravis extitit aut nocivus vel contra eos tantum animosus. Cujus nos manifestam malitiam perpendentes tam prelatos quam peregrinos duximus convocandos, excommunicantes omnes illos qui contra Ecclesiam vel fratres Templi et alios terre religiosos vel peregrinos ipsi imperatori consilium impenderent aut juvamen. Quare magis intumescens imperator omnes introitus fecit diligentius custodiri, inhibens ne ad nos vel ad illos qui nobiscum essent victualia deferentes appropinquarent, ponens undique balistarios et sagittarios quibus nos et fratres Templi ac peregrinos graviter

(1) Hic agitur de comite Acerrarum, qui ballivi titulum adhuc gerebat, ut supra vidimus. Hunc tamen imperator post se ballivum non reliquit, sed duos alios. Cf. p. 139, not. 3 et p. 141.

oppugnabat. Et ut excogitatam malitiam adimpleret fratres Predicatores ac quosdam Minores qui in Ramis Palmarum (1) locis statutis convenerant ad predicandum verba Domini per satellites suos rapi fecit de pulpitis et in terram prosterni, extrahi et quasi latrones per civitatem fustigari; deinde cum videret quod per predictam, obsidionem quod intendebat non obtineret, fecit tractari de pace ad quod respondimus quod noluimus pacis tractatum admittere, nisi prius amotis custodiis balistariorum et aliorum armatorum, ablatis etiam bonis nostris restitutis, ita quod essent omnia in eo statu et libertate qua erant die qua ingressus est civitatem. Ipse tandem fieri precepit secundum quod postulabamus, sed non est effectui mancipatum; supposuimus igitur civitatem interdicto. Videns igitur malitiam suam non posse procedere, usquequaque moram in terra noluit trahere longiorem, imo ac si totum niteretur destruere, balistas et armaturas a longo tempore pro defensione terre reservatas apud Accon fecit clam in navibus deponi, et plura Soldano Babylonie transmitti quasi charo suo (2). Et mittens in Cyprum quosdam milites suos fecit non minimam ab incolis pecuniam extorqueri. Et quod mirabilius nobis videbatur, galeias quas [non] potuit secum trahere destruxit. Quod cum audivimus duximus eum super hoc admonendum; sed ipse admonitione spreta simul et correctione latenter festo apostolorum Philippi et Jacobi (3) per vicum secretum et portum galeiam intrans versus Cyprum festinavit nemine salutato, Joppem relinquens destitutam, nunquam utinam rediturus. Jamjam a ballivis dicti Soldani intercluditur exitus extra muros pauperibus christianis ac syrianis. Plures itaque in via peregrini defecerunt. Hec et multa alia que

(1) Scilicet 8 aprilis, Pascha hoc anno in quintum decimum diem aprilis incidente.

(2) Cf. epistol. Gregorii papae ad regem Franciae, 18 julii hujus anni, p. 150.

(3) Scilicet primo maii. Legitur tamen ap. Matth. Paris., p. 250 : « In die inventionis sanctae » crucis (3 maii) naves ascendit. » Imperator ita naves ingressus inter vituperia et contumelias plebis cui dominus Beriti et Oddo de Montebeliardo vix silentium imponebant, ballivos regni sua vice reliquit dominum Sidonis et Guarnerium Alemannum. Loco autem istius Guarnerii qui paulo post habitum Templarii sumpsit, Oddo de Montebeliardo subrogatus est. Cf. FLOR. BUSTRON., *Comment. di Cypro*, MSS. f. 113, et *libr. Joann. Ibel.* ap. BEUGNOT, *Assises de Jérusalem*, t. II, p. 398 et seqq.

relinquimus aliis enarranda (1), que mundus novit, commisit imperator in Terre sancte et anime sue detrimentum, que Dominus miseratus cum placuerit dignetur temperare. Valete.

[In Cypro, maio.] Et lors s'en ala li empereres en Chipre et fu a Limeçon, et illuec fist le mariage dou roi et de la fille du marchis de Monferrant, qui avoit non Aalis; et puis livra le roy et la terre as V riches homes [Haimeri Barlais (2) et Amaurri de Bessan et Hue de Gybelet et Guillaume de Rivet et Gauvain de Chenichi (3),] et lor dist que il deussent

---

(1) His addendum duximus fragmentum litterarum ipsius papae, quas de re eadem per diversas orbis partes publicare curavit, ut monet Matthaeus Parisiensis illas partim exhibens ad ann. 1229, p. 361 (Londini 1640) : « Item [imperator] in palatio suo Achonensi fecit convivari » Saracenos et fecit eis habere mulieres christianas saltatrices ad ludendum coram eis, quae » etiam, ut dicebatur, commiscebantur eis. Item fœdus quod iniit cum Soldano nemo scivit » qua conditione tractatum fuit inter eos nisi ipse solus. Verumtamen manifeste videbatur quod » magis approbaret, secundum quod perpendi poterat per gestus exteriores, legem Sarraceno» rum quam fidei nostre, quia in multis ritus eorum imitatus est. Item in scripto quod est inter » ipsum et Soldanum quod lingua appellatur arabica *Mosepha*, continetur quod durantibus » treugis ipse juvabit eum contra omnes homines christianos et saracenos, et e converso Solda» nus ipsum. Item spoliavit canonicos sanctae Crucis in Achons quibusdam reditibus quos » recipere debebant in portu Achonensi; item spoliavit archiepiscopum Nichosiensem in Cy» pro. Item protexit quemdam episcopum Surianorum potentia seculari contra patriarcham, » ab excommunicato et schismatico ordinatum. Item spoliavit canonicos sancti Sepulchri obla» tionibus ipsius Sepulchri, et patriarcham oblationibus Calvariae loci et loci Golgotha, et ca» nonicos sancti Templi oblationibus suis, et per manus satellitum suorum fecit omnes oblatio» nes istas colligere. Propter quod factum frater Walterus excommunicavit eum in civitate » Hierosolymorum et omnes satellites suos... Item infra passionem Domini obsedit patriarcham » et episcopos Wintoniensem et Exoniensem et Templarios in domibus suis, et cum vidit se non » posse prevalere confusus dimisit. »

(2) Scilicet *Camerino Barlas*, sicut rectius nominatur ap. Fl. Bustronem supra laudatum, *Comment. de Cypro*, MSS. Bibl. Paris. nº 10493, fol. 113, 114 et passim; qui de rebus a Friderico in Cypro dispositis consulendus est.

(3) Sed apud Bustronem et omnes recentiores historicos *Gavano de Rossi*; unde in isto codice *Chenichi* mutilum nomen videtur.

rendre les X mile mars (1) a Baliam de Saiete et a Garnier l'Allemant qui estoient demourez en son lieu baillis de la terre de Jerusalem. Apres tout ce, se parti de la terre et s'en passa en Puille et ariva a Brandis et y descendi. *Contin. Guill. Tyrensis ex cod. inedito Bibl. Paris.*, n° 8316, *fol.* 395 *recto.*

[Brundusii, post regressum, junio.]

Imperator de Syria in Apuliam (2) veniens, apud Brundusium ad expugnandos Lombardorum et Campanorum hostiles cuneos gentem congregat, litteras de felici adventu suo in Siciliam et Calabriam mittit, fideles suos de Capua hortatur et animat ad fidelitatem suam mittens ad illorum auxilium Thomam de Aquino, Acerrarum comitem, et celerem succursum suum promittens eisdem.—*et infra:* Statim nuncios suos misit ad papam quosdam fratres de domo Theutonicorum, per quos ipsius habere gratiam supplicat et esse velle ad suum et Ecclesiae mandatum exponit. — [Mense junio] item imperator suos pro pace ad papam legatos misit Reginum videlicet et Barensem archiepiscopos, necnon et magistrum domus Theutonicorum; qui... ad Romanam curiam profecti.. cum in nullo profecerint redierunt (3). Ricc. de S. Germ., *chronic. ad ann.*

(1) « Et en tant comme il demoura a Acre vindrent de Chipre Haimeri Barlais (et quatuor » alii, omnes Ibelinorum capitales inimici) liquel parlerent a l'emperaor et firent tant que il » achaterent le baillage de lui que il devoit tenir III ans (scilicet usque ad legitimam junioris » regis aetatem), et l'en otrierent a donner X. M. mars d'argent. » *Contin. Guill. Tyrens. ex cod. inedito* 8316, *ibidem.*

(2) Quo primum applicuerit ignoratur : dicit autem Riccord. Malasp. ap. Murator., *Script.*, VIII, 964 : « Solamente egli venne con due galee e venne nel castello d'Ascone (Astone) in Pu» glia, la quale fu la prima terra ch'egli assediarono in Puglia. » — In italico alio veteri chronico in Bibl. Barber. apud Romam asservato sub n° 914, legitur *al castello d'Astore*, ut monet Raumer. Verisimiliter *Ostuni*, octo leucis Brundusio distans.

(3) Substitit autem Perusii magister Theutonicorum, tempus opportunius expectans, qui sub finem novembris rediens tandem laetos rumores de pace ad imperatorem detulit.

Perusii, 19, 20, 21 junii. Gregorius papa rectoribus et populo Gaietano diversa privilegia quasi dominus terrae concedit, inter quae jus eligendi potestates, jus galearum, jus monetae, aliaque ibidem expressa.

(Inedit. in Collect. Bibl. Paris., ann. III, epist. 26, 28, 29.)

Gregorius, etc., rectoribus et populo Gajetano, etc. Venientes ad nos dilectos filios Johannem dictum Cabotum et Petrum Bulgaminum cives et nuntios vestros viros providos et discretos benigne recepimus et intelleximus diligenter. Cum autem ad vos sicut pater ad filios sincere dilectionis habeamus affectum ac per hoc utilitatibus vestris libenter tanquam propriis intendamus, petitiones vestras in quibuscumque cum honestate potuimus studuimus exaudire. Verum bajulationem et plateaticum civitatis vestre ac burgi Molarum cum omnibus justitiis et redditibus curie debitis ad manus nostras duximus retinenda, gerentes in proposito super aliis oportuno tempore providere, prout utilitati vestre, salvo honore Ecclesie, videbimus expedire. Monemus igitur universitatem vestram per apostolica scripta mandantes quatenus in fidelitate ac devotione sedis apostolice de bono semper in melius proficere studeatis, ita quod ipsius dilectionem et gratiam magis ac magis promereri possitis et nos in opportunitatibus vestris vobis favorabiliter assistere debeamus.

Datum Perusii, XIII kalendas julii, pontificatus nostri anno tertio.

[Sequuntur litterae aliae eisdem directae quibus ipsos, civitatem et bona eorum sub protectione sua recipit, et in suo demanio perpetuo retinendos declarat. Item aliae quibus eisdem immunitatem per totum regnum a prestatione pedagii, passagii, falangatici et dationis concedit. Datum Perusii, XII kal. julii, pontificatus nostri anno tertio].

Gregorius, etc., civibus Gaietanis fidelibus nostris, etc. Sedes apostolica veluti pia mater que filiorum uteri sui oblivisci non potest, intrante sepe

in conspectu suo gemitu tribulationum multarum quarum tempestas vos et alios homines regni graviter huc usque depresserat et pene demerserat in profundum, materno affectu compatiens afflictionibus filiorum qui quasi in luto et latere coacti fuerant deservire, desiderio desideravit ut jugo ab eorum cervicibus tam dure servitutis excusso finem iis dare Dominus dignaretur. In effectu quoque producens quod in affectu gerebat in se suscepit negotium et submisit humeris ad portandum, pro quo quidem exposuit se laboribus et expensis innumeris et personis etiam suorum fidelium non pepercit languores ferens per hoc et portans dolores hominum predictorum. Cum igitur reducti sitis ad fidelitatem et dominium Romane Ecclesie ad quam non erat dubium vos spectare, adherentes sicut subjecti et fideles eidem cujus suave jugum et onus ejus est leve, ac per hoc non illius que in servitutem generat sed libere filii existatis, dignum est ut ab uberibus consolationis sedis apostolice matris et domine vestre amodo recreemini, gaudentes cum letitia qui in tristitia extitistis. Ea propter, dilecti in Domino filii, vestris commodis providere volentes, cum Romana Ecclesia clementer prospicere consueverit utilitatibus subjectorum, vestris supplicationibus inclinati de communi fratrum nostrorum consilio et assensu concedimus in preficiendo potestates, consules et rectores et in omnibus aliis libertatem quam habet a sede apostolica civitas Anagnina; immunitatem quoque per totum regnum a prestatione passagii, pedagii, falangatici ac dationis que directus vulgariter dicitur ad curiam pertinentium et medietatem eorum que pro offensis debentur cum magistratu potentiatus galearum a Policastro usque Gaietam de gratia vobis concedimus liberali. Cudendi etiam monetam argenteam ubi ex una parte imago capitis beati Petri cum superscriptione civitatis vestre, ex alia vero in medio pape et in circulo superscriptio nostri nominis habeantur, et ampliandi civitatem vestram vel edificandi novam in monte sancti Martini prope posito liberam vobis concedimus facultatem, ita quod pro moneta quolibet anno cum eam cudere contigerit quinquaginta tarenos auri nobis et nostris successoribus persolvetis. Insuper omnes libertates omnesque laudabiles consuetudines quas habuistis tempore clare memorie Guillelmi in creandis consulibus, judicibus et aliis officialibus annuis ac notariis, in

cognitione ac terminatione causarum, necnon et in duana salis, in portnbus quoque scilicet iu Patria et ab ea usque Cannetum, in vendendo scilicet in eis salem et emendo et contrahendo inde victualia et in deferendo libere Gaietam, labores hereditatum quas vos et ecclesie civitatis vestre habetis in comitatu Fundano, ac in defendendo vos ab inimicis vestris extra regnnm et pacem faciendo cum ipsis; Pontionam et insulam Palmeriam, Sennouem, Pantateram et sanctum Martiuum cum piscariis et tenimentis suis, sicut tempore memorati regis habnistis easdem, et generaliter omnes bonas cousuetudines vestras, salvis omuibus justitiis et redditibus curie debitis pro quibus recipiendis aliqnis de terra vestra pouetnr per sedem apostolicam idem vel alius annuatim, vobis auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimns. Ubique vero per regnum salvi sint cives vestri qnos naufraginm pati contiugeret, et ne offendantur in personis vel rebus districtius prohibemus. Interdicimus etiam ne in civitate vestra vel extra iu tenimentis ipsins castrum seu munitio aliqua construatnr. Quandocumque autem Romana Ecclesia stolium facere voluerit, civitas vestra ei tenebitur pro una galea sufficienter dare numerum armatorum; corpus vero galee cum apparatu ipsius, mercedem et alia necessaria hominum sedes apostolica juxta regnm consuetudinem exhibebit, salva in omnibus sedis apostolice auctoritate ac salvis ecclesiarum libertatibus et juribus earumdem. Nulli ergo etc., nostre protectionis, constitutionis, concessionis, confirmationis et inhibitionis infringere. Si qnis autem, etc. (1).

Datum Perusii, XI kalendas julii, anno tertio.

---

(1) Extant in ejusdem anni Regesto aliae litterae Gregorii ad diversa regni loca directae: scilicet n° 16, civibus Suessanis super civitate ipsorum in dominio Ecclesiae perpetuo persistenda. Dat. Perusii, X kal. junii (23 maii); — n^is 49 et 50, R. subdiacono et capellano suo super custodia arcis Bandre et in eumdem modum abbati Cassinensi et eidem R. germano ejus pro arce Cassinensi et arce Janule. Dat. Perusii, V kal. septembr. (28 augusti); — n° 51, populo Sorano fidelibus suis super protectione ipsis et civitati eorum indulta. Dat. Perusii, V kal. septembr. (29 augusti).

Gregorius papa rectoribus societatis Lombardiae nuntiat Johannem regem Hierosolymitanum et cardinalem sanctae Praxedis, audito quod Fridericus imperator e partibus transmarinis redierit, contra eum procedere velle : unde cum sua et ipsorum causa contra communem hostem sit communis, monet ut milites quos ad auxilium Ecclesiae romanae miserunt nec ultra servire volentes, perseverare faciant, stipendiaque et omnia oportuna eis ministrent. Perusii, 26 junii.

(Inedit. ex Regest. Gregor. IX, in Bibl. S. T. Phillipps ap. Middlehill, ann. III, epist. 31, coll. cum collect. Bibl. Paris.)

Gregorius, etc., rectoribus societatis Lombardie, etc. Scitis et sicut credimus tanquam viri prudentes frequenti meditatione revolvitis nos ex summo desiderio et deliberato consilio vestro contra F. dictum imperatorem negotium inchoasse, cum idem totis mentis affectibus aspiraret ad exterminium Lombardie. Unde cum ad prestandum nobis auxilium contra eum vos certis obligationibus astrinxeritis, quia nunquam alias instanti periculo vestro poteratis efficacius obviare nec utilitati communi consultius providere, speravimus et speramus ut veritatem in omni puritate servantes nobis vel vobis verius et promissum impendatis auxilium et adjiciatis prompta voluntate promisso, sicut vestrum irreprehensibiliter prosequi cupitis interesse. Sane sicut jam pluries vobis jam intimasse meminimus (1), milites quos in Ecclesie romane servitium citra promissum numerum destinastis

(1) Inter quas una epistola idibus maii (15 maii) data in eodem Regesto invenitur; sicut et duae aliae III idus julii (13 julii) et VII idus octobris (9 octobr.), quibus Lombardorum segnitiem acriter incusat. Hujus autem ultimae archiepiscopo Mediolanensi et fratri Gualoni sive Gualae directae fragmentum legitur ap. RAYNALD. *Annal. eccles.* ad ann. § 33.

voluntaria ne malitiosa dixerimus lentitudine (a) retardati adeo morose venerunt quod ne tempus veniendi et redeundi volentes continuum computare nihil aut modicum Ecclesie servierunt; et [cum] nunc per gratiam suam Dominus Ecclesie sue misericorditer prosperetur ita quod jam civitatibus et castris quampluribus ad manum Ecclesie revocatis, carissimus in Christo filius noster J. rex Ierosolimitanus illustris et dilectus filius J. tituli sancte Praxedis presbiter cardinalis, audito sed nondum plene scito quod dictus Fredericus redierit de partibus transmarinis, contra eum proponunt procedere in nomine Jesu Christi ut arctantes eumdem omnem ei nocendi potentiam interdicant, dicti milites vestri dicentes se non teneri ultra servire nimis reprehensibiliter exercitum deserere comminantur ut tunc retro respiciant cum procedere ac proficere sperarentur; in quo et nos et vos proderent manifeste. Que namque nequior posset esse perfidia, queque proditio notior quam promissum auxilium in ipso necessitatis articulo subtrahi confidenti, presertim in quem promissionis fiducia eum noscitur induxisse? et quidem gravia exinde universitati vestre discrimina inevitabiliter imminerent, sed infamie macula et confusionis opprobrium vos et filios filiorum vestrorum perpetuo sequerentur, prout ipsi melius intueri potestis quam possit per aliquem de facili enarrari. Ne igitur manus vestras videamini mittere sub ascellas quas nunc mittere debetis ad fortia, tanquam propria capita viriliter defendentes, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta sub debito juramento firmiter precipiendo mandantes quatenus faciatis omnino ut predicti milites in Ecclesie servitio et vestro per consequens fideliter perseverent, ministrantes eis abunde stipendia et alia oportuna, nec vos ad presens talium tedeat expensarum que a multis et gravibus damnis et injuriis vos preservant, cum utiliter denarius expendatur quo libre parcitur sine nota. Ecce autem transcriptum litterarum predictorum regis et cardinalis vobis sub bulla nostra mittimus interclusum ut exinde urgentis necessitatis articulo intellecto impleatis et celerius et liberius quod mandamus, adjiciendo prompto affectu et effectu omnimode subven-

(a) In duobus codic., *Lenitudine* male.

tionis auxilium sicut liberaliter promisistis, qnia cum per Dei gratiam Ecclesia romana multis modis possit sibi consulere, nequaquam impntaretur eidem si assistentibus sibi libenter assistens adesse nolentibus non adesset.

Datum Perusii, VI kalendas julii, pontificatns nostri anno tertio.

Gregorius papa regi Franciae scribit quomodo Fridericus imperator pactum execrabile in Terra sancta cum Saracenis inierit, et postmodum Accon reversus se gesserit, eum exhortans ad vendicandam injuriam Salvatoris. Perusii, 18 julii.

(Inedit. saltem sub hac forma ex collect. Bibl. Paris., ann. III, n° 38. Hanc eamdem dnci Austriae directam edidit RAYNALD., *Annal. eccles.*, ad ann. § XXIII.)

Gregorius, etc., carissimo in Christo filio regi Francie illnstri salutem et apostolicam benedictionem. Inter alia flagitia quibus F. dictus imperator fidem nominis christiani confudit et prodidit, quatnor precipue notare debes alphabeto qnadruplici deploranda que per litteras venerabilis fratris nostri... Patriarche Ierosolymitani apostolice sedis legati nobis sunt fideliter intimata et in forma treuge inite cum paganis perpenduntur manifeste. Primum qnod arma christiane militie, gladii potestatem de altare beati Petri sumpti, ad vindictam malefactorum laudemque bonorum sibi a Christo per suum vicarium assignati, quo pacem Christi, fidem Ecclesie defenderet et muniret, Soldano Babylonie inimico fidei, adversario Jesu Christi, cultori perditi Machometi, impndentissime resignavit, denuntians ei nt de ipso faceret quidquid vellet et affirmans se nolle arma de cetero assumere contra ipsnm, quem ut impngnatorem fidei fideliter impugnaret, acceperat imperialis culminis dignitatem. Per qnod patenter arguitur qnod dignitati imperii ejnsque spontaneus renuntiavit honori, cum execntionem gladii contra hostes fidei pacto execrabili et inaudita presumptione remittens, potestatis et dignitatis sue se spoliavit officio, causa se privatum insinnans cujus effectu promisit et juravit se de cetero

cariturum : privilegium enim meruit amittere dignitatis qui concessa sibi abusus est potestate. Secundum magis execrabile et inauditi admiratione stuporis horrendum quod de templo Dei in quo Christus oblatus est et sedem sibi primam cathedralem constituit quando in medio doctorum sedit, audiens et respondens, ipsum impudenter et irreverenter ejecit et in sede sua Machometum perditum collocavit, cum doctrinam nefandam et legem ipsius in templo Dei predicari et clamari concedens silentium preconio evangelice veritatis imposuit (1), ejusdemque templi custodiam et septi ejus claves Sarracenis committens, nullum intrare statuit christianum nisi de altitudine templi primo examinatus suam pagano credulitatem (a) exponat. Per quod datur intelligi manifeste quod judicio Sarraceni relinquitur utrum debeat Dei templum ingredi christianus. Tertium est quod Antiochiam et Antiochenam provinciam, Tripolitanam etiam cum adjacentibus suis, castrum quod dicitur Crach, castellum Album et Margatum occupanda paganis exposuit quando ipsa a confederatione treguarum excepit. Immo si ea invadi contingeret a paganis non solum omne subsidium se denegaturum assensit, sed universos ferentes auxilium impedire et cohibere nefandissimo juramenti vinculo se astrinxit quasi non sufficiat inaudite tyrannidi et infidelitati damnate templum Dei hostium fidei subdere potestati et prophanari immunditiis paganorum ac Christum de sede sua turpiter ejecisse, nisi etiam primam sedem apostolorum principis, ejus vicarii, juramentum ei prestitum male servans exposuerit inimicis fidei christiane, manifeste protestans quod infidelis capiti non solum uni membro, sed toti corpori sit infidus. Quarto autem contra totum populum christianum apparet ipsius et paganorum confederatio manifesta ubi ita se damnabiliter obligavit quod omnes qui predictis inter se initis factionibus vellent quomodolibet obviare juramento tenetur suis expensis et exercitu

(a) Ap. Raynald., *Crudelitatem* male.

(1) Refert enim Ibn-Djouzy, ex unius imani testis relatione, imperatorem, die quo mesquitam Omari inspiciendam voluit, prohibuisse ne sacerdos quidam huc cum Evangelio in manu intrare paratus ostium ultra transiret, cum nullus christianus templum moslemicae legi dicatum speciali sine licentia deberet ingredi. Vid. Reinaud, *Biblioth. des Croisad.* t. IV, p. 432.

sno pro suis viribus debellare; ex quo constat quod si christianus exercitus ulcisci sui vellet injuriam Redemptoris et a templo Dei et a Terra sancta elimiuare spurcitias paganorum, patenter tenetur se opponere christianis. Numqnid super hiis non indignabitur zelus tuus aut impune Christus de regno suo et sede repellitur, et transactionem principis solo nomine christiani qua templum Dei conceditur Machometo religio christiana conniventibus ocnlis approbabit? Absit ut illius qui lese majestatis reus est particeps vel consors existas. Si reus est criminis hujus cujus ope vel dolo civitas hostibus vel provincia traditur, quanto magis ejusdem criminis reus est qui cum inimicis fidei christiane contra Regem celi et Imperatorem eternum ut thronus ejus ad adversarium transferatur, nefarias iniit factiones. Si secundum leges principum secularium hoc piaculare flagitium tam dura diraque pena mulctatur ut feratur ultio tam in actores sceleris quam in progeniem damnatorum, et ejusdem criminis noxius non solum honore sed vita privetur filiosque perpetua comitetur infamia ut ad nullum honorem nullaque prorsus perveniant sacramenta, ut mors sit eis solatium et vita in supplicium convertatur, quanta qualive pena est dignus qui in tot et tantis impie Dominum Dei filium Jesum Christum offendit, cum longe sit gravius eternam quam temporalem offendere majestatem. Quocirca serenitatem tuam rogamus et monemus in Domino per effusionem Christi sanguinis obsecrantes quatenus ad vindicandam injuriam Salvatoris nostri Dei taliter assurgas ut cum a nobis fueris requisitus paratum te inveniat Ecclesia mater tua ad exprobrandum opprobrium inimicorum crucis Christi et abolendam maculam tante infamie a gloria nominis christiani. Cum nuper die dominica post festum Apostolorum (1) super premissis recepissemus litteras patriarche, sequenti die sabbati alias ejusdem accepimus litteras in quibus inter alia perspeximus contineri quod postquam reversus est dictus F. a civitate Jerusalem, dictum patriarcham et fratres militie Templi obsidens in Accon quinque diebus cum hiis qui secum erant graviter impugnavit, intendens domos eorum bonis om-

(1) Festum scilicet apostolorum Petri et Pauli, 29 junii, die Veneris. Unde patet primam patriarchae epistolam Perusium advenisse 1° julii et secundam 7° ejusdem mensis.

nibus spoliare; sed cum Dominus conatum sue nequitie repressisset nec posset quod in animo gerebat efficere, balistas et cetera arma tam a carissimo in Christo filio nostro J. illustri rege Ierosolymitano quam ab aliis peregrinis pro defensione Terre sancte ibi relicta et longo tempore conservata ad navim suam fecit clanculo asportari, quorum partem secum deferens et reliquam Soldano et fidei inimico transmittens, destructis galeis que erant ad terre custodiam relinquende, in festo apostolorum Philippi et Jacobi clam fugit, summo diluculo civitatem egressus, et sic terram viris et viribus, armis et munimentis ceteris destitutam relinquens exposuit inimicis fidei occupandam.

Datum Perusii, decimo quinto kalendas augusti, pontificatus nostri anno tertio.

[In eumdem modum scriptum est... Rothomagensi archiepiscopo et suffraganeis ejus. — ... Senonensi archiepiscopo et suffraganeis ejus. — ... Remensi archiepiscopo et suffraganeis ejus. — ... Bituricensi archiepiscopo et suffraganeis ejus. — ... Burdegalensi archiepiscopo et suffraganeis ejus. — ... Turonensi archiepiscopo et suffraganeis ejus. — ... Ebredunensi archiepiscopo et suffraganeis ejus.]

Perusii, 23 julii.

Gregorius papa ad postulationem archiepiscopi Nicosiensis mandat archiepiscopo Caesariensi ut sententiam excommunicationis a patriarcha Hierosolymitano contra Fridericum imperatorem prolatam observari faciat.

(Inedit. ex Regest. Gregor., ann. III, nis 39 et 40; in collect. Bibl. Paris.)

Gregorius, etc., archiepiscopo Cesariensi, etc. Venerabilis frater noster Nycosiensis archiepiscopus a nobis humiliter postulavit ut excommunicationis sententiam quam pro eo venerabilis frater noster patriarcha Hierosolymitanus apostolice sedis legatus in Fredericum imperatorem exigente justitia promulgavit, firmitatem faceremus debitam obtinere. Ideoque fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatinus dictam excommu-

nicationis sententiam, sicut rationabile est prolatam, facias usque ad satisfactionem condignam auctoritate nostra, sublato appellationis obstaculo, firmiter observari.

Datum Perusii, X kalendas augusti, pontificatus nostri anno tertio.

Gregorius, etc., eidem, etc. Dilectus filius nobilis vir G. de Monteacuto crucesignatus a nobis humiliter postulavit ut excommunicationis sententiam quam pro eo, etc., *ut supra usque in finem.*

Fridericus, Romanorum imperator, homines civitatis Osimi et Recanati fideles suos sub protectione sua recipit, eisque omnia jura eorum et possessiones confirmat, sicut Raynaldus dux Spoleti eisdem illa conservare ex suo privilegio promisit. Baroli, julio.

(Edider. Martorelli, *Memor. histor. d'Osimo*, lib. II, p. 115. — Zacharia, *Excurs. litterarii per Italiam*, p. 266, n° VIII; ex cop. authent. in arch. secr. Auxim.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Si subditorum nostrorum grata servitia acceptamus ac eorum laboribus dignis beneficiis providemus, augetur in eis devotio fidei et tam ipsi quam ceteri ad nostra servitia ferventius animantur. Inde est quod nos attendentes fidei puritatem et grata satis ac accepta servitia que universi homines civitatis Auximi fideles nostri nobis et imperio semper et devote prestiterunt ac prestare poterunt in futurum, ipsos sub speciali protectione et defensione imperii recepimus, promittentes ipsos conservare in libertate et bono statu suo nec non civitatem ipsam cum omnibus justitiis et rationibus suis, videlicet comitatibus, districtu et jurisdictionibus et aliis ipsorum pertinentiis et honoribus, ac castrum Cinguli manutenere; villis etiam et ceteris de districtu eorum confirmamus et concedimus libertatem. Et si quod castrum vel villa ab aliquo vel aliquibus est detenta vel occupata, ea sine

diminutione aliqua ipsos volumus rehabere. Remittimus etiam eidem civitati et villis suis omne tributum collectas et datia, exceptis quinquaginta libris Ravennatibus et Anconensibus inter ipsam civitatem et villas suas annuatim nostre camere persolvendis. Item omnibus castris de ejus districtu remittimus predicta omnia, excepta pensione videlicet viginti sex denariorum pro foco singillatim camere nostre solvendis. Volumus insuper ut homines Racanati portum habeant, salvis promissionibus et pactis que de portu Racanati inter eosdem Auximanos et Racanatenses sunt inita et contracta. Ex abundantiori quoque gratia promittimus hominibus civitatis ejusdem quod non preficiemus eis vel eorum districtui aliquem marchionem in dominio vel signoria seu bajulum vel quemvis alium, remittentes eis omnem penam seu bannum que extorquere possemus ab hominibus civitatis predicte, occasione alicujus offense facte majestati nostre vel nunciis nostris ab eisdem Auximanis de destructione alicujus castri vel ville, nec exinde compellantur ad restitutionem alicui proinde faciendam; sicut hec omnia et alia Raynaldus dux Spoleti dilectus fidelis noster promisit et remisit eisdem ac in ejusdem ducis privilegio eis facto plenius continentur (1). Ad hujus autem concessionis et confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manus Stabilis de Cesena notarii et fidelis nostri fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt comes Henricus de Niffen (2), Raynaldus dux Spoleti, Riccardus Filanger marescallus, comes Gualterius et alii quam plures.

Acta sunt hec anno MCCXXIX, mense julii, secunda indictione, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore semper augusto, Hierusalem et Sicilie rege gloriosissimo, anno imperii ejus nono, regni Hierusalem quarto, regni vero Sicilie tricesimo secundo, feliciter. Amen.

Datum Baroli (3), anno, mense et indictione pretitulatis.

---

(1) Vide supra p. 113.

(2) Legitur in duobus, sed male : *de Ruffen*. Notandum quod nobilis iste nusquam usque nunc cum titulo comitis apparuerit.

(3) Haec civitas una cum Brundusio et Andria inter turbationes regni Friderico constanter

Fridericus, Romanorum imperator, Conrado et Gottofrido de Hohenloch fratribus, fidelibus suis, pro gratis eorum servitiis advocatiam de curia in Rotent concedit, scilicet duas partes advocatiae Conrado et tertiam partem Gottofrido. Baroli, Julio.

(Inedit. ex originali in archiv. Stuttgart., unde sigillum cereum in medio fractum et valde laesum ex filis sericis flavi et amaranthini coloris appendet.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum esse volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos pro gratis et acceptis servitiis que Conradus de Hohenloch et Gottofridus frater ejus, fideles nostri, majestati nostre hactenus exhibuerunt et que de bono in melius exhibere poterunt in futurum, de gratia liberalitatis nostre concedimus eidem Corrado et heredibus suis in perpetuum duas partes advocatie de curia in Rotent (a) ad nos et imperium pertinentes, et aliam terciam partem ejusdem advocatie memorato Gottofrido fratri ejusdem Corradi et heredibus ejus similiter duximus concedendam. Quare mandamus atque precipimus quatinus nullus sit qui dictos fideles nostros de eadem advo-

(a) Sic in originali. Legitur autem apud Boehmerum, Regest., p. 142, n° 653, *Retersheim.*

adhaesisse videtur. Caeterae autem Apuliae urbes praecipuae, videlicet Barum, Altamura, Rubum, Tranum, Foggia, Civitas, Troja, sive in rebellionem apertam sive in dubiam fidem devenerant; (de Foggia, vid. infra, p. 156, not. 1). Cum autem de recuperatione Apuliae chronica coaeva sileant et alia desint documenta, verisimile est imperatorem his duobus mensibus julio et augusto Baroli tamdiu fuisse moratum, ut istam regni partem ad suas leges reduceret, antequam ulterius progrederetur. Versus quosdam memoriae per aevum traditos et ab ipso Friderico, ut ferunt, ad laudandos fideles objurgandosque rebelles compositos in alio collegimus opere, cui titulus : *Recherches sur les monuments et l'histoire des Normands et de la maison de Souabe dans l'Italie méridionale*, p. 69-70.

catia impedire vel molestare presumat. Quod qui presumpserit nostram offendet majestatem. Ad hujus autem concessionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Hujus autem rei testes sunt Henricus de Niffen, comes de Monte Sancto (1), comes Berardus de Helfesteyn, Albertus de Niffen, Eberardus de Icheym (2), langravius de Luckimberg (3), Gebardus de Arnsteyn, burgravius de Dewin, Marcualdus de Wildre et alii quam plures.

Data Baroli, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense julii, secunde indictionis.

Baroli, augusto.

Fridericus, Romanorum imperator, domus hospitalis sanctae Mariae Theutonicorum in Jerusalem devotionem commendans ei concedit libertatem aquarum, herbarum et lignorum in regno Siciliae, tam in terris demanii sui quam baronum suorum, cum facultate omnia deferendi pro defensione fratrum domus ipsius nec non rerum et personarum.

(Inedit. ap. archiv. Reg. Neapolit., ex originali quod non inspeximus.)

Fridericus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Imperialis excellentie dignitas tunc altius titulos sue laudis exaltat et in fide mentes corroborat fidelium, cum benemeritis ecclesiasticis personis precipue beneficia liberaliter largitur, maxime cum per hec videtur quod pro terrenis eterna provida meditatione mereatur. Ea propter notum facimus universis tam presentibus quam futuris quod nos meditatione piissima attendentes qualiter sancta domus

(1) Scilicet Heiligenberg, in dioecesi Constantiae.

(2) Idem fortasse qui supra vocatur de Illereichen. (Vid. p. 78, not. 1.)

(3) Verisimiliter de Leuchtenberg.

hospitalis sancte Marie Theotonicorum in Jerusalem a divo quondam augusto domino imperatore Friderico avo nostro pietatis intuitu prolongata mnltiplices fructns prodiit laude dignos, et a domino quondam imperatore Henrico inclite recordationis patre nostro libertatibns premunita incrementnm suscepit spiritualiter et temporaliter Domino famulando, eterne retributionis intuitu et pro remedio animarum progenitorum nostrorum recolende memorie et pro nostre salutis ac glorie incremento ipsius domns favori et profectni intendentes, de liberali mnnificentia nostra, eidem sacre domui concedimns libertatem aquarum, herbarum et lignorum siccorum ac viridinm ubique in regno nostro, tam in terris nostri dominii quam comitnm et baronum nostrorum, pro nsu dicte domus et aliarum domorum domus ejnsdem et pro pascuis animalium domorum predictarum. Volumus etiam domum prefati hospitalis uberiori et speciali gratia pregaudere ut rectores et fratres ipsius hospitalis cum familia sua ad defensionem eorum, rerum et personarum suarum, per regnum nostrum predictum nbilibet deferant omnia. Statuentes et auctoritate presentis privilegii injungentes firmiter nniversis ne aliqnis memoratam domnm, fratres et confratres ipsins snpra predictis [in] aliquid molestare presumat. Quod si presnmpserit, in sue temeritatis vindictam centum libras anri pnri componat, medietatem camere nostre et aliam medietatem passis injuriam persoldam. Ad cnjus rei certam evidentiam et perpetuam firmitatem [presens privileginm] per manus Alberti de Cathana notarii et fidelis nostri scribi et sigillo majestatis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione snbscriptis.

Datum Baroli, anno dominice incarnationis millesimo dncentesimo vicesimo nono, mense augusti, secunde indictionis, imperii domini nostri Friderici, Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, erusalem et Sicilie regis anno nono, regni Jerusalem quarto, regni vero Sicilie tricesimo secundo, feliciter. Amen.

Baroli, augusto.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Landulfi de Aquino, cum et terram ejus de Grotta Minarda cum rationibus ad eamdem baroniam pertinentibus eximit a dominio et hominio comitatus Gesualdi et in suum dominium recipit.

(Memorat. ab Ammirato, *Famigl. nob. napol.*, p. 155, et a Campanile, *dell' insegne de' nobili*, p. 241.)

Datum Baroli (1), anno dominice incarnationis MCCXXIX, mense augusto, [indictione II.]

Canusii, [augusto.]

Fridericus, Romanorum imperator, Mattheo de Calvello [militi de Panormo] fideli suo terram Buscemi concedit et confirmat in perpetuum.

(Memorat. a Fr. Barone, *de Panormitana majestate*, lib. III, cap. xi, ap. Graevium, *Thes. antiq. sicil.*, XIII, 342, et ab Inveges, *Nobiliario viceregio, proem. ad Annal. Panorm.*, p. 60.)

Fridericus, etc. Attendentes puram fidem et devotionem sinceram quam

---

(1) « Quant li empereres se fu partis de Chipre, si ala tant que il vint a Brandis. La descendi et » harnescha ce que il avoit de gent et en pourchaça tant comme il en pot avoir et s'en ala a Barlete, et illuec atendi une piece et fist semondre partout ses hommes a pié et a cheval. Et » quant il les ot assamblez, si mut pour aler vers l'ost du pape qui estoit au siege devant Caias, » un chastel qui est pres de Capes. Ensi comme ses [gens] vindrent a Foges et il se commen- » cerent a herbergier, mellée sourt entreaus de ceus de la vile et des Alemans, si que cil de la » vile en ocirent partie et les autres chacerent hors et clorent les portes, dont il convint l'em- » peraor et son ost herbergier a Saint-Lorens : ce est un bourc prez de Foges. » *Contin. Guill. Tyr. ex cod. inedit.* 8316, fol. 395 verso.

Mattheus de Calvello fidelis noster erga nos semper acceptis servitiis ex mandatis nostris dudum exhibuit et exhibet incessanter, de munificentie nostre gratia concedimus et confirmamus sibi et heredibus suis in perpetuum terram Buxemi, etc.

Datum apud Camusium (1), [anno] MCCXXIX.

Gregorius papa in Fridericum Romanorum imperatorem, cujus injurias Ecclesiae Romanae illatas recenset, sententiam excommunicationis et interdicti renovat, omnesque et praecipue homines regni a juramento fidelitatis quo ei tenentur denuntiat absolutos, similiter excommunicans Raynaldum et Bertholdum filios quondam Conradi ducis Spoleti, necnon et quosdam cives romanos cum castellano sancti Miniati. [Perusii, augusto]

(Edid. Rainald., *Annal. ecclet.*, ad ann. 1229, § xxxvii et seqq., qui notas chronologicas deficientes supplet ut sequitur : « Praemissa est haec anathematis forma » n° 47, [scilicet] epistolae ad Lucanum episcopum datae, quae XIII kalendas » septembris (20 aug.) consignata est. » Ex documento longiore quae ad rem nostram pertinent tantummodo exprimimus, coll. Regest. Bibl. Paris, ann. III, n° 46.)

. . . . Excommunicamus et anathematizamus ex parte Dei omnipotentis Patris et Filii et Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum apostolorum Petri et Pauli ac nostra, Fridericum dictum impe-

---

(1) Non dubitandum quin ita legendum sit : *Datum apud Canusium [mense augusto]*, quum locus et mensis optime itineri conveniant. Idem iste Matthaeus de Calvello aliud privilegium a Rainaldo duce Spoletano obtinuerat, quod scriptores iidem memorant ut sequitur : « Rainaldus » Dei et imperiali gratia dux Spoleti, etc., concedimus ei [scilicet Mattheo de Calvello civi Pa- » normi] et heredibus suis in perpetuum feudum unum militis tam in Goracio quam Bubellino et » pertinentiis suis... Datum apud Ripam Crefonis (*legendum* Transonis), ann. 1229, imperante » domino nostro Friderico, etc. » Fortasse mense martio, sicut in privilegio supra relato, p. 113.

ratorem pro eo quod contra sententiam excommunicationis a venerabili fratre... Albanensi episcopo et Gualone bone memorie quondam tituli sancti Martini (*a*) presbytero cardinale de voluntate et assensu suo auctoritate apostolice sedis latam, ad terminum quem sibi prefixit non transfretavit sicut promisit, nec promissum numerum militum suis expensis pro subsidio Terre sancte misit vel tenuit, nec in Terram sanctam promissam pecuniam statutis ab ipso terminis destinavit. Item pro eo qnod archiepiscopum Tarentinum ad sedem propriam et populum suum accedere non permittit, et quia Templarios et Hospitalarios bonis mobilibns et immobilibus que habebant in regno spoliavit, et quia compositionem factam inter ipsum et comitem Celanensem ac Raynaldum de Aversa pro cujus observatione Ecclesia Romana ad ejus instantiam fidejussit servare contempsit, et quod comitem Rogerium crucesignatum sub protectione apostolice sedis receptum comitatn et terris suis penitus spoliavit, ac ejus filium in captivitate detentum ad mandatnm apostolicnm sepius iteratum restituere nou curavit. Item excommunicamns eum et anathematizamus pro eo quod ab oppressiouibns et spoliationibus ecclesiarum et persouarum ecclesiasticarum et couculcatioue ecclesiastice libertatis monitus non destitit. Item excommunicamus eum et anathematizamus pro eo quod ab oppressione pupillorum, orphanorum et viduarum seu nobilium et aliorum hominum regni vel destructione ejusdem, quod ad romanam Ecclesiam specialiter noscitur pertinere, pro quo Ecclesie romane juramentnm fidelitatis exhibuit et homagium prestitit, monitus nou cessavit. Item quia contempta excommunicatione ad mandatum apostolicum non rediit, omnes qni sunt ei juramento fidelitatis adstricti et specialiter homines regni a juramento qno sibi tenentur denuntiavimus et denuntiamus absolutos, quia Deo et sanctis ejus adversanti atque ejus precepta calcauti nulli fidelitatem servare tenentur. Preterea civitates, castra et alia omnia loca ad que ipse pervenerit ecclesiastico snpponimns interdicto ut quamdiu presens fuerit ibidem nulla divina officia celebreutur, officio beneficioque privantes omnes cujuscnmque professionis vel ordinis qui ei,

(*a*) Ap. Raynald., *Sancti Marci* male. Vid. ad ann. 1225, mense julio.

postquam denuntiatus fuit excommunicatus a nobis, divina ausu temerario celebrarunt vel antequam ad mandatum Ecclesie redeat de cetero celebrabunt.

Item excommunicamus et anathematizamus Raynaldum filium quondam Conradi ducis Spoleti pro eo quod occupavit et occupat patrimonium Ecclesie in Marchia et alibi, et omnes et singulos cujus vel quorum auctoritate, auxilio, consilio vel favore talia fecit vel facit vel faciet in futurum. Item civitates, castra et alia loca omnia ad que idem Raynaldus pervenerit, quamdiu ipse ibidem presens fuerit, ecclesiastico subjaceant interdicto.

Item excommunicamus et anathematizamus Bertoldum filium quondam Conradi ducis Spoleti pro eo quod castra sancti Quirici occupavit et detinet occupata et terram Ecclesie romane invadit hostiliter et molestat, et omnes qui in hoc ei prestant auxilium vel favorem (1).

Item excommunicamus et anathematizamus Egidium de Palumbaria et Nicolaum de Arcione et Petrum Gregorii Pagure cives romanos, pro eo quod Friderico dicto imperatori et Raynaldo ac Bertholdo filiis quondam ducis Conradi contra romanam Ecclesiam prestiterunt et prestant consilium, auxilium et favorem.

. . . . Item excommunicamus et anathematizamus omnes illos qui ad apostolicam sedem euntes vel redeuntes capiunt, spoliant vel detinere presumunt, et nominatim Castellanum de sancto Miniato quia multos venientes ad sedem apostolicam spoliavit. . . . .

Gregorius papa populos per Amiternum et Furconem constitutos ad demanium Ecclesiae revocat et locum Acculi sive Acculae ad Perusii, 7 septembris.

(1) Quae quidem excommunicatio renovata etiam fuit contra Raynaldum et Bertholdum die Jovis sancti ann. 1230 (4 april.) Cf. Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.*

construendam civitatem eis concedit sub certis conditionibus ibidem expressis.

(Inedit. ex Regest. Gregor. ann. III, n° 53, in collect. Bibliot. Paris.)

Gregorius, etc., nniversis populis per Amiternnm et Fnrconem constitutis ac in fidelitate et devotione sedis apostolice consistentibus, etc. Dilecti filii, nobilis vir Lncas de Preturo, Simeon prepositns sancti Justini, presbiter Johannes Stephani, Gualterius Raynaldi, J. de Petro, B. de sancto Palumbo et alii nuntii vestri ad sedem apostolicam venientes lamentati sunt lacrymabiliter coram nobis exponendo tribulationes innumeras et amaritndines infinitas quibus hactenus F. dictus imperator Dei et Ecclesie inimicns per ministros suos immaniter vos afflixit, qni preter rapinam bonorum vestrorum in quibus prodigaliter debacchantes et crassantes iniqne vix vobis victum tenuem relinquebant, preter angarias et perangarias quibus vos opprimebant non sicut liberos sed ut servos, preter lndibria et verbera quibus vos afficere pro modico repntabant, personas vestras tam clericorum quam laicorum, Dei timore postposito et Ecclesie reverentia vilipensa, multipliciter cruciarunt, alios suspendendo, alios excecando, aliis aliter interemptis et aliis aliter mntilatis. Quare dicti nnntii ex parte vestra nobis cum snmma instantia supplicarunt obsecrantes et adjurantes per nomen Domini Jesu Christi ut cum vos et terras vestras de jure ac proprietate romane Ecclesie constet esse (1) et pateat quod dictus F. fendatarius feudo taliter abutendo eo privari meruerit, qnanquam sit ex aliis causis ipso jnre privatns, angustiis vestris debito compatientes affectu ne sanguis vester de nostris manibus a Domino reqniratur, ad liberationem vestram intendere dignaremnr, vos ad demanium Ecclesie revocando et locum Accnli (2) ad construendam civitatem vobis

---

(1) Praeter jus suum generale super regnum universum, si tamen insulam Siciliam excipias, aliud speciale sibi romana Ecclesia vendicabat super comitatus Amiterni et Furconis ex donationibus Ottonis primi ann. 962 et Henrici secundi ann. 1014. *Cf.* GIUSTINIANI, *Dizion. geograf. del regn. di Nap.*, t. I, p. 232-233 ad verb. *Aquila.*

(2) Adest de re eadem alia ad episcopum Furconensem epistola, quae ita sonat : « Cum tue

de speciali gratia concedendo, presertim cum vos provide attendentes quod in hujusmodi novitate vobis adesse sine sumptibus non possemus, parati sitis nobis decem millia unciarum auri persolvere, quinque millia videlicet infra decem dies postquam ad vos iidem nuntii revertentur, reliqua vero quinque millia terminis quos vobis duxerimus statuendos; et pro construenda munitione et edificandis palatiis ad opus nostrum mille auri uncias conferre velitis et sufficienter ministrare calcem, lapides et arenam, soluturi Ecclesie romane pro censu centum auri uncias annuatim. Medietatem quoque placitorum et sanguinis, forisfacture et aliorum bannorum omnium balivo curie nostre dabitis in minutam, et cum de eligendo consules vel potestatem concordes fueritis, nos et successores nostros humiliter requiretis ut si de fidelibus Ecclesie fuerint, vobis sine difficultate aliqua ipsos concedant eligere. Pro premissis autem omnibus observandis juratoriam, fidejussoriam et obsidum secundum arbitrium nuntii nostri prestabitis cautionem. Nos igitur, vestris tribulationibus non sine amaritudine plurima intellectis, nequeuntes tantam vestram non misereri miseriam, de consilio fratrum nostrorum, vobis in fidelitate ac devotione sedis apostolice persistentibus et promissa servantibus concedimus postulata, dilectum filium Paudulfum subdiaconum et capellanum nostrum, virum utique fidelem providum et honestum, ad hoc specialiter deputando. Ne igitur a vobis aliquid de contingentibus omittatur, universitatem vestram monemus attente per apostolica scripta mandantes quatenus premissa omnia studentes fideliter observare tempus nunc acceptabile preterire non patiamini otiosum, sed opus incipientes viriliter et potenter ad consummationem ejus felicem totis affectibus et viribus intendatis. Nos enim ita vos prosequi gratia et favore proponimus quod civitas

---

» discretionis arbitrio commiserimus ordinationem civitatis constituende apud Acculam et ut » damnum quod per hoc continget incurrere homines regionis illius per competens valeas ex- » cambium compensare, fraternitati tue districte precipiendo mandamus quatenus ad neutrius » facti consummationem procedas, nisi prius nostro consilio requisito. Dat. Perusii, VI kalen- » das augusti (27 julii), pontificatus nostri ann. III. » Istae duae Gregorii epistolae fugerunt omnino omnes qui de fundatione civitatis Aquilæ disserere conati sunt.

vestra perpetuo letetur honore et memoriale vestrum fiat in generationibus gloriosum.

Datum Perusii, VII idus septembris, pontificatus nostri anno tertio.

Capuae, Neapoli, Capuae, Calvi, Sanctae Mariae de Ferraria, septembri.

Imperator cum fortunato crucesignatorum exercitu venit Capuam mense septembris et ab ista parte Capue Saracenorum cuneos ordinavit, seque Neapolim contulit, aeris et gentis a civibus auxilium petiturus... Capuam rediens movet exinde castra sua et veniens Calvum ubi nonnulli de papali exercitu convenerant ad defensam, illam fecit undique impugnari et tunc captos quosdam de Campania suspendi jubet et tandem Calvum recipit ad mandatum et fidelitatem suam. Indeque non obstantibus hostibus per Riardum habens transitum ad Sanctam Mariam de Ferraria venit indemnis, ubi per triduum moram faciens Vairanum recipit, Alifiam et Venafrum, et totam terram filiorum Pandulphi (1). RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

---

(1) Huic narrationi addendum est fragmentum unum anonymi supra laudati p. 156, not. 1, qui rerum a Friderico gestarum hic et alibi se plane certum exhibet : « Et d'illuec (a Sancto Laurentio juxta Foggiam) mut et chevaucha tant que il vint a Capes. Le jour que il fut venu, li rois » Jehan et li quens Thomas de Thalan (sc. de Celano) et li chardonnal o tout l'ost du pape » se partirent du siege de Caias et ardrent lor engins et s'en alerent a Alif et d'illuec à Tiane » (Teanum). Quant li empereres ot este a Capes X jours, si s'en parti et ala a un chastel qui a » nom Cave (Calvum) et n'i fu que III jours et au quart si fu rendus; et d'illuec s'en passa au » plain de Ferrare. Si tost comme li empereres fu passez en ce plain, li oz du pape se parti » de Tiane et s'en ala a Saint-Germain. Quant les gens dou pais virent que li oz du pape avoit » guerpi la place et s'en aloit devant l'emperaor, si vindrent a merci et se rendirent a lui, euz » et lor terres. Si que il recouvra dedens IIII jours que citez que chastiaus plus de II cens qui » l'avoient guerpi, et lors se parti d'illuec et s'en ala a Saint-Germain. Ensi comme il entra en » la vile de l'une part et li olz dou pape s'en issi de l'autre, et ne s'arresterent jusques il vindrent a Rome, et la se parti li olz, et s'en ala en France li rois Jehan. » *Contin. Guill. Tyrens., ex cod. inedit.* 8316, *fol.* 395 verso-396 rect.

Fridericus, Romanorum imperator, scribit fidelibus suis Siciliæ super deditione Sancti Germani. [Exeunte septembri.]

(Edit. ap. Petr. de Vineis, *Epist.*, lib. II, cap. xliii. Coll. cum Cod. Bibl. Paris. 202 *Fonds Notre-Dame*. Notandum tamen hanc epistolam quoque rebus a rege Conrado gestis satis bene convenire; quod si potius videretur, ad ann. 1252, mense augusto, reponenda foret.)

[Fridericus, etc.] Nuper dum terra Sancti Germani, temere dudum montis Cassini et Rocce Janule (a) munitionibus occupatis, contra majestatis nostre potentiam rebellionis calcaneum erigere presumpsisset, ad ipsius expugnationem victricia signa nostra direximus, et ante portam ipsius fiximus castra nostra; que dum sic videret felicibus exercitus nostri viribus potenter obsessam esse, quod de omnis defensionis suffragio desperabat, volens misericordiam petere potius quam judicium expectare, ad pedes nostre majestatis necessario se prostravit, munitionibus ipsis, personis et rebus eorum omnibus in nostris manibus resignatis (1). Nos autem, qui potius misereri volumus quam ulcisci, ad multa eorum humi-

(a) In impresso, *Roche Loare* male.

(1) Rem ita narrat Riccardus de S. Germano: « (Mense septembri) Pelagius Albanensis episcopus et rex quondam Hierosolymitanus... cum toto exercitu... celeri fuga petierunt Sanctum Germanum. Illis diebus homines Sancti Germani timentes ne papalis exercitus aut imperiali cederet aut victus succumberet, supellectilem suam et quaeque pretiosa ad loca transtulerant tutiora. Tunc per biduum in Sancto Germano moram protrahens papalis exercitus frumento, vino et aliis necessariis munire Roccam Janulae et Cassinense monasterium cogitabat. Sed accelaratus per nuntios Sancti Germani ad terram ipsam properat imperator, moxque papalis exercitus dissolutus, de Sancto Germano exiens, gressu praepete in Campaniam est reversus. Et tunc metus causa qui in Cassino statuti fuerant et in Rocca Janulae servientes, dimissis ipsis munitionibus, recesserunt. Sed in Cassino se recipiens Albanensis episcopus redire ad monasterium milites et servientes coegit. » Monasterium autem ab imperialibus copiis frustra obsessum non ante mensem decembrem redditum est.

litatis et devotionis indicia (a) clementer eis indulsimus, et supplices recepimus in gratie nostre sinum, procedentes aliunde cum victorioso exercitu nostro ad aliorum nostrorum rebellium reliquias conterendas. Quod devotioni vestre significamus ad gaudium, ut de presentis successus prosperitate nobiscum colletemini, firmam spem certamque fiduciam assumentes quod dante Domino majoris leticie vos in proximo participes faciemus.

Perusii, 30 septembris.

Gregorius papa Parisiensi episcopo mandat ut ad se personaliter veniat cum congruo bellatorum apparatu, seu mittere ad Ecclesiam romanam sine mora procuret.

(Inedit. ex Regest. Gregor., ann. III, n° 65, in Collect. Bibl. Paris. Memorat. autem ap. Raynald., *Annal. eccles.*, ad ann. 1229, § XXXVI.)

Gregorius, etc., venerabili fratri... Parisiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum caritas non querens que sua sunt nichil humanum a se reputet alienum, quisque caritatis amator merito potest proprium extimare quidquid imminet Ecclesie generali, nec debet proprio parcere ubi periculo potest obviare communi, ne universali utilitati videatur preferre privatam. Sane romana Ecclesia in tali nunc est articulo constituta quod ad duorum alterum videtur adducta, videlicet aut se aut universalem Ecclesiam, fidelium fulta subsidio, auxiliante Domino, tueatur, aut se cum omnibus membris suis, quod absit, conculcari permittat et patiatur seve subjici servituti, F. dicto imperatore contra Deum et Ecclesiam fraudes... (b) negotio miserabiliter Terre sancte confuso et vires cum Sarracenis et aliis infidelibus impie moliente. Quare videntes et dolentes quod ipsius F. iniqua superbia et superba iniquitas semper ascendit nisi

(a) In impresso, *judicia* male.
(b) Deest ibi aliquid in codice.

obice justitie reprimatur, ipsius conatibus dignum duximus obviare ne qui in iram provocat exaltetur. De tua itaque sinceritate plenam in Domino fiduciam obtinentes, fraternitatem tuam rogamus monemus et hortamur attente per apostolica scripta in virtute obedientie et sub debito juramenti districte precipiendo mandantes ac in remissionem peccaminum tam tuorum quam eorum qui in obsequium Ecclesie venerint injungentes quatenus, sicut divinam et nostram gratiam caram habes, memor quod in necessitate necessitudo probatur, ad nos personaliter venire cum congruo exfortio bellatorum vel mittere sine dispendio more procures, Ecclesie romane ita ex animo serviturus quod ex debito meritum tibi compares et nos devotionem tuam dignis debeamus prosequi retributionibus gratiarum.

Datum Perusii, secundo kalendas octobris, anno tertio (1).

Encyclica Friderici Romanorum imperatoris fidelibus suis in Lombardia directa qua eis nuntiat se de partibus ultramarinis prospere regressum jam fugasse hostes qui regnum suum invaserant, monetque ut ad se cum armis et equis festinanter veniant. Apud Sanctum Germanum, 5 octobris.

(Edider. RICCARDUS DE S. GERM. *Chron. ad ann.*, ap. GATTULAM, *Histor. Cass.*, t. IV, cujus editio Ughelliana et Muratoriana potior est.— PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, p. 265, ex originali in Archiv. Cassin.)

---

(1) Duobus antea diebus, in eumdem fere modum, paulo tamen longius, scripserat Gregorius archiepiscopo Lugdunensi (ibid. nº 64) et verisimiliter caeteris Franciae praelatis, inter quos Belvacensis episcopus hoc anno ad curiam romanam accessit : « Li apostole manda en France » con le secorust. L'Evesque de Biauvés i ala et grant chevalerie avec.» *Contin. Guill. Tyrens.* p. 424. Subsidia itidem petiit papa in Anglia quo Stephanum capellanum suum ad colligendas decimas misit, et etiam in Hispania. Superest epistola Petro, infanti Portugaliae, directa sub cujus fine legitur : « Injungimus quatenus juxta quod liberaliter obtulisti cum equitum multitu- » dine ad sponse Christi subsidium quantocius properes militaturus Domino sub beato Petro » exercitus ejus duce. Dat. Perusii, II nonas junii, ann. III (4 junii). »

Fridericus, etc., potestatibus, consulibus, et consilio civitatum Lombardie, fidelibus suis, etc. Ut de nostrorum felicitate successuum certa vos nova letificent, vestris duximus desideriis presentibus intimandum quod nos de ultramarinis partibus prospere per Dei gratiam redeuntes, de inimicis nostris qui regnum nostrum invaserant feliciter triumphavimus, dum audientes nos contra eos in manu valida et potenti venturos, non expectatis aut expertis viribus nostris, in Campanie finibus fuge sibi presidium elegerunt, sicque Domino cooperante et nos comitante justitia que de celo prospexit, quod ipsi de regno nostro nobis absentibus per anni dimidium occupaverant nos brevi dierum spatio recuperavimus et revocavimus ad demanium et dominium nostrum. Volentes igitur imperii et regni nostri quietem et pacem cum consilio vestro disponere ac in Theutoniam e vestigio properare, fidelitatem vestram monemus et hortamur attentius firmiter ac districte precipiendo mandantes quatinus, hiis receptis litteris, in equis et armis decenter armati vestrum ad nos festinetis accessum, quoniam nos universis et singulis pro sui qualitate servitii curabimus respondere.

Datum apud Sanctum Germanum, III nonas octobris (1), III indictione.

Versus Aquinum, 21 octobris.

Imperator a Sancto Thoma movens castra sua XIV mensis octobris, pluvia ingruente, reversus est ad Sanctum Germanum ibique per dies septem moram faciens inde digressus est, iter faciens versus Aquinum; suas orbis principibus dirigens excusatorias super facto Terrae sanctae, super quo ipsum falso detulerat patriarcha Hierosolymitanus ad dominum papam, quod cum Soldano treuguas firmaverit in ignominiam nominis christiani; super quo testimonium

(1) Eodem ipso die, nisi sit aliqua menda in editionibus Riccardi de S. Germ., imperator apud Sanctum Thomam de Strata castra ponens villam Pedemontis, quae dicitur Sanctae Luciae, suis dedit in direptionem et praedam. *Ibid. ad ann.*

invocat venerabilium Wintoniensis et Cicestrensis (*a*) episcoporum, magistrorum domus Sancti Johannis et Theutonicorum, marescalchi domus hospitalis et fratris Aymarii, fratrum quoque praedicatorum qui treuguis initis interfuerant. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

Fridericus, Romanorum imperator, Pagano Pactensi episcopo et Ecclesiae ejus omnia quae tenent et possident confirmat. In castris ante Sorellam, octobri.

(Memorat. ap. PIRRUM, *Sicil. sacr.*, tom. II, p. 777, qui tantummodo fragmentum et notas chronologicas exhibet, ut sequitur:)

. . . .

. . . . . [Paganus venerabilis Pactensis episcopus] nostre majestati humiliter supplicavit ut villas, casalia, possessiones et omnia que Pactensis Ecclesia a tempore comitis Rogerii, regum Guillelmi primi et secundi, predecessorum nostrorum recolende memorie, usque ad hec tempora felicitatis nostre tenuit et possedit, nunc etiam tenet et possidet, nec non et privilegia ipsi Ecclesie ab eisdem predecessoribus aut a progenitoribus nostris divis angustis indulta sibi et Ecclesie supradicte confirmare de nostra gratia dignaremur; nos. . . . .
confirmamus. . . . .

. . . .

Datum in castris ante Socellam (*b*), anno dominice incarnationis MCCXXIX, mense octobris, III indictionis, imperii [domini nostri Friderici, etc.] anno IX, regni Jerusalem anno IV, regni Sicilie anno XXXII.

(*a*) Legendum autem: *Exoniensis* (*Exeter*). Cf. supra p. 77 et p. 109.

(*b*) Sic in impresso; sed mendose, cum evidenter legendum sit *Sorellam*. Cf. infra, p. 168, not. 1 in fine.

In castris ante Soram combustam, 31 octobris.

Fridericus, Romanorum imperator, pro fide quam abbas et conventus Cavensis majestati suae servaverunt, ipsos cum bonis universis sub protectione sua suscipit, mandatque omnibus ne ullus praedictum conventum temere molestare praesumat.

(Ineditum in archiv. monast. Cavens. ex origin. cujus sigillum periit. Servantur autem ejus transumpta authentica in Pergam. ibid. arm. M. 20 et in copiali libro, scilicet Dictionario, fol. 140.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, justitiariis, camerariis, castellanis, bajulis et universis per regnum Sicilie constitutis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Cum Cavense monasterium reputemus cameram specialem, et venerabilis abbatis ac monachorum vita laudabilis et conversatio sancta ibidem Deo famulantium serenitati nostre grata resideat et accepta, tanquam eorum qui majestati nostre servaverunt illesam sue fidei puritatem, propter quod ipsum abbatem, monachos et homines ipsius monasterii cum possessionibus, animalibus et universis mobilibus eorumdem sub speciali protectione culminis nostri recipimus et habemus, universis et singulis vestrum firmiter precipiendo mandamus quatenus nullus sit qui jam dictum abbatem, monachos et homines monasterii memorati in prenominatis possessionibus, animalibus et aliis rebus suis, morando, eundo et redeundo ubique per regnum nostrum, temere molestare seu perturbare presumat; quod qui presumpserit, indignationem nostram se noverit incursurum.

Datum in castris ante Soram combustam (1), ultimo octobris, III indictionis.

(1) Suessanorum deditionem ad interventum judicis Taddei, concesso eis privilegio, Fridericus hoc eodem mense acceperat. Sorani autem comitem Acerrarum ad se missum ut ipsos

---

Gregorius papa rectoribus societatis Lombardiae scriptum quoddam a Friderico Romanorum imperatore de tractatu pacis ineundo sibi destinatum mittit, ut ipsorum intellecto consilio procedat sicut expedire viderit. Perusii, 10 novembris.

(Inedit. ex Regest. Gregor. IX, ann. III, n° 75, in Bibliot. S. T. Phillipps ap. Middlehill. Coll. cum collect. Bibl. Paris.)

Gregorius, etc., rectoribus societatis Lombardie, etc. Sepe a Friderico dicto imperatore cum instantia requisiti ut recipiamus eum ad mandatum Ecclesie redire paratum, quoddam scriptum ex parte sua nobis oblatum inspeximus diligenter; et quia de fide ac devotione vestra indubitatam fiduciam obtinentes, vos intendimus tanquam speciales filios honorare, scriptum ipsum ad vos duximus transmittendum ut vestro intellecto consilio, secundum honorem Dei et Ecclesie pacemque suorum, procedamus in facto sicut viderimus expedire. Ideoque discretionem vestram rogamus et monemus attente per apostolica scripta mandantes quatenus, eo perspicaciter intellecto nobis vestrum consilium intimetis, scituri pro certo quod Ecclesia mater vestra nunquam vos deseret, sed in omni statu quieti et paci vestre, sicut sue, studebit utiliter providere.

Datum Perusii, IV idus novembris, pontificatus nostri anno tercio.

---

quoque reciperet admittere noluerunt. Quapropter « Imperator de Aquino Soram se contulit » quam suis, licet imparem, viribus renitentem vi cepit IV stante (sc. exeunte) octobri, in » festo apostolorum Simonis et Judae (28 octobr.). Et facta est cibus ignis, Campanis militibus » qui ad civitatis ipsius defensam congregati fuerant in Campaniam fugientibus per montana, » nonnullis civium igne ferroque peremptis..... Arx tamen Sorellae se ad opus tenet domini » papae. » Ricc. de S. Germ., *Chron. ad ann.*

Apud Aquinum, 11 novembris; apud S. Germanum, 27 novembris.

Imperator mense novembris per insulam filiorum Petri redit Aquinum ubi diem festum celebrat beati Martini. Magister domus Alemannorum a papa rediens laetos ad imperatorem rumores defert de compositione inter papam et ipsum, idemque domino Thomae de Capua tituli Sanctae Sabinae presbytero cardinali obviam in Campania vadit, cum quo ad imperatorem venit Aquinum cum forma concordie, quarto stante mensis novembris; et eodem die cum ipso cardinale se contulit (*a*) apud Sanctum Germanum. Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.*

Capuae, decembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Conrado de Hohenloch fideli suo pro gratis ejus servitiis in perpetuum concedit et donat comitatum Molisii cum omni honore, tenimentis et pertinentiis.

(Edid. Hansselmann, *Landeshohesgeschicht*, t. I, p. 395, ex origin. in archiv. domus Hohenlohe.)

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Inter cetera que cesareas utilitates respiciunt et augustale nomen extollunt primatum obtinet fidelium devotionem attendere ac ipsorum grata servitia liberalis munificentie provisione pensare. Hinc enim suum consequitur nomen liberalitatis effectum dum quod uni providetur ob meritum, trahit ad devotius obsequium alios per exemplum. Ea propter notum esse volumus universis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris quod nos attendentes fidem puram et devotionem sinceram

(*a*) Subauditur imperator.

necnon et grata satis et accepta servitia qne Conradus de Hoenloch dilectus fidelis noster semper exhibuit celsitudini nostre et qne de bono in melins exhibere poterit in futurum, de innata mnnificentie nostre gratia qua bene meritos et fideles nostros consuevimns prevenire, concedimus et donamus sibi et suis heredibus in perpetnum comitatum Molisii cum omni honore, jnstis tenimentis et pertinentiis snis, sicut alii comites tempore regis Guillelmi felicis memorie consobrini nostri comitatum ipsum tennisse et possedisse noscnntur tam in demanio quam in servitio, videlicet quod in demanio in demaninm et quod in servitio in servitium, salvo servitio quod inde curie nostre debetur. De speciali quoqne gratia celsitudinis nostre qua dicto comiti ad merita respondemns, clausnlam illam salvo mandato et ordinatione nostra que in aliis privilegiis consuevit apponi presenti privilegio jussimus non inscribi. Ad hnjus itaqne concessionis et donationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manus Procopii de Matera notarii et fidelis nostri fieri et sigillo majestatis nostre jussimus commnniri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Capne (1), anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, mense decembri, tertie indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus decimo, regni Jerusalem qninto, regni vero Sicilie tricesimo secundo, feliciter. Amen.

---

(1) « Imperator contendit Capuam ubi cum ingenti gaudio natale Domini celebrat: et tunc » multos de Sora qui captivi tenebantur ibidem suae reddidit libertati. » Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.*

ANNO 1230. — INDICTIONE 3.

Melfiae, januario. [Mense januarii] imperator de Capua se movens versus Apuliam apud Melfiam vadit ubi ad eum vadunt Reginus archiepiscopus et dictus Theutonicorum magister a romana curia redeuntes; qui et iterum missi a Cesare ad papam vadunt.

Precinae, februario. Mense februarii Reginus archiepiscopus et magister domus Theutonicorum ab urbe (1) ad Cesarem revertuntur quem apud Precinam inveniunt. Eodem mense quidam magister Guillelmus de Capua imperatoris notarius venit ad Sanctum Germanum cum litteris imperialibus ut si quis esset vel esse vellet in apparatu militari ad servitium imperatoris, ipse imperator immunem eum ab omni servitio faceret et de armis et equis suis esset ad reditum suum. Riccard. de S. Germ., *Chronic. ad ann.*

...... februario. Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Johannis abbatis monasterii Sanctae Mariae Montis Virginis diversas concessiones a pluribus nobilibus factas ibidemque expressas ei et monasterio ejus cum libertatibus et immunitatibus confirmat.

(1) Romam hoc ipso mense a Perusio redierat Gregorius, a senatu populoque romano revocatus et cum ingenti gaudio receptus. Cf. *Vit. Gregor. IX* ap. Muratori, *Script.*, t. III, p. 578.

(Inedit. ex archiv. monast. Montis Virginis, in Regest. Jannuzii fol. 99 v° et 100 r° cum hac nota : *Questo privilegio è talmente consumato e stracciato che è un vituperio a vederlo.* Indicatur quoque in indice generali, t. I, fol. 387, sub numero 64. At ista pergamena cum isto numero nunc in octavo instrumentorum volumine desideratur.)

Fridericns, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Etsi omnia cadnca sint hominnm et tempora diuturnitate labantur, sunt tamen ex hominibus aliqua perpetue stabilitati connexa que. . . . . funiculum inter homines ampliantur, tnnc precipne cum loca venerabilia in quibus placens domino religio militat imperialis protectionis favoribus muniuntur. Juxta eam igitnr quam. . . . . gerere tenemur sollicitudinem, per presens privileginm notum facimus universis fidelibus nostris tam presentibus quam futuris quod Johannes venerabilis abbas et conventus monasterii Sancte Marie Montis Virginis, fideles nostri, missis duobus de fratribus suis ad cnriam nostram, altitudini nostre humiliter intimarunt qualiter quondam Riccardus dominus terre Vici et Sebasta uxor sua cum Rogerio et Roberto filiis suis obtulerunt, donaverunt, concesserunt et tradiderunt ipsi monasterio Saucte Marie Montis Virginis ecclesiam unam suam vocabnlo Sancti Joannis de Aquaria existentem in territorio ejusdem terre Vici et casale quod dicitnr de Aquaria constructum juxta eamdem ecclesiam cum omnibus hominibns ibidem permanentibus et in futnrum undecumque congregandis ibidem, ac universas possessiones, molendina, valcatoria, jnra, redditus, fraunchisias, libertates et pertinentias ejnsdem. . . . . hominnm et casalis, prout in instrumentis pnblicis ipsi monasterio ab eisdem confectis exinde plenius continetur : que bona omnia monasterium tenet et possidet in presenti; unde majestati nostre devote supplicarnnt ut predictam oblationem, donationem, concessionem et traditionem ratam et gratam habere et ea omnia, prout superius sunt expressa, concedere et confirmare eidem monasterio de nostra gratia perpetuo dignaremnr. Nos itaque attendentes bonestam vitam et eornm landabilem conversationem nec non. . . . . quibus in con-

spectu Dei et hominum prefatus abbas et fratres sui in predicto monasterio domino militantes se reddere satagunt non ingratos, supplicationes suas clementer admittimus ut nostre gratie. . . . . videatur, et ob reverentiam beatissime Virginis matris Christi in cujus honore ipsum monasterium est fundatum, pro salute quoque nostra et remedio animarum predecessorum divorum nostrorum parentum memorie recolende, supradictam ecclesiam Sancti Johannis de Aquaria et dictum casale juxta ecclesiam ipsam existens cum omnibus hominibus undecumque congregatis et congregandis ibidem cujuscumque conditionis. . . . . et universas possessiones, molendina, valcatoria, jura, redditus, franchisias, libertates et pertinentias dictorum ecclesie, hominum et casalis, pront in instrumentis publicis eidem monasterio a predictis Riccardo, Sebasta ejus uxore, Rogerio et Roberto eorum filiis confectis exinde, que ante conspectum nostri culminis presentarunt et ea seriatim legi fecimus coram nobis, apertius declaratur, de nostra speciali gratia de novo ipsi monasterio. . . . . libere et absolute absque omni servitio et adjutorio personali [vel] reali ex rebus predictarum personarum curie nostre vel aliquibus fidelibus nostris debito, non obstante constitutione aliqua; et imperiali benignitate. . . . . ut casale quod dicitur Fontanelle seu sancta Maria de Proposito propinquum hospitali ejusdem monasterii in pede montis situm in proprio tenimento ipsius monasterii, olim translatum ibidem a loco. . . . . libere vel servilis undecumque congregatis vel congregandis ibidem, possessionibus, juribus, libertatibus et pertinentiis suis, omnesque alias concessiones, dationes, oblationes et donationes. . . . . possessionum feudalium et burgensalium ac reddituum ejusdem casalis factas ipsi monasterio a quondam baronibus castri Submontis aliisque. . . . . ecclesiam sancti Honofrii et casale quod dicitur de Massa in partibus Principatus quam et quod Rogerius olim comes Laviani obtulit ipsi monasterio, donavit, tradidit et concessit cum omnibus hominibus, possessionibus. . . . . nec non et totum tenimentum quod Galatea de castello sancti Magni filia quondam Jaquinti cum Durante viro suo ipsi monasterio obtulit et donavit; similiter molendinum unum in territorio casalis. . . . .

. . . . . . et terris cum potestate molendina alia ibidem construendi, nemine ibi aliquid preter voluntatem monasterii faciente, et modia terrarum centum in territorio ejusdem casalis ac libertatem homines. . . . . plures etiam libertates quas Rogerius de Aquila dictus comes Avellini et dominus casalis Sclavorum ipsi monasterio donavit, obtulit et concessit, et molendinum aliud in flumine Apicii ex. . . . . domini ejusdem terre, prout in instrumentis, juribus et scriptis publicis eidem monasterio confectis de predictis omnibus plenius continetur, que omnia monasterium ipsum modo tenet et possidet. . . . . quorum supplicationibus benignius utpote inclinati, predicta casalia, homines cujuscumque conditionis undecumque congregatos seu congregandos. . . . . eorumdem, omnesque alias libertates, concessiones, donationes, oblationes, venditiones et permutationes hominum et possessionum feudalium. . . . . publicis eidem monasterio confectis exinde plenius continetur, de innata celsitudinis nostre gratia de novo benigne concedimus et donamus in elecmosinam. . . . . omnis servitutis nostre curie vel aliquibus fidelibus nostris debito, non obstante constitutione aliqua a majestate nostra edita seu confirmata, eidem monasterio in predictis omnibus contraria. . . . . concedimus et confirmamus ipsi monasterio concordiam ex commissione curie nostre communiter factam inter ipsum [et] Robertum Malerbam dominum castri Submontis de questione quorumdam servitiorum. . . . . et fidele nostro contra ipsum monasterium et homines casalis ejusdem monasterii quod prius vocabatur cognomine Fontanelle, que servitia et redditus idem Robertus ab eisdem cum instantia. . . . . universis quatenus nullus de cetero sit tam ausus qui predictum sacrum monasterium de supranominatis omnibus quolibet modo impedire vel molestare presumat. . . . . libras auri boni in penam sue temeritatis componat, quarum medietas herario nostro, alia vero passis injuriam persolvatur. Ut autem. . . . . presens privilegium per manus Procopii de Matera notarii et fidelis nostri fieri et sigillo. . . . . et indictione subscriptis.

. . . . anno millesimo ducentesimo trigesimo, mense

februarii, tercie indictionis, imperante domino nostro Friderico Romanorum imperatore semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno romani imperii sui decimo, regni vero. . . . . feliciter. Amen.

Martio. Mense martii, iterum Reginus archiepiscopus et magister domus Theutonicorum ad papam redeunt, et alter eorum, scilicet magister domus Theutonicorum, Gajetam vadit, cum quo cardinalis [Sanctae Sabinae] redit ad urbem... Ubi pro compositione inter papam et Cesarem facienda dux Austriae, dux Carinthiae et dux Moraviae (Meraniae) venerant simul cum patriarcha Aquilegiensi (1) et Salseburgensi archiepiscopo.

Fogiae, 7-15 aprilis. Mense aprilis, duces praedicti cum Regino archiepiscopo ac magistro domus Theutonicorum redeuntes a papa cum tractatu et forma concordiae in Apuliam ad Cesarem vadunt, ubi cum eo apud Fogiam Pascha (2) Domini celebrant... Dux Austriae, Limpuldus nomine, cum patriarcha Aquilegiensi et aliis supradictis ab imperatore de Apulia rediens et ad papam vadens cum eis, ad Landulphum Cassinensem abbatem et conventum ejusdem ex parte imperatoris litteras detulit in hac forma:

---

(1) Iste viriliter una cum episcopo Bambergensi anno praecedente Friderici partes in Alemania meridiali foverat; quod quidem papa his exprobrabat verbis: « Tu, sicut audivimus,... faves » Ecclesie inimicis aliosque ad favendum inducere machinaris, personaliter in Ungariam accedendo ut carissimum filium nostrum Ungarie regem seduceres... ut ab Ecclesie Romane devotione recedens baculo arundineo inhereret... mandantes quatenus inimicis Ecclesie te potenter » et patenter opponas, et specialiter in Pole et aliarum terrarum portubus que jurisdictioni tue » subesse noscuntur omnibus transire volentibus in Apuliam aditum penitus interdicas, tam eos » quam ductores ipsorum spirituali et temporali districtione compescens. Alioquin, etc. Dat. Perusii, XII Kal. julii, anno III (20 junii 1229). »

(2) Scilicet septimo aprilis.

Fridericus, etc., venerabili abbati Cassinensi et conventui ejusdem, etc. Ecce quod ad snpplicationem dilecti principis nostri ducis Austrie et Stirie ac venerabilis magistri domus Alemaunorum devoti nostri recepimus vos de abundantia pietatis nostre in gratiam majestatis nostre, omnem offensam quam contra nostram excellentiam pro presenti discordia inter nos et dominum papam habita, a principio dissensionis usque in hodiernnm diem decimnm octavum aprilis, tertia indictione, visi estis commisisse, penitus relinquentes (1). Ceterum ea que vobis predictus dux et magister Theutonicorum retnlerint ex parte culminis nostri, indubitanter credatis. Datum Fogie, etc.

(Edidit RICCARD. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.* 1230.)

Fridericus, Romanorum imperator, monasterio Buorensi (Benedictbeurn) privilegium avi sui Friderici I imperatoris anni 1155, 15 maii, inserendo renovat et confirmat. Foggiae, aprili.

(Edit. ap. MEICHELBECK, *Chronic. Benedicto-Buran.*, p. 113, ubi sigilli figura exhibetur; et in *Monum. Boic.*, tom. VII, p. 116. Cf. *Monum. Boic.*, t. XXX, pars 1ª, p. 160, ubi sigillum quoque describitur appendens ex filis sericis rubri, flavi et albi coloris.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Si ad ecclesias et loca venerabilia Deo dicata benigne dirigimus aciem mentis nostre ac eorum profectibus intendimus diligenter, ne-

(1) Jam anno praecedente, mense decembri, ut ipse Riccardus de S. Germ. refert, litteras de remissione offensae abbati et monachis Cassinensibus dederat imperator, hominibus abbatiae praecipiens ut sicut prius abbati et monachis responderent. Tunc episcopus Albanensis cum Aquinate et Alifano episcopis militibusque Campaniae qui se in Cassino receperant salvus exiit; monasterium autem ac tota terra ejus curae commissum est magistri Theutonicorum qui quemdam de domo sua fratrem Leonardum procuratorem constituit nomine suo usque ad reditum suum ab urbe.

dum eterne retributionis merita, sed laudis preconia consequimur temporalis. Inde est igitur quod notum esse volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod cum Gebehardus abbas Burensis monasterii, fidelis noster, ad nostre majestatis presentiam accessisset, quoddam privilegium eidem monasterio suo a divo augusto imperatore Friderico karissimo avo nostro inclite recordationis indultum nostre celsitudini presentavit, et humiliter supplicavit ut privilegium ipsum innovare et que continebantur in eo ipsi abbati, successoribus suis et monasterio supradicto confirmare de nostra gratia dignaremur; cujus privilegii tenor est talis :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus favente Dei clementia Romanorum imperator, semper augustus, Burensis cenobii fratribus. Imperialis majestas ab omnibus hominibus ea que sunt honoris et reverentie sibi querit impendi; spirituales vero viri et eorum bona eo quod soli Deo inhereant et orationibus pro regni statu invigilent debent regia auctoritate ab omni invasoria presumptione tueri atque defendi. Unde abbatiam in honore sancti Benedicti constructam nomine Burin in episcopatu Augustensi ad radices montium sitam omnimoda libertate communimus, et dicta predecessorum nostrorum beate memorie Henrici et Lotharii imperatorum et Conradi regis per presentem paginulam, remota omnium refragatione, corroboramus; sed quia omnia prime fundationis predia ad regni augmentum antiquitus distracta esse noscuntur, statuimus ut que eidem loco elemosinis piorum collata sunt vel quecumque justis acquisitionibus acquiri possunt, qualibuscumque usibus profutura, eidem inconvulsa permaneant ut inibi Deo et beato Benedicto servientes debitum servitutis pensum sub serenitate pacis nostre non pigritantes persolvant. Omnia vero quecumque gignit humus sive sub fossa humi, sive sint vene salis vel ferri vel argenti vel cujuscumque metalli, eidem loco stabilimus, et quoniam omnia regalia inde penitus ablata sunt, neque nobis neque alicui successorum nostrorum regum videlicet vel imperatorum aliquod servitium ex eodem loco deinceps offerri sancimus. Noverit ergo universalis Ecclesia quod jam predictum locum sic in nostram et omnium successorum nostrorum tam regum quam imperatorum protectionem ac tutelam suscipimus ut nullius unquam ordinis persone liceat prefatum

monasterium cum suis appendiciis in beneficium sive concambium vel mundiburdium accipere, sed ad nostram et regum omnium protectionem ac defensionem semper habeat attinere. Abbas vero qui secundum scita canonum et regulam beati Benedicti preest monasterio, habeat liberam facultatem communi fratrum consilio de omnibus ad se pertinentibus possidendi, vendendi, concambiendi vel quidlibet agendi: quod tamen non conceditur nisi pro majori utilitate monasterii. Nullus ibi advocatus hereditario jure existat, sed abbas communicato fratrum consilio justum sibi et idoneum defensorem licenter eligat qui, postquam de jure et rebus Ecclesie conservandis per sacramentum servitutem fecerit, bannum a rege vel imperatore suscipiat; qui si postmodum Dei per quem juravit oblitus jura Ecclesie presumpserit violare et tam ipsos monachos quam eorum homines et possessiones hospitationibus et indebitis placitis vexaverit, habeat abbas plenam potestatem, regia suffultus auctoritate, tirannidem ejus a se repellendi et alium meliorem et utiliorem subrogandi. Si dux Bavarie Dei amore compunctus vel abbatis et fratrum placatus obsequio aliquos reditus de antiquitus ablatis reditibus restituere voluerit monasterio nostro permissu et benivolentia, sic stabilimus ut dux illi in ducatum succedens ea quo per nos statuta sunt nullatenus infringere presumat. Precipientes itaque jubemus ut eamdem ecclesiam una cum rebus et personis suis ab omni, ut diximus, subjectionis obligatione liberam nullus archiepiscopus, episcopus, dux, marchio, comes, vicecomes, nulla denique magna parvaque persona in aliquo molestare, divestire vel inquietare presumat. Si vero aliquis contra hujus confirmationis paginam presumptuose fecerit, centum libras auri purissimi componat, cujus summe medietatem memorate ecclesie, medietatem vero fisco nostro inferat. Quod ut ab omnibus diligentius custodiatur, presentis precepti paginam sigillo nostro insigniri fecimus. — Signum domini Friderici Romanorum regis invictissimi. — Ego Arnoldus Coloniensis archiepiscopus et Italici regni archicancellarius recognovi. — Datum in territorio Bononiensi, idibus maii, anno dominice incarnationis MCLV, indictione IIII (*a*), regnante domino Friderico Romanorum rege glorioso, anno quinto, regni ejus quarto.

(*a*) Recte *III;* cf. adnotationes ap. *Monum. Boic.*, t. XXIX, pars 1ª, p. 316.

Nos autem prefati abbatis fidelis nostri devotis supplicationibus benignius inclinati, attendentes quoque devotionem sinceram quam idem abbas habere dignoscitur erga nostre celsitudinem majestatis, considerantes etiam quod exhibemus obsequium Deo gratum si progenitorum nostrorum divorum augustorum memorie recolende vestigia prosequentes circa profectum antedicti monasterii tam liberaliter intendimus quam libenter, predictum privilegium sicut de verbo ad verbum superius scriptum est jussimus innovari, et que continentur in eo prenominato abbati, successoribus suis et monasterio sepedicto de innata benignitatis nostre gratia perpetuo confirmamus. Ut autem hec nostra confirmatio robur obtineat perpetue firmitatis presens privilegium fieri et sigillo nostre majestatis jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt Bertholdus venerabilis Aquilegensis patriarcha, Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, L. Reginus archiepiscopus, Sifridus Ratisponensis episcopus, Karolus episcopus Seccoviensis,... episcopus de Triesten, Heinricus Pataviensis prepositus, Chunradus Indicensis prepositus, Lyopuldus illustris Austrie et Stirie dux, Otto dux Meranie et palatinus Burgundie, Bernhardus dux Karinthie, Raynaldus dux Spoleti, Rapoto palatinus comes et frater ejus comes Heinricus de Ortenberc, Ulricus de Pecka, Aldemarius de Chuoringen, Engelhardus et frater suus Fridericus de Adelechou, Chunradus de Hohenloch comes Romaniole, Albertus Rimessindle (1), Goffridus de Solzpurch et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia illustrissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo, mense aprilis, tertie indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus decimo, regni Jerusalem quinto, regni vero Sicilie tricesimo secundo, feliciter. Amen.

Datum Fogie, anno, mense et indictione prescriptis.

---

(1) Verisimiliter legendum *Rindesmul*.

Fridericus, Romanorum imperator, privilegia monasterii Tegernseensis confirmat, inserto patris sui Heinrici VI imperatoris privilegio anni 1193, 18 maii. Foggiae, aprili.

(Edit. ap. Hund, *Metrop.*, t. III, p. 398. — Scheid, *Orig. Guelficae*, t. I, p. 85. — Et in *Monum. Boic.*, t. VI, p. 205. Adsunt duo instrumenta autographa, primum cum menlione aureae bullae quae jam a longo tempore avulsa fuit, remanentibus tantum filis sericis flavi et rubri coloris; alterum cum sigillo cereo ex filis sericis coloris ejusdem appendente. Cf. *Monum. Boic.*, t. XXX, pars 1ª, p. 158, 159.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Si ad ecclesias et loca venerabilia benigne dirigimus aciem mentis nostre ac eorum profectibus intendimus diligenter, nedum eterne retributionis merita, sed laudis preconia consequimur temporalis. Inde est igitur quod notum esse volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod cum Henricus venerabilis abbas monasterii Tegernsensis, dilectus princeps et fidelis noster, ad nostre majestatis presentiam accessisset, quoddam privilegium eidem monasterio suo a divo augusto imperatore Henrico carissimo patre nostro inclite recordationis indultum nostre celsitudini presentavit et humiliter supplicavit ut privilegium ipsum innovare et que continebantur in eo ipsi et successoribus suis ac monasterio supradicto confirmare de nostra gratia dignaremur. Cujus privilegii tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus. Bonam atque religiosam consuetudinem antiquorum regum seu imperatorum imitantes honestis personis atque venerabilibus locis majestatis nostre defensionem atque presidium impendere debemus, quatenus et imperii nostri sublimi-

tas exinde clarius eniteat et divina gratia largius nobis salutis et auxilii suffragium impendat. Nos siquidem ex relatione illustrium virorum et ex privilegiis antecessorum nostrorum liquido compertum habemus quod duo comites Otkarius et Albertus regali prosapia exorti in pago Bawarie qui Sundergow dicitur quoddam monasterium Tegernse nomine magnis atque copiosis expensis laudabiliter condiderunt divitiis et magna gloria sublimatum, magnorum regum Pipini, Karoli, Ludwici, Karlomani conniventia et arbitrio principalem atque regalem abbatiam instituerunt, ibique trium martirum corpora Quirini, Crisogoni, Castorii venerabiliter collocaverunt. Cumque eadem ecclesia a prime fundationis tempore in monachalis ordinis disciplina per dies multos plurimum profecisset, ab Arnoldo duce Noricorum, affectante eo imperium et discordante cum rege Hainrico primo, redditibus dispoliata [est] et pene universa quibus ditata et dotata fuerat per beneficium transierunt in usus laicorum in hac discordia sibi famulantium. His malis imminentibus et temporalibus stipendiis deficientibus, defecit utique divini servitii cultus et dispersis personis que ad militandum Deo ibidem collecte erant, laici claustrum et officinas monachorum cum uxoribus inhabitare ceperunt, quorum porci et canes sacrata loca sordebant, et cum multe nefarie res invalescerent, monasterium et omnia ejus edificia cum libris et ecclesiastico cultu celesti vindicta igne concremantur. Processu temporis imperator Otto secundus, interventu nepotis sui Ottonis ducis Bavarorum et Suevorum aliorumque illustrium virorum, imperiali miseratione intendens prolapso monasterio succurrere ei quemdam Hertwicum nomine prefecit abbatem, quem etiam cum loco illi commisso in mundiburdium sue defensionis suscipiens sibi et omnibus huic monasterio succedentibus abbatibus sub regia et imperatoria tuitione subsistere sua auctoritate concessit, et ut ipse prefatus abbas suique successores sub regia et imperiali defensione regimen ipsius ecclesie de cetero possideant nihilominus indulsit; cuncta quoque ad prefatum cenobium pertinentia vel que in futuro munificentia regum et imperatorum, largitione pontificum, oblatione fidelium, adipisci poterit tam in quesitis quam inquisitis, in pratis et in alpinis pascuis, silvis, aquis aquarumve decursibus, venationibus, piscationibus, molendinis, viis et inviis cum de-

cimatione totius abbatie et presenti ac futura silvarum extirpatione sub abbatis ejusdem loci potestate absque omnium personarum contradictione perenniter esse constituit; insuper etiam monachis tam futuris quam presentibus liberam facultatem eligendi abbatem de majestatis sue imperio concessit, et ubicumque eorum naves sive carri vel saumarii advenerint absque telonei transeant exactione. Nos igitur, intuitu divine gratie, predictorum imperatorum necnon dilectissimi patris nostri felicis memorie Friderici imperatoris vestigia sequentes, cuncta que illi statuerunt et nos eadem imperiali auctoritate approbamus, ecclesias quoque et basilicas in suis dotibus erectas singulariter exprimentes: cellam sancti Martini que Dietrammi cella dicitur quam de prefato cenobio fundatam et ditatam esse cognovimus, ecclesias Gemunden, Egerden, Walcherigen, Richerspurren, Warengow, Walde, Holzkirche, Pnosenchaim, Sassenchaim, Piburch, Hadelichingen, Harde, Isenpach, Chemenaten, Munchen, Chnounowe, Phrumpach, Vaterstetcn, Walchstat, Jechingen, Unoholzingen, Celle, Streneperc et basilicas in Aheliten, in Funesingen, ad sanctum Leonardum cum fundis et prediis adjacentibus et plebe. Confirmamus etiam huic monasterio auctoritate nostra hec predia in Leuben, in Wachowe, in Crebespach, in Australi Monaco, in Warengow, in Otolvingen, in Hechingen, in Biburch, in Isenpach, in Funesingen, in Uneholzingen, in Hattenpach. Preterea quecunque generantur in humo vel que latent sub terra, sive sint vene salis vel ferri vel argenti vel cujuslibet metalli, eidem loco concedimus et corroboramus, et quia reditus de quibus imperio servire tenebantur sunt per Arnoldum ducem ablati, neque nobis neque alicui successorum nostrorum regum et imperatorum aliquod servitium ab eodem cenobio conferri sanccimus, ut hi qui omnipotenti Deo militaturi ibidem collecti fuerint habundantiori studio valeant Deo servire. Noverit ergo universitas fidelium quod jam predictum locum sic in nostram et omnium successorum nostrorum regum et imperatorum protectionem suscepimus ut sit regalis abbatia in perpetuum omnimoda libertate sublimata et ab omni subjectionis obligatione libera, et nullus episcoporum vel archiepiscoporum vel ducum vel marchionum vel comitum vel aliqua omnino persona presumat hanc molestare vel juris sui statum diminuere. Si dux Bawarie

Dei compunctus amore vel abbatis et fratrum placatus obseqnio aliquos reditus de antiquitus ablatis reditibus monasterio restituere voluerit, nostro permissu et benivolentia fieri concedimus et stabilimus nt dux illi in ducatnm succedens vel aliquis successorum suorum ea que per nos statuta sunt nullatenus possit infringere. Compertum etiam habemus decorem atque reverentiam ejusdem monasterii ex advocatorum importunitate et prava consuetudine valde imminutam esse, et antiqnam pulchritudinem antecessorum nostrorum diligentia decenter exornatam in eadem domo pene deletam audivimus. Nos autem antiquorum regum et imperatorum institutionibus honorem deferentes et justis precibus dilecti consanguinei nostri Manegoldi ejusdem monasterii abbatis facilem aditum indulgentes, quecumque in eadem domo vitiosa consuetudo aut iniqua exactio ex advocatorum violentia vel ceterorum hominum negligentia emersisse videtur, ex consensu Bertholdi ducis Meranie qui nunc in presentiarum advocatus est judicio atque sententia principum penitus reprobavimus; specialiter oblationes panum et ceterarum rerum que in Epiphania advocato fiebant de cetero exigi et offerri prohibuimus. Statuimus quoque ut abbas absque omni respectu advocati castaldiones, officiales, villicos, mansionarios in locis necessariis provideat atque disponat; vectores ad vinum deportandum sicut voluerit exhibeat; officiales abbatis, coci, pistores et reliqui quicumque in emunitate monasterii abbati et fratribus ministrare consueverunt, si rixati fuerint, coram advocato non cogantur inde rationem reddere; si vulneribus invicem se leserint et legitimis querimoniis evocati fuerint, advocatus emendationem et vindictam absque odio et salvo honore abbatis imponat. Scultetos et precones de cetero nullos instituat ad quod officium abbas viros aptos quos voluerit provideat. Ab his autem quos castaldiones et dispensatores abbas instituerit advocatus nihil contra voluntatem abbatis exigat. Porro exactiones frumenti sive aliarum rerum quas advocatus singulis annis a clericis ejusdem monasterii, a villicis, a mansionariis facere consueverat de cetero fieri nostra auctoritate inhibuimus. Ad hec mandando precipimus ut nullus de cetero advocatus ministerialibus ejusdem monasterii violentiam aut injuriam audeat inferre; quod si attemptare presumpserit, nostram majes-

tatem hic qui lesus est appellare non differat. Si quis ministerialium extra sui monasterii collegium matrimonium contraxerit, omne patrimonium cum feodo ab eadem ecclesia conquisito libere et sine contradictione monasterio succedat, nullo malo ad alienandum preveniente ingenio. Nullus etiam ibi advocatus hereditario jure existat, sed abbas communicato fratrum et collegii consilio justum et idoneum defensorem licenter eligant qui postquam de jure et rebus ecclesie conservandis per sacramentum certitudinem fecerit, bannum a rege vel imperatore suscipiat. Quod si postmodum sacramenti oblitus fuerit et jura ecclesie violaverit et tam ipsos monachos quam eorum homines et possessiones hospitationibus et indebitis placitis et exactionibus vexaverit, abbas regia suffultus auctoritate habeat plenam potestatem subrogandi sibi meliorem advocatum et utiliorem. De legitimis et annalibus ipsorum advocatorum placitis, sic principum sententia decrevimus sicut coram imperatore Henrico quarto diffinitum habemus: statutum habemus ad placitum cujuslibet advocati pertinentes semel in anno quando preceptum fuerit omnes certis in locis conveniant, ibique in servitium suum plus non exigat nisi duos modios tritici et duos porcos, tres cados vini et medonis, decem cados cervisie, quinque modios avene in pabulum equorum triginta. Ut autem ea que ad usus fratrum pertinent minus distrahantur, hec subscripta in usus advocatorum sunt deputata, videlicet satisfactio temeritatum, ita tamen ut si qua dispendia fratres in suis rebus patiuntur primo eis sua restituantur, et tertia pars pannorum sit advocatorum, due partes sint abbatis et fratrum; wergelda abbatis et fratrum sint et mancipium pro mancipio. Preterea si prelati ecclesie aliqua necessitate cogente dampnum sibi vel rebus suis illatum salvo ordine suo recuperare non valuerint, ipsos advocatos in competentem locum advocent ubi causas querimonie diligenter discutiant, nihilque ibi ab eis vel ab eorum colonis quasi sub justitia exigant, sed cum caritate hoc quod eis impensum fuerit accipiant. Sane fratribus ejusdem monasterii presentibus atque futuris imitatione dilectissimi patris nostri Friderici imperatoris aliorumque antecessorum nostrorum regum et imperatorum liberam facultatem eligendi abbatem concedimus; electus investituram a rege vel ab imperatore per sceptrum accipiat, nihil tamen dati curie de

justitia exhibeat, eo quod predia et reditus prime fundationis per Arnoldum ducem Bavarorum, ut predictum est, ad regni augmentum distracta sint. Sed quid daturus est pro suo arbitrio fiat et pro bona voluntate, nec cogantur ire in expeditiones imperatorum. Insuper quecunque bona ad idem cenobium pertinere videntur sive futuris temporibus justis et rationabilibus modis provenire poterunt, salva et illibata eidem perpetuo jure permanere decrevimus, et ne quisquam hominum universa hec nefario ausu presumat invadere, occupare, minuere vel quolibet modo alienare, cuncta sub nostre majestatis tuitionem suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Si quis autem contra hanc nostre auctoritatis paginam temere venire presumpserit, centum libras purissimi argenti fisco nostro persolvat et totidem supradicto monasterio componat. Ut autem hec nostre potestatis auctoritas firma futuris temporibus et inconvulsa permaneat, presentis scripti et sigilli nostri attestatione corroboramus. — Hujus rei testes sunt Hainricus Wirceburgensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Counradus abbas de Salveld, Heroldus abbas de Sancto Burchardo in Wirzenburch, Bertholdus dux Meranie, comes Albertus de Pogen, comes Fridericus de Abenberk, comes Wolricus de Berge, comes Bertholdus de Berge, Bertholdus burcgravius de Heunenberc, comes Goutfridus de Vehingen, Walcouuus de Staiue, Bertholdus de Uffeldorf, Roubertus [de] Dourne, Couno de Menzenberc, Sifridus marschalcus de Hagenowe, Everhardus marschalcus de Anebos et alii quam plures. — Signum domini Heurici sexti Romanorum imperatoris invictissimi. — Acta sunt hec anno incarnationis dominice MCXCIII, indictione XI, regnante domino Haiurico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni ejus vicesimo tertio, imperii vero tertio. — Datum apud Wurcebur, XV kalendas junii.

Nos autem prefati abbatis dilecti principis nostri devotis supplicationibus benigniter inclinati, attendentes quoque devotionem sinceram quam idem abbas habere dignoscitur erga nostre celsitudinem majestatis, considerantes etiam quod exhibemus obsequium Deo gratum si progenitorum nostrorum divorum augustorum memorie recolende vestigia prosequentes circa profectum predicti monasterii tam liberaliter intendimus quam

libenter, predictum privilegium sicut de verbo ad verbum superius scriptum est jussimus innovari et que continentur in eo prenominato abbati, successoribus suis et monasterio sepedicto de innata benignitatis nostre gratia perpetuo confirmamus. Ut autem hec nostra confirmatio robur obtineat perpetue firmitatis presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt Bertholdus venerabilis patriarcha Aquilegensis, Eberhardus Salzeburgensis archiepiscopus, L. Reginus archiepiscopus, Syfridus Ratisponensis episcopus, Karolus episcopus Secoviensis,... episcopus de Triesten, Heinricus Pattaviensis prepositus, Liopoldus illustris Austrie et Stirie dux, Otto dux Meranie et palatinus Burgundie, Bernhardus dux Karinthie, Raynaldus dux Spoleti, Rapoto palatinus comes et frater ejus comes Heinricus de Ortenberc, Ulricus de Pecka, Aldemarius de Chuoring, Engelhardus et frater suus Fridericus de Adelechow, Conradus de Oenloch comes Romaniole (1), Albertus Rimessindle, Goffridus de Soltzburch et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia illustrissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo, mense aprilis, tertie indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus decimo, regni Jerusalem quinto, regni vero Sicilie tricesimo secundo, feliciter. Amen.

Datum apud Fogiam, anno, mense, indictione prescriptis.

---

(1) In Monum. Boic., *Conradus de Oenlo H. comes Romaniole*; sed male, quum perperam littera *h* fuerit a nomine *Oenloh* in transcriptione separata. Qua causa aut ratione nobilis iste titulum comitatus Molisii pro titulo comitatus Romaniolae mutaverit, non bene liquet. Vid. supra, p. 170.

Foggiae, aprili.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Luipoldi ducis Austriae monasterio Reichersberg renovat et inserendo confirmat privilegium Heinrici VI imperatoris patris sui, datum anno 1195, 7 octobris.

(Edit. ap. *Monum. Boic.*, tom. IV, p. 433.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jherusalem et Sicilie rex. Cum instantia quotidiana nostra sit ecclesiarum omnium imperii nostri sollicitudo continua, non indigne ad statum ipsarum pacificum conservandum nostre benevolentiam ostendimus pietatis. Ea propter notum fieri volumus universis imperii nostri fidelibus quod Leupoldus dux Austrie et Stirie, dilectus princeps noster, in nostra presentia constitutus celsitudini nostre supplicavit humiliter et devote ut privilegium quod dominus Heinricus, Romanorum imperator magnificus, dive memorie pater noster, pie indulxit ecclesie de Richersperg innovare et confirmare de gratia [nostra] dignaremur. Cujus privilegii tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus sextus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, et rex Sicilie. Ad eterni regni premium et temporalis imperii incrementum nobis proficere non ambigimus si religiosarum personarum postulationibus gratum et benignum curaverimus prebere assensum. Inde est quod ad notitiam presentium et futurorum cupimus pervenire quod nos pro salute ac remedio serenissimi patris nostri et nostra, ad postulationem dilecti principis nostri Alberti Salzpurgensis archiepiscopi supplicationemque Arbonis fidelis nostri prepositi de Richersperg, ad imitationem memorati felicis memorie genitoris nostri Friderici Romanorum quondam imperatoris invictissimi, ipsum Arbonem prepositum et ecclesiam Richerspergensem cum omnibus bonis et personis eidem ecclesie pertinentibus sub imperiali nostra protectione rece-

pimus, confirmantes eidem ecclesie privilegium quod a magnificentissimo patre nostro pro bono statu et libertate ecclesie conservanda ipsi concessum esse dignoscitur et indultum, sicut in autentico ipsius dominicalis [pagine] manifeste reperitur exaratum et ex rescripto dicte dominicalis pagine nobis est declaratum. Statuimus autem specialiter et imperiali edicto sancimus, secundum antiquam et primitivam illius loci libertatem ab ipso fundatore collatam et privilegiis venerabilium archiepiscoporum Chunradi et Eberhardi Salzpurgensis ecclesie ad quam patronatus pretaxati loci pertinet roboratam, ut nullus ejusdem loci sit advocatus nisi principalis metropolis Salzpurgensis advocatus, qui de beneficio principalis advocatie sibi collato predictum cenobium sine omni gravamine defendat et nullo modo subadvocatum jure beneficiali ibi constituere potestatem habeat. Nullus quoque alter audeat presumere exactiones vel gravamina fratribus nominati loci vel ministratoribus aut colonis eorum superimponere. Adjicimus ad hoc et districte precipimus ut nulla omnino persona, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, huic nostre institutioni obviare presumat; quod qui facere attemptaverit sexaginta libras auri in ultionem temeritatis sue componat, quarum medietas camere nostre, reliqua patientibus injuriam persolvatur. — Hujus rei testes sunt Adalbertus Salzpurgensis archiepiscopus, Hermannus Monasteriensis episcopus, Hainricus Wirzburgensis episcopus, Otto Frisingensis episcopus, Philippus dux Tuscie frater noster, Bertholdus comes de Henneberch, Boppo comes de Werthaim, Rupertus de Durne, Rupertus de Castele et alii quam plures. — Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCXCV, indictione XIIII, regnante domino Hainrico sexto Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni vicesimo quarto, imperii vero quarto. — Datum Wirtzburch, nonis octobris.

Nos autem supplicationes prefati ducis Austrie et Stirie dilecti principis nostri favorabiliter admittentes, ob illius intuitum per quem feliciter vivimus et regnamus et ob remedium animarum divorum augustorum parentum nostrorum, privilegium supradictum et quicquid continetur in eo supradicto monasterio duximus confirmandum, eidem de speciali gratia indulgentes ut si ejusdem loci prepositus a principali advocato sibi aliquem advocatum destinari petierit, committatur ipsi absque jure benefi-

ciali talis procuratio, liceatque preposito et fratribus, si inutilis et gravis ille fuerit, eum amovere et loco ipsius meliorem substituere. Statuimus igitur ut nulla persona ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis, contra hoc confirmationis nostre privilegium predictum monasterium molestare presumat. Quod qui presumpserit, preter indignationem nostri culminis quam incurret, penam centum librarum auri se noverit incursurum, quarum medietas camere nostre, reliqua passis injuriam persolvatur. Ad hujus autem confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et sigillo celsitudinis nostre jussimus communiri.

Hujus rei testes sunt Bertholdus Aquilegiensis patriarcha, Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus, Sifridus Ratisponensis episcopus, Leupoldus dux Austrie et Stirie, Wernhardus dux Carinthie, Otto dux Meranie, Rapoto palatinus comes, Heinricus frater suus comes de Ortenberch, Raynbertus de Murech, Hainricus de Prüne, Irinfridus de Hinnperch et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M.CC.XXX, mense aprili, tertie indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jherusalem et Sicilie rege gloriosissimo, anno imperii ejus X, regni Jherusalem V, regni vero Sicilie XXXII, feliciter. Amen.

Data Fogie, anno, mense et indictione pretitulatis.

Foggiae, aprili.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Ottiliae abbatissae monasterii Gössensis privilegium ab imperatore Henrico secundo, anno 1020, primo maii, eidem monasterio indultum renovat et inserendo confirmat.

(Edider. Pusch et Froelich, *Diplomat. sacr. ducat. Styriae*, t. I, p. 20.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et

Sicilie rex. Si sacrosanctis ecclesiis et locis religiosis in quibus vere Deus colitur et juxta sacrum christiano fidei morem altissimo Patri Filius immolatur pie ducimus providendum, salubriter in hoc consulimus profectibus nostris, quando eo fortius virtus roboratur Cesaris quo clementius religiosorum utilitatibus providetur. Ea propter notum fieri volumus universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris quod Otilia venerabilis abbatissa monasterii Gössensis fidelis nostra presentavit celsitudini nostre quoddam privilegium imperatoris Heinrici secundi monasterio suo indultum, et supplicavit celsitudini nostre ut privilegium ipsum et quidquid continetur in eo confirmare nostra serenitas dignaretur; cujus privilegii tenor talis est :

In nomine sancte et individue Trinitatis. Hainricus divina favente clementia imperator semper augustus. Notum sit omnibus sancte Dei Ecclesie nostrisque fidelibus presentibus et futuris qualiter quidam Juvavensis ecclesie diaconus consanguineus noster atque capellanus nomine Aribo, cogitans cum transitoriis suis eterna cum terrenis mereri celestia, quoddam monasterium puellarum ad regulam sancti Benedicti in honore vero sancte Dei genitricis Virginis Marie sanctique Andree apostoli quod nunc Adala nomine (*a*), patre vero suo Aribone quamvis a paralisi ex lege tamen quantum potuit annuente et consentiente, incepit in loco nomine Gossia in comitatu Leubna, de predio suo fundavit atque construxit et pro sua facultate Deo aspirante perfecit sancte Marie sanctique Andree ministerio et nomini dedicatum, cum omnibus de sua traditione et aliorum Christi fidelium eo pertinentibus in nostram potestatem libertandi gratia tradidit, et suo heredumque suorum proprietati aut potestati deinceps in futurum eo tenore abalienavit, quatenus post acceptam nostre immunitatis cartam prima ejusdem loci abbatissa Cunigundis soror prefati Aribonis eique eodem ordine successure jus legitimum eligendi advocatos quos sibi necessitas et utilitas dictaverit eidem monasterio sine omni contradictione mortalium, salva regia et imperatoria potestate, obtinerent (*b*). Post obitum vero suum congregatio monasterii per successiones temporum liberam habeat elec-

(*a*) Locus mutilus, nisi aliquid desit.

(*b*) Ita correximus *obtineretur*, sicut duabus supra lineis *successive*.

tionem abbatissas regulares juxta decretum sancti Benedicti omni contradictione remota snbstituendi, hoc addito si, qnod absit, aliqna principalis potestas injuste idem monasterium vel res suas alicui alteri monasterio vel persone alicui subdere vel in beneficinm dare aut in proprietatem dònare vel qualicunque ingenio huic proposito abalienare volnerit, proximns predicti Aribonis heres tamdiu in sua potestate retineret quousque nostro vel successorum nostrorum adjutorio ad statum monasterii unde contra jus et fas ablato fuerint iterum reducat et in pristinam libertatem stabilitatemque restituat. Justis igitur predicti Aribonis petitionibus annuentes, eo quo rogaverat tenore prefatum monasterium cum monachabns ibidem in presens collatis vel conferendis in posterum in nostram immunitatem recepimus, et hoc regie et imperatorie precepti nostri libertate donatum et perpetuo confirmatum nostre manus subscriptione roboravimus et in eterne memorie testimonium sigilli nostri appensione muniri precepimus. — Datum kalendis maii, indictione III, anno dominice incarnationis M. XX, anno domini Hainrici secundi regnante (*sic*) XIX, imperii vero VII. — Actum Wloc (*a*), venerabili papa Benedicto presente et confirmante. — Signnm domini Hainrici Romanorum invictissimi imperatoris augusti.—Guntherius cancellarius vice Erkanbaldi archicapellani recognovit. (*Monogramma*).

Nos autem supplicationes ipsins abbatisse Otilie favorabiliter admittentes, ob illius intuitum per quem feliciter vivimus et regnamus, in remedium animarum divorum augustorum parentum nostrorum, privilegium supradictum et quicquid continetur in eo quod perdistinctum legitur prenominato monasterio duximus confirmandum, de gratia speciali presenti divali pagina indulgentes eidem ut si quis contra presentem libertatem de eligendis, ut dictum est, advocatis a jam dicto imperatore predecessore nostro sibi concessam, advocatiam in loco ipso temere usurpare presumpserit, talis usurpatoris advocatia censeatur irrita nec aliquam vim obtineat firmitatis. Statuimus igitur ut nulla persona alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, contra hoc confirmationis nostre privilegium predictum monasterium molestare presumat. Quod qui presumpserit, preter indignatio-

(*a*) Sic, verisimiliter pro *Fulde*, ut monet Boehmerus, *Regest.*, p. 141, n° 662.

nem nostri culminis, penam centum librarum auri se noverit incursurum, quarum medietas camere nostre, reliqua passis injuriam persolvatur. Ad hujus autem confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressi jussimus communari.

Hujus rei testes sunt Bertholdus venerabilis patriarcha Aquilegensis, Evrardus Salzburgensis archiepiscopus, Syfridus Ratisponensis ecclesie episcopus, Liepoldus dux Austrie et Styrie, Bernhardus dux Carinthie, Otto dux Meranie principes nostri, Rapoto palatinus comes, Hainricus frater suus comes de Ortenberg, Rembertus de Muereck, Hainricus de Prunne, Irmfridus de Hynperg et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC°. tricesimo, mensis aprilis, indictione III, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege gloriosissimo, anno imperii ejus X, regni Jerusalem quinto, Sicilie vero XXXII, feliciter.

Datum Fogie, anno, mense, indictione pretitulatis.

Signum domini Friderici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis gloriosissimi. (*Monogramma.*)

Oddo, dux Meraniae et Palatinus comes Burgundiae, tunc in curia Friderici Romanorum imperatoris commorans, Hermanno magistro Theutonicorum et domui ejus villam unam in comitatu suo Burgundiae de valore annuo triginta librarum stephanensium concedit. Foggiae, aprili.

(Edit. ap. *Mémoires et docum. inéd. pour l'hist. de la Franche-Comté*, t. III, p. 520, ex *Solothurn. Wochenblatt*, 1828, p. 234-235; Coll. cum libr. copiali recent. ad histor. ordin. Theuton. in Helvetia spectante, fol. 78. in arch. Stuttgartensi.)

Oddo Dei gratia dux Meranie et comes Burgundie. Si de bonis in quibus nobis providit Altissimus et nostram magnitudinem sui collatione mu-

neris ampliavit, Dei ecclesiis et locis religiosis conferentis intuitu providemus, gratitudinem sic nostre devotionis offerimus et in retributionem eternam nostre salutis commoda procuramus. Hinc est itaque quod cum essemus in regno Sicilie apud Fogiam cum magnifico domino nostro Friderico Dei gratia illustrissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege invictissimo, considerata religione sacre domus hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem et inspecta honesta conversatione viri venerabilis fratris Hermanni magistri ac ceterorum fratrum domus ejusdem, dignum duximus pro remedio animarum parentum et predecessorum nostrorum ac karissime consortis nostre Beatricis illustris ducisse Meranie et comitisse Burgundie et instar pro salute et incolumitate nostra ac ejusdem uxoris nostre eidem sacre domui hospitali in certo beneficio providere; concedentes predicte sacre domui in comitatu Burgundie, qui pro parte dicte uxoris nostre est dotale jus nostrum, villam unam, in quocumque loco ejusdem nostri comitatus fratres ejusdem domus villam ipsam voluerint accipere de proprio nostro, que valeat annuatim in certis redditibus absque taxatione talliarum triginta libras monete stuonensium (1) cum hominibus et pertinentiis suis in perpetuum libere ac sine qualibet obligatione, exactione vel datione servitii possidendam. Presentis scripti auctoritate firmiter statuentes ut per nominatam uxorem nostram eadem nostra concessio approbetur et de consensu et voluntate sua omnino firmetur. Ad hujus itaque nostre concessionis memoriam et stabilem firmitatem presens privilegium fieri et sigillo nostro jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Data Fogie, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo, mense aprilis, tertie indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia magnifico Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege invictissimo, Romani ejus imperii anno decimo, regni Jerosolymitani quinto, regni vero Sicilie tricesimo secundo, feliciter. Amen (2).

---

(1) Verisimiliter Stephanensium, sicut legitur in impresso; scilicet *Estevenantes*.

(2) Hoc privilegium a quodam imperialis aulae notario redactum esse videtur, cum omnino formam privilegiorum a Friderico ipso concessorum exhibeat.

Fridericus, Romanorum imperator, domui hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum diversas donationes a pluribus regni nobilibus factas et ibidem expressas concedit et perpetuo confirmat. Foggiae, maio.

(Inedit. in archiv. reg. S. Severini ap. Neapolim. Originale transumpti anno 1260, primo die decembris, redacti integrum exhibemus.)

Anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo sexagesimo, regnante domino nostro Manfrido Dei gratia serenissimo Sicilie rege, anno secundo, die lune primo mensis decembris, decime (*sic*) indictionis. Nos subscripti judices Brundusii presenti scripto fatemnr quod ad petitionem fratris Jacobi preceptoris domus hospitalis Sancte Marie Theotonicorum in Brundnsio, factam nobis pro parte fratris Balduyni venerabilis magistri domorum hospitalinm ejusdem in Apulia, subscriptum privilegium eidem domui hospitali olim indultum a domino nostro serenissimo imperatore Friderico dive memorie, de quibusdam tenimentis terrarum et libertatibns eidem domui hospitali concessis, quod privilegium vidimus in prima sui figura carens omni vitio et suspicione cnm bulla cerea pendenti majestatis imperialis specie impressa et legimns, ut fidem possit facere in judiciis et extra, qnoties expedierit, qnia eidem domui........ dicebat, fideliter de verbo ad verbum per manus Leonardi puplici Brundusii notarii nobiscum presentis in puplicam formam redigi fecimus pariter et autenticari, nostris et subscriptornm testinm licteratorum nobiscum presentium subscriptionibns roboratum, et ejusdem notarii consueto signo muniri. Cnjns privilegii continentia per omnia talis erat:

Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus et rex Sicilie. Notum facimns universis tam presentibns quam fnturis quod attendentes honestatem atque religionem sacre domus hospitalis Sancte Marie Theotonicorum in Jerusalem, que a divo quondam augusto domino imperatore Friderico avo nostro exstitit propagata, et a

domino genitore nostro dive memorie rebns ac libertatibus premnnita; attendentes etiam celebrem vitam et cnltum religionis honeste quibus dilectus noster frater Hermannus, magister domus hospitalis ejusdem, et fratres sui clarere noscuntur, pro remedio animarum progenitorum nostrorum, ad preces predicti magistri, inter alias nostras concessiones et libertates prefate domui hospitalis Sancte Marie Theotonicorum hacteuus a nostra majestate indultas nt bonorum temporalinm recipiat incrementa, donamus ad preseus atque concedimus prefate domui hospitalis Sancte Marie Theotonicorum et perpetno confirmamus omnia tenimenta terrarum qne domns hospitalis habuit, tennit et possedit ex dono et oblatione Racionis de Balbano comitis Coustie, tam in hominibus, vineis et terris quam in aque dnctu pro molendino faciendo aput Castillonem, secundum qnod in iustrumento prefate ecclesie facto a prefato comite Racione de Balbano distincte et expressins continetur. Necnon concedimus prefate domni hospitali Sancte Marie Theotonicorum et perpetuo confirmamus omnia tenimenta terrarnm que dictum hospitale habuit, tennit et possedit tam in Capitinata in loco qui dicitur Belluvedere sito inter Precinam et Sanctum Nicandrum, cum omnibus juribus et pertinentiis suis, qnam quo habuit tennit et possedit tam in tenimentis et pertinentiis Horie in phendo dicto Monte Fusculo, quam in tenimentis et pertinentiis Neritonis in terra Ydronti; necnon et que tenuit et possedit in pertinentiis Hostunii in loco Sancte Sabine cum pertinentiis suis, secnndum quod in instrumentis a Matheo comite Alesine de predictis rebus Horie et Neritonis et de Belluvedere in Capitinata eidem hospitali dudum factis distincte et expressius continetur, et secundum quod in instrumentis comitis Roberti de Licio de terris Sancte Sabine eidem domui factis expressius continetur. Mandantes et districte precipientes sub obtentn gracie nostre ut nullus ausu temerario de cetero prefatam domum hospitalis de terris ipsis et tenimentis singulis aliqua ratione vel causa presumat aliquatenus molestare. Ad cujus rei certam evidentiam et perpetuam firmitatem preseus privileginm per manns Johannis de Lauro notarii et fidelis nostri scribi et sigillo majestatis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Fogie, anno dominice incarnationis millesimo dncentesimo tri-

cesimo, mense madii, indictione tertia, imperii domini nostri Friderici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris semper augusti et regis Sicilie anno decimo, feliciter. Amen.

Quod transcriptnm a predicto originali et autentico privilegio transumptum ego predictns Leonardus puplicns Brnndusii notarius de mandato subscriptorum jndicum fideliter de verbo ad verbum, nihil addito, detracto sen diminuto, in puplicam formam scribere et redigere cnravi et nostro consneto signo signavi, eo quod cum ipsis judicibns dictnm autenticum et originale privilegium vidi, tenni atque legi, anno, mense et indictione proscriptis. Leonartus Brundusii judex; Johannes Cleripa interfuit; Rogerius Pironcus; Gualterins jndex Brundusii; Johannes de Notario Latone puplicus Brundusii notarius; Vitus puplicus Brundusii notarins; Thomasius puplicus Brundnsii notarins.

Mense madii... Sabinensis episcopus et Thomas Sanctae Sabinae cardinalis pro absolutione imperatoris in regnum veniunt, praemittentes ad ipsum imperatorem magistrum domus Alemannorum qui venisse cardinales annunciet ipsumque imperatorem ut veniat versus Capuam accelerare debeat... Tunc imperatoris jussu fossata et muri Fogiae, Casalis novi et Sancti Severi (1) replentur et sternuntur ad solum. Quod cum ipsis cardinalibus innotesceret qui praevenire imperatorem voluerant versus Capuam properantes, a Capuae, 30 maii

(1) Quae urbes, necnon Civitas et Larinum, antea rebelles ad mercedem imperatoris mense martio redierant. Cf. RICC. DE S. GERM., *Chron. ad. ann.* De Foggia, vid. supra, p. 156, not. 1. — Pertinet autem ad Sanctum Severum hic Riccardi de S. Germ. locus: « In Apulia illis » diebus (julio vel augusto 1229) quidam Paulus de Logotheta imperialis justiciarius membratim trucidatus est ab his qui odio imperatorem habebant. » Nempe ad ann. 1238, imperator rem ita memorat: « Casale vero Sancti Severi.... fuit justo destructum quia homines » illius loci tempore perturbationis occiderunt Paulum de Longothan (*sic*) bajulum imperatoris et armenta imperialia diripuerunt. » MATT. PARIS., *Hist. maj. Anglor.*, p. 333.

Teano ad Sanctum Germanum reversi, praelatos omnes (1)... redire Ceperanum jusserunt, et ipsi se mox... Capuam contulerunt, ubi penultimo madii ad eos veniens imperator (2), cum formam non acceptaret concordiae quia Santagatensem et Gaietam retinere volebat ecclesia, recedentes a Capua Suessam se conferunt cardinales. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

Capuae, 3 junii.

Fridericus, Romanorum imperator, capitulo Luccensi mandat ut exequendam curet sententiam quamdam per judicem delegatum ab Everardo d'Estac castellano Sancti Miniatis latam in favorem Bindanis (seu Bidonis) Pisarum civis et filii ejus contra Corsum et Gerardinum de quibusdam terris et possessionibus in Massagrosa positis.

(Inedit. ex archiv. capit. S. Mart. Lucc., lib. Chartac. vetust. LL. 6, fol. 14.)

---

(1) Scilicet praelati profugi qui sub spe compositionis factae usque ad Sanctum Germanum venerant. Isto autem imperialis irae testimonio territi, regno exire statim decreverunt.

(2) Ad hoc tempus reponendum censemus fragmentum *Contin. Guill. Tyr.* (edit. Guizot, p. 432), magni super rebus Syriacis momenti et utique non praetereundum : « En cel point que » l'empereor se parti de la terre de Surie et de Chipre, Aelis la roine de Chipre mere le roi » Henri vint en Acre et requist le roiaume de Jerusalem, com le plus droit hoir qui fust aparant du roi Aemeri son aiol. Les gens de la terre orent conseil et li respondirent qu'il estoient homes de l'empereor Frederic qui tenoit la terre par le baliage de son fil Coraut, » porquoi ne pooient mie faire ce com lor requeroit; mes porce qu'il n'avoient onques veu » celui sien fil Coraut ne il n'avoient este present u royaume, il manderoient à l'empereor » que dedens un an lor mandast Coraut son fil, et s'il l'enveoit il le garderoient come lor seignor, » ou se ce non il feroient vers lui ce qu'il devroient. Et por ceste chose faire a l'empereor » envoioient message deus chevaliers : l'un fut Giefroi Litors qui estoit né du païs et li autres » fut Johan de Bailluel (Bailleul), qui fu né de Flandres. Cil diu passerent en Puille en » une galie et arriverent a Brandis et d'iluec alerent tant qu'il trouverent l'empereor a Saint » Lorens que s'en aloient a Capes. Si com vos avez oi, il distrent lor message; a quoi il respondist que il feroit dedens brief tans ce qu'il devroit. »

Fridericus Romanorum imperator, semper augustus, Ierusalem et Sicilie rex, capitulǫ Lucensi et ecclesie, fidelibus snis, gratiam suam et bonam voluntatem. Bindane, Pisarum civis, fidelis noster, pro parte sua et filii sui majestati nostre exposuit conquerendo quod cum per Robertum judicem delegatum ab Everardo d'Estac castellano Sancti Miniatis (1), fideli nostro, super

---

(1) Super rebus in Tuscia gestis anno praecedente ab Everardo isto Raynaldi ducis Spoleti vicario lucem quamdam afferunt tria documenta inedita in archivo comm. Senarum reperta (*Pergam.*, t. III, n[is] 206, 196, 197) sub authentico notarii Talomei ann. MCCXXXI (*leg.* 1232), indictione quinta, V kal. martii. Quae sunt ita :

« I. In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo CCXXVIIII, imperante domino Friderico secundo Romanorum imperatore augusto, XI° kalendas junii (22 maii), indictione secunda, dominus Everardus de Estac castellanus Sancti Miniatis, domini Raynaldi ducis Spoleti imperialis aule Tuscie legati vicarius, publice exbannivit homines Mentis Politiani comuniter et divisim in avere et persona pro eo quod requisiti ab eo ut essent ad mandatum suum de discordia que erat inter comune et populum dicti castri ex una parte et milites ejusdem terre ex altera, et comune mandatis ejus pro hiis esse vel parere noluerunt, et quicumque ipsos offenderit in avere vel persona auctoriatate imperiali qua fungebatur statuit eos, scilicet quos (*leg.* qui) offenderint homines dicti castri, esse impunes. Actum in burgo Sancti Quirici coram Johanne Regino judice, Rainerio Codennaccii, Rainerio Alberti, Ranuccio Orlandi, Matheo et Johanne notariis, et Ardouino, Friderico et Wuarnerio Theutonicis, et aliis multis testibus ad predicta. — Ego Altimannus imperialis aule notarius predictis interfui et mandato dicti domini Everardi hec scripsi et publicavi.

» II. In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo ducentesime vigesime octavo (*recte* nono), imperante domino Friderico Romanorum [imperatore], mense junii, XVII kalendas julii (16 junii), indictione secunda. Ex hac publica licterarum serie cunctis evidenter appareat quod dominus Everardus de Estac castellanus Sancti Miniatis et domini Rainaldi ducis Spoleti in Thuscia vicarius exbannivit publice homines et comune Montis Pelitiani in personis et rebus et eos imperiali banne subposuit, scilicet duorum millium marcarum argenti, pro eo quod cum vellet eos [esse] ad mandatum suum pro honore et statu imperii et pace in Thuscia reformanda, et homines dicti comunis ob hoc mandatum suum jurassent, et mandatis ejus nullatim (*sic*) paruerunt, immo degerarunt, et contra nuntios suos enormiter venerunt et verba turpissima protulerunt contra eos. Actum in burgo Sancti Quirici juxta plebem coram comite Panochia, Johanne de Regio judice, Rainerie Codepnacci, Renalde judice, Acharisie Petri, Rainerie Zacconis, et aliis pluribus testibus rogatis et vocatis. — Ego Altimannus, *ut supra*.

» III. In nomine Domini amen. Anno Domini millesimo CCXXVIII[I], mense junii, XV kalendas julii (18 junii), domino Friderico secunde imperante, indictione secunda. Hujus publici instrumenti serie cunctis evidenter appareat quod dominus Everardus de Estat castellanus Sancti Miniati et nunc domini Rainaldi ducis Spoleti in Thuscia vicarius precepit ore

causam appellationis ad eumdem Everardum interposite contra Corsum et Gerardinum, filios ac nuntios eorum, de quibusdam terris et possessionibus positis in Massagrosa, pro eis sit sententia promulgata, propter potentiam ac evidentem malitiam adversariorum predictorum Bidonis (*sic*) et filii ejus sententia ipsa, prout extitit juste lata, non potuit executioni mandari. Verum cum nil valeret ferre sententiam nisi ejus executio sequeretur, et quia singulis imperii nostri fidelibus in suis justitiis tenemur adesse, fidelitati vestre firmiter precipiendo mandamus quatinus cum dicte possessiones super quibus sententia lata fuit sub jurisdictione vestra existere videantur, viso prius et diligenter inspecto tenore predicte sententie, dictam sententiam, prout juste lata fuit, executioni debite demandare curetis, defendentes ipsos in possessionem rerum istarum assignatam scilicet per nuntium dicti Everardi juxta tenorem sententie ipsius; et ecce quod damus potestati Lucensi nostris litteris in mandatis ut in defectu vestro sententiam ipsam debeat executioni mandare.

Datum Capue, III° junii, III° indictione.

Capuae. 14 junii. Fridericus, Romanorum imperator, Stadensibus scribit laudans eos quod auxilium ordini Theutonicorum contulerint, simulque mandat ut in posterum eumdem ordinem protegant et in utilitatibus ejus promoveant.

» ad os domino Ugoni Ugolini de Castello, Senensi potestati, ad penam duorum millium mar-
» carum argenti ut homines et comune castri Montis Pulciani de cetero habeat et teneat pro
» exbannitis et inimicis imperii et eos communiter et divisim offendat et offendi faciat pro
» posse suo et comunis Senensis in personis et rebus, et guerram faciat, et devastet et capiat
» tanquam inimicos et exbannitos imperii et rebelles, pro eo quod preterquam juraverunt
» parere et stare mandatis ejus non paruerunt et immo degerarunt. Actum in civitate Senis,
» in domo filiorum Albertini Ostiarii, presentibus Malpillio de Sancto Miniate, Johanne de Regio,
» Matheo de Sancto Miniate, Arduino Theutonico, et pluribus aliis testibus rogatis et vocatis.
» — Ego Altimannus, *ut supra*.

(Memorat. ap. BOEHMERUM, *Regesta imperii*, pars 1ª, p. 144, nº 665, ex originali in archivo Bremensi.)

Datum Capue, anno dominice incarnationis MCCXXX, XIV junii, tertie indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, Cesareo archiepiscopo Salernitano mandat ut castrum Olibani fratri Hermanno magistro hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum custodiendum assignare debeat, salvo jure dominii ecclesiae Salernitanae super ipsum castrum, donec pax inter se et Romanam ecclesiam reformetur, nisi velit archiepiscopus per castellanum et servientes non suspectos ipsum recipere et custodire. Apud Sanctum Germanum, 20 julii.

(Inedit. in archiv. archiepisc. Salern., Regest. I, fol. 838, ubi registratur ex origin. in pergamena ap. archiv. capit. — Quod quidem non est originale mandati, sed transumpti cujusdam in formam publicam redacti anno Domini MCCLX, regni Manfredi anno tertio, mense augusti, tertia indictione, in quo mandatum Friderici secundi in charta bombycina scriptum, propter fragilitatem ipsius, a judicibus Salerni ad requisitionem archiepiscopi inseritur.)

Federicus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, [Cesareo] venerabili archiepiscopo Salernitano fideli suo gratiam suam et bonam voluntatem. Quia malitia temporis perurgente de beneplacito nostro procedit ut castrum Olibani, quod est ecclesie Salernitane in qua preesse dignosceris, pro statu regni pacifico conservando per fratrem Hermannum magistrum hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem, donec inter nos et sanctam Romanam ecclesiam matrem nostram plena pax et concordia reformetur, pro parte et nomine tuo et ecclesie tue cum sumptibus ipsius ecclesie ad honorem et fidelitatem nostram debeat custodiri; fidelitatem tuam rogamus mandantes quatenus

castrum ipsum, salvo tibi et ecclesie tue in perpetuum omni jure dominii tam super proprietate qnam super possessione vassallorum, possessionum, reddituum et omnium bonorum ejusdem, ipsi magistro predicto, ad custodiendum tamen eo modo ut dictum est, debeas assignare. Interim tantnm si per castellanum et servientes nostre excellentie non suspectos per te in eo ponendos ipsum recipere et custodire volueris, placet majestati nostre et volumus nt idem magister illud tibi et Ecclesie tue debeat assignare.

Datum apud Sanctum Germanum, XX julii, III indictione.

Apud Sanctum Germanum, 24 julii.

Fridericus, Romanorum imperator, propter violentias quae occasione torneiamentorum committi solent, civibus Lubicensibus mandat ne in ipsorum civitate aliqua torneiamenta fieri permittant.

(Edit. ap. *Cod. diplomat. Lubec.*, Pars 1ª, p. 58, nº XLVII, ex originali chartaceo, cui restant a tergo sigilli cerei vestigia. Cum sit fere omnino corrosum, quae supplentur uncis inclusimus.)

[F. Dei gratia Romanorum imperator], semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, advocato [et consulibus civitatis Lubicensis]. . . . . Quia sepe contingit quod in civitatibus et villis [ubi torneiamenta habentur]. . . . . per violationes matronarum et virginum, rixas et incen[dia], male[ficiis. . . . . ac vio]lentiis hujusmodi civitati nostre Lubicensi cautius obviarę. . . . . Itaque vestre [discretioni jurium], immunitatum et privilegiorum nostrorum que a nobis et imperio tenetis [intuitu mandamus] quatinus principes, comites, barones et milites se in torneiamento f. . . . . nullatenus receptetis, nec aliqua [tor]neiamenta in vestra [civitate]. . . . . fieri permittatis.

Datum [apud Sanctum Germ]anum, XXIIIIº julii, IIIª i[ndictione].

Fridericus, Romanorum imperator, petente Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi, instrumentum donationis ejus sibi oblatum approbat et confirmat, quo idem archiepiscopus cavit ne advocatia possessionum capituli ipsius in Halle, Pettingen, Saldorf, Kiemkev et Sundergut, tunc vacans, ad manum alienam, praeter manus archiepiscoporum, postea transferatur.

Apud Sanctum Germanum, julio.

(Edit. in LUNIG, *Spicileg. ecclesiast.* continuat. III, sive operis tom. XXI, p. 768. — HANSIZ, *German. sacr.*, tom. II, p. 331. — *Monum. Boic.*, tom. XXX, p. 162-163, num. DCXCIII; ex origin. in arch. comit. de Ortenburg, unde sigillum in ora inferiori nonnihil laesum appendet ex filis sericis flavi et rubri coloris.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Si divine majestatis intuitu per quam feliciter imperamus ecclesiarum saluti et commodo pia provisione consulimus, celsitudinis nostre titulos ampliamus et celestium beneficiorum memores quibus affluimus de premio retributionis eterne firmam spem et fiduciam optinemus. Ea propter universis imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris volumus esse notum quod Eberhardus, venerabilis Salzburgensis archiepiscopus, dilectus princeps noster, coram eminentie nostre presentia constitutus exposuit quod cum advocatia possessionum capituli sui in Halle, Pettingen, Saldorf, Kiemkev et Sundergut cum suis pertinentiis vacare ceperit, ne per advocatorum malitiam ecclesie sue capitulum sicut hactenus bonorum suorum dispendium aut jacturam incurreret, jure infeudandi quod ad eum spectabat renunciavit ut eandem advocatiam ipse ac successores sui semper in manibus suis retineant nec ad manum transferant alienam, et super eo confici fecit publicum instrumentum. Propter quod nostre celsitudini supplicavit ut instrumentum donationis hujusmodi capi-

tulo suo indultum et ea que continentur in ipso confirmare de nostra gratia dignaremur. Nos igitur attendentes ipsius archiepiscopi gratam et laudabilem fidem et sinceram obsequiorum suorum instantiam quibus excellentie nostre assidue placere curavit, considerantes etiam ex hoc ecclesie sue utilitates multiplices et profectus, quod super hoc ab eodem archiepiscopo provide factum est, sicut in eisdem litteris inde confectis plenius continetur, de speciali munificentie nostre gratia perpetuo confirmamus. Statuimus igitur et imperiali sanccimus edicto quatenus amodo nulla persona sit, alta vel humilis, ecclesiastica seu mundana, que contra presentem confirmationem nostram ullo unquam tempore venire presumat. Quod qui presumpserit preter indignationem nostram centum libras auri componat, medietatem camere nostre, reliquam passis injuriam soluturus. Ad hujus itaque nostre confirmationis memoriam et ut hec omnia rata semper et illibata permaneant presens inde privilegium fieri fecimus et sigillo nostro jussimus communiri.

Testes sunt hujus rei Sifridus Ratisponensis episcopus, Karolus Secowensis episcopus, Liupoldus dux Austrie et Stirie (1), Bernhardus Carinthie, Otto Meranie duces, Rapoto comes palatinus Bawarie, Heinricus

---

(1) His autem diebus dux iste, adhuc infecto cui manus dederat negotio pacis, post brevem ut videtur morbum obiit. « Limpuldus dux Austriae et Stiriae die dominico in festo sancti Nazarii et Celsi (28 julii) apud Sanctum Germanum naturali morte defecit, cujus ossa delata sunt more theutonico in Theutoniam et caro apud Cassinum cum honorificentia tumulata. » Ricc. de S. Germ., *Chron. ad ann.* Huc pertinet epistola quaedam inedita (cui et a quo scripta fuerit nescimus) reperta in cod. praecipuae Bibliot. Paris. 8604, lib. VII, fol. 60 v°: « Princeps regum terre in cujus manu sunt hominum potestates ac etiam mors et vita, qui aufert spiritum principum et in regno hominum dominatur, nuper de medio substulit clare memorie ducem Austrie virum utique pacis amicum, virum concordie zelatorem, cujus corpus jam pro parte in Cassinense monasterio recepit sepulturam et in parte quo longi tractu itineris ferri potest defertur ad propria, tristi principio funeris exibendo. Porro paternitatis vestre dulcedini supplicamus ut circa predictos in securo conductu sic vestra benignitas in affectum prosiliat et effectum, quod etiam defuncti ossibus non desit humanitas et vivis saltim in hoc consolationis remedium procuretur. Ad hec supplicantes adjicimus ut justas supplicationes quas pro... filio ejus et terra sua vobis offerri contingerint ad exauditionis gratiam si placuerint admittatis, ut sic apud vos dux predictus in suis etiam post obitum quodammodo vivere videatur. »

frater ejus comes de Ortenburc, Chuno de Weruen, Gerhohus de Salzburc, Ulricus et alii quam plures.

Signum domini Friderici secundi invictissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jherusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta sunt hec apud Sanctum Germanum, anno Domini M° CC° XXX°, mense augusto (1), indictione III°, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, imperii ejus anno X°, regni Jerusalem V° et Sicilie anno XXX°III°, feliciter. Amen.

Fridericus, Romanorum imperator, confirmat cessionem ab Oddone duce Meraniae factam Bertholdo patriarchae Aquilegiensi fratri ejus de omni jure quod in marchia et comitatu Istriae et in Carniola requirere poterat. Apud Sanctum Germanum, julio.

(Memorat. et extract. apud RUBEIS, *Monum. eccles. Aquileg.*, col. 697; et ap. LIRUTI, *Notizie del Friuli*, t. IV, p. 201. Addimus nomina testium ex BOEHMERO, *Regest.*, p. 145, n° 669.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Federicus secundus, divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Quia labilis est humanarum rerum memoria nisi rei geste series scripture perpetuitate notetur, ideo que in presentia nostra coram subscriptis principibus et viris nobilibus inter dilectos principes nostros Bertholdum venerabilem patriarcham Aquilejensem et Oddonem ducem Meranie fratrem ejus facta sunt et dicti Oddonis obligatione firmata dignum duximus auctoritate nostra prosequi et presentis divalis pagine me-

---

(1) Cum dux Austriae Liupoldus qui vigesimo octavo die julii obiit, primus inter laicos hujus privilegii testes nominetur, et insuper imperator Sanctum Germanum exeunte julio jam reliquerit, non dubitandum quin datum *mense augusto* pro *mense julio* per notarii negligentiam apud originale irrepserit.

morie commendare. [Tnm Otto cedere ac remittere Bertholdo dicitnr in perpetuum et eidem sedi Aquilejensi omne jns et questionem (1) que contra eum in marchia et comitatu Istrie et in Carniola reqnirere poterat et si quid juris in eis videbatur habere.]

Sequitur mentio bullae aureae et testium, scilicet : Eberhardns archiepiscopus Salzeburgensis, Sifridus Ratisponensis episcopns, Cnnradus Tergestinus episcopns, Karolus Secowensis episcopus,... rex Thessalonicensis (2), Bernhardns dux Karinthie *et caeteri*.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXX, mense julii, III indictione, imperante domino nostro Friderico Dei gratia. . . . . . . Romanorum imperatore, semper augusto, Hierusalem et Sicilie rege invictissimo, imperii Romani ejus anno X, regni vero Hierusalem V, regni vero Sicilie XXXII (*a*), feliciter. Amen.

Datum apnd Sanctum Germannm, anno, mense et indictione prescriptis.

[Apud Sanctum Germanum, julio.] Tunc quidam frater Gualo mittitur de ordine praedicatorum forma concordiae acceptata, et ipse papa urbem exiens venit apud Cryptam Ferratam. Imperator vero de Capua jam venerat ad Sanctum Germanum ubi dictus frater Gualo in hora serotina allocutus est ipsum, et ad verbum illius satisfacere ecclesiae annuit imperator. Propter quod in signum laetitiae in Sancto Germano sunt per

(*a*) Sic : recte autem *XXXIII.*

---

(1) Scilicet propter successionem tertii eorum fratris Henrici marchionis Istriae, anno 1228 defuncti. Cf. Hormayr, *Werke*, t. III, p. 339.

(2) Is est Demetrius de Monteferrato, qui hoc eodem anno mense septembri vel octobri Meifiae obiit ut monet. Ricc. de S. Germ.; relicto testamento quo regnum suum Thessalonicense imperatori Friderico legabat. Cf. Benven. de S. Georgio ap. Muratori, *Script.*, t. XXIII, col. 385. Unde clare liquet istum non fuisse defunctum ann. 1227, sicut scriptores recentiores referunt.

omnes ecclesias signa pulsata, et idem frater Gualo ad papam quem apud Anagniam reperit sub festinantia remeavit. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

Series instrumentorum in quibus continetur forma pacis inter ecclesiam Romanam et Fridericum imperatorem apud Sanctum Germanum initae.

(Edidit integre PERTZ, *Monum. hist. Germ.*, t. IV, p. 269-272, ex Regest. Gregor. IX, in arch. Vaticano. — Quorum instrumentorum quaedam scilicet numeri I, II et III, apud RAYNALD., *Annal. eccles.*, ad ann. 1230, idem numerus II ap. LUNIG, *Cod. Ital. diplom.*, t. II, p. 875, et numerus V apud RICCARD. DE S. GERM. in *Chronico* reperiuntur, minus tamen absolute seu correcte. Ordinem in Regestis paululum turbatum et a Pertz restitutum hic servavimus, nisi quod ad finem numeri VII cautionem Eberhardi et aliorum, licet posteriorem, exhibemus.)

I.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Notum facimus universis quod nos pro omnibus pro quibus excommunicati sumus, tactis sacrosanctis evangeliis, juramus coram vobis dominis Johanne venerabili episcopo Sabinensi et Thoma tituli Sancte Sabine venerabili presbytero cardinali, apostolice sedis legatis, vice reverendissimi patris domini Gregorii Dei gratia summi pontificis recipientibus, stare precise mandatis Ecclesie et sine aliqua conditione secundum formam Ecclesie. Ne igitur id revocetur in dubium, presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri. Apud Sanctum Germanum, .. julii

Data apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis M.CC.XXX, die ... mensis julii, tertie indictionis.

II.

Apud Sanctum Germanum, .. julii.

Fredericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper angustns, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis quod inter sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram et nos convenit quod de communi voluntate tractabitur de via invenienda qualiter ad nos cum honore ejusdem sancte matris Ecclesie revertantur Gaietana et Sancte Agathe civitates et omnes cum bonis suis de regno nostro Sicilie quos Ecclesia in sna fide recepit et in Ecclesie devotione perdurant; ad quem tractatum datus est annus nisi ante via valeat inveniri. Ad quam inveniendam dicta mater Ecclesia cnram et sollicitudinem adhibere promisit, nec terminus nisi de consensu partium ulterius prorogabitur. Sed si, quod absit, infra dictnm terminum via inventa non fnerit, ex tnnc per arbitros interim eligendos procedetnr in via ut dictum est invenienda. Quorum duo sint ex parte Ecclesie et duo ex parte nostra, qni si concordare non poterunt quintum eligant et dicto majoris partis stabitur. Prestamus itaque juramentum per Themasium comitem Acerrarum dilectum fidelem nostrum in anima nostra et de mandato nostro jurantem quod interim predictas terras et homines non offendemus in personis et rebus nec a nostris permittemus offendi, et viam que invenietur per communem tractatum ejusdem matris Ecclesie et nostrum vel per arbitrium observabimus. Ad cujus rei evidentiam presens scriptnm fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimns communiri.

Data apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, die ... mensis julii, tertie indictionis.

III.

Apud Sanctum Germanum, .. julii.

Fridericus, Dei gratia Romanorum imperator, semper angustus, Hierusalem et Sicilie rex. Per presens scriptnm notum facimus nniversis quod nos remittimns omnem offensam et penam Theutonicis, Lombardis, Tnscis, et hominibus regni generaliter, et Gallicis, et omnibus aliis qui Ecclesie

contra nos adheserunt, et per Thomasium comitem Acerrarum dilectum fidelem nostrum facimus in anima nostra jurare quod predictos nullo tempore offendemus vel faciemus offendi pro eo quod Romane ecclesie contra nos orta discordia assisterunt, et quod pacem Ecclesie et eis observabimus. Remittimus etiam sententias, constitutiones et banna si qua per nos vel per alios lata vel edita sunt occasione hujusmodi contra eos. Promittimus etiam quod terras Ecclesie in Ducatu vel Marchia seu alio patrimonio Ecclesie non invademus nec devastabimus per nos vel per alios. Ad cujus rei evidentiam presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Data apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, die ... mensis julii, tertie indictionis.

IV.

L. miseratione divina Reginus et ... Barensis archiepiscopi, ... episcopus Reginus et ... abbas Casemarii universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Noverit universitas vestra quod cum venerabiles patres domini Johannes Sabinensis episcopus et Thomas tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice Sedis legati, domino imperatori misissent per magistrum Bartholomeum capellanum domini Pape et magistrum P. capellanum predicti episcopi Sabinensis ut terram quam Margaritus tenuerat et occupata dicebatur, postquam a domino papa recesserunt pro componenda pace venientes, eidem Margarito faceret plene restitui, idem Margaritus a domino imperatore vocatus coram nobis et eisdem nuntiis et pluribus aliis spontanee recognovit se dudum antequam venirent eidem imperatori jurasse et se ac sua exposuisse ad ipsius beneplacita voluntatis, recognoscens se eumdem imperatorem velle habere in dominum suum et non alium, et eidem imperatori priusquam papa scriberet litteras ut eum in suam gratiam reciperet direxisse. Apud Sanctum Germanum, 21 julii.

Data apud Sanctum Germanum, XII kalendas augusti.

V.

Apud Sanctum Germanum, 23 julii.

In nomine Domini amen. Bertoldus Aquilegiensis patriarcha, Eberhardus archiepiscopus Salzeburgensis, Siffridus episcopus Ratisponensis, Liupuldus Austrie ac Stirie, Bernardus Carinthie et Ottho Meranie duces, Dei gratia principes imperii. Per presens scriptum notum fieri volumus universis quod inter sacrosanctam Romanam ecclesiam matrem nostram et dominam et serenissimum dominum nostrum Fridericum Romanorum imperatorem semper augustum Hierusalem et Sicilie regem convenit, quod de communi voluntate predicte matris Ecclesie et domini nostri imperatoris tractabitur de via invenienda qualiter ad ipsum dominum imperatorem cum honore Ecclesie Gajetana et Sancte Agathe civitates et omnes cum bonis suis de regno Sicilie, quos in fide sua recepit Ecclesia et in Ecclesie devotione perdurant, revertantur. Ad quem tractatum datus est annus nisi antea via valeat inveniri, ad quam inveniendam dicta mater Ecclesia curam et sollicitudinem adhibere promisit, nec ultra terminum, nisi de consensu partium, prorogabitur; sed si, quod absit, infra dictum terminum via inveniri non posset, ex tunc per arbitros communiter eligendos procedetur in via ut dictum est invenienda : quorum sint duo ex parte Ecclesie et duo ex parte domini imperatoris. Qui si concordare non poterunt quintum eligent et dicto majoris partis stabitur. Prestitit autem dominus imperator juramentum per Thomam de Aquino Acerrarum comitem de mandato suo in anima sua jurantem quod interim predictas terras et homines non offendet in personis et rebus nec permittet offendi a suis, et viam que invenietur per communem tractatum sancte Romane ecclesie et ejusdem domini imperatoris vel per arbitros ipse dominus imperator observabit. Notum quoque facimus quod dominus imperator remittit omnem offensam et penam Theutonicis, Lombardis, Tuscis, et hominibus de regno Sicilie generaliter, et Gallicis, et omnibus aliis qui contra eum Romane ecclesie adheserunt, ac dictum Acerrarum comitem fecit jurare in anima sua quod nullo unquam tempore predictos offendet nec permittet offendi pro eo quod contra eum orta discordia

Romane ecclesie assisterunt, sed pacem eis ac Ecclesie observabit. Remittit etiam ipse dominus imperator sententias, constitutiones et banna, si qua per eum vel per alios lata vel edita sunt occasione hujusmodi contra eos. Promittit etiam quod terras Ecclesie in Ducatu et Marchia seu alio patrimonio Ecclesie non invadet nec devastabit per se vel per alios, sicut in scriptis ab ipso domino imperatore factis super predictis omnibus et bullis aureis impressis ac typariis sue majestatis munitis plenarie continetur. Nos autem nihilominus tactis sacrosanctis evangeliis juravimus procurare bona fide quod predictus dominus imperator predicta servabit et contra ea non veniet; quod si fieret, nisi infra tres menses in regno Sicilie, infra quatuor in Italia, infra quinque extra Italiam duxerit emendandum, potenter ac patenter ad requisitionem Ecclesie assistemus ei contra eumdem dominum imperatorem donec satisfecerit. Quod si per dominum nostrum imperatorem steterit quod arbitros non elegerit vel arbitros impediverit ne procedant, nos Ecclesie tenebimur assistere, ut est scriptum. Si autem Ecclesia arbitros dare noluerit vel datos impediverit ne procedant, nos ex tunc, quantum ad hunc articulum, predicto non tenebimur juramento. Ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri fecimus sigillis nostris communitum.

Datum apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, mense julii, XXIII° die mensis ejusdem, indictione III°.

VI.

B. Dei gratia patriarcha Aquilegensis,... archiepiscopus Salzeburgensis,... episcopus Ratisponensis, universis presentes litteras inspecturis salutem in Domino. Quoniam in rebus dignis memoria veritatem nec tacere possumus nec debemus, cum occultatio veritatis et falsitatis assertio non multum distet in culpa, ad communem deducimus notitiam ea que in negotio absolutionis serenissimi imperatoris Romanorum semper augusti Jerusalem et Sicilie regis acta sunt et dicta a venerabilibus patribus Johanne Dei gratia Sabinensi episcopo et Thoma tituli Sancte Sabine presbytero cardinali, apostolice Sedis legatis, apud Sanctum Germanum, Apud Sanctum Germanum, 23 julii.

nobis presentibus et aliis multis prelatis, principibus et baronibus imperii et regni Sicilie (1). Si quidem eisdem venerabilibus in Christo patribus ad recipiendum domini imperatoris juramentum residentibus lecte sunt in publico cause propter quas predictus imperator auctoritate Sedis apostolice excommunicationis vinculo tenebatur astrictus, sicut est inferius annotatum. Excommunicatus est quia contra excommunicationis sententiam a venerabili fratre bone memorie P. et dilecto filio G. tituli Sancti Martini presbytero cardinali de voluntate et assensu suo auctoritate apostolice Sedis latam, ad terminum quem sibi prefixit non transfretavit sicut promisit, et quia promissum numerum militum suis expensis non misit vel tenuit pro subsidio terre sancte, et quia statutis ab ipso terminis in terram sanctam promissam pecuniam non direxit. Item quia ab oppressionibus et spoliationibus ecclesiarum et personarum ecclesiasticarum et conculcatione ecclesiastice libertatis monitus non destitit. Item quia Templarios et Hospitalarios bonis mobilibus et immobilibus que habebant in regno temere spoliavit. Item quia ab oppressione pupillorum, orphanorum et viduarum seu nobilium et aliorum hominum de regno vel destructione ipsius quod ad Romanam ecclesiam noscitur specialiter pertinere, pro quo Romane ecclesie juramentum fidelitatis exhibuit et homagium prestitit, monitus non cessavit. Item quia Tharentinum archiepiscopum ad sedem propriam et ejus populum accedere non permittit. Item quia comitem Rogerium sub apostolice Sedis protectione receptum comitatu et terris suis penitus spoliavit. Item quia compositionem factam inter comites Celanenses ac Rainaldum de Aversa, pro cujus observatione ecclesia Romana ad ejus instantiam fidejussit, servare contempsit. Item quia excommunicati fuerunt omnes et singuli quorum auctoritate, consilio, auxilio vel favore patrimonium Ecclesie in Marchia vel alibi fuit occupatum vel detentum. Item excommunicatus est pro violenta manuum

(1) De regno Siciliae, scilicet Panormitano, Regino et Barensi archiepiscopis, Cassinensi, Casemarii et Sancti Vincentii abbatibus, praelatis aliis qui causa metus de regno secesserant, Raynaldo duce Spoleti, Thoma de Aquino Acerrarum comite, Henrico de Morra magistro justitiario, aliisque regni justitiariis.

injectione in clericos facta et personas ecclesiasticas. Postmodum dominus imperator juramentum prestitit, sicut in suis litteris aurea bulla munitis et in communi perlectis audientia continetur. Recepto autem domini imperatoris juramento, domini cardinales predicti eidem domino imperatori tale dederunt mandatum : — Nos Johannes Sabinensis episcopus et Thomas tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis vice domini pape mandamus domino Friderico imperatori sub debito prestiti juramenti ut ipse restituat quicquid occupatum est per ipsum vel ministros suos in Marchia vel Ducatu seu in alio patrimonio Ecclesie, et quicquid occupatum est per ipsum vel per bajulos suos seu ministros de castris seu possessionibus monasteriorum, specialiter monasterii Sancti Quirici de Introduco, ecclesiarum, Templariorum, Hospitalariorum, baronum et aliorum nobilium et ceterorum qui Ecclesie in hoc negotio adheserunt, et quod restituat Tharentinum archiepiscopum, omnes episcopos et prelatos qui sunt exules ad sedes et loca sua et ad omnia bona sua extantia ; adjicientes in fine : Hec igitur supradicta mandamus ad presens alia suo tempore mandaturi. In cujus rei testimonium presens scriptum fecimus sigillorum nostrorum munimine roborari.

Data apud Sanctum Germanum, die martis ante festum beati Jacobi apostoli, anno Domini M. CC. XXX, mense julio.

VII.

In nomine Domini, amen. Bertholdus Aquilejensis patriarcha, Eberhardus archiepiscopus Salzeburgensis, Sifridus episcopus Ratisponensis, Bernhardus Karinthie, Otto Meranie duces, Dei gratia principes imperii, universis scripti hujus inspectoribus salutem in Domino. Noverint universi quod nos dominis Johanni Sabinensi episcopo et Thome tituli Sancte Sabine presbytero cardinali vice venerabilis patris nostri domini pape recipientibus promisimus firmiter nos curare et bona fide dare operam quod dominus noster imperator omne id quod tenet de Marchia et Ducatu plene restituat sancte Romane ecclesie, et exinde nos fidejussores constituimus, obligantes fidejussorio nomine pro restitutione predicta.

Apud Sanctum Germanum, 23 julii.

Acta sunt hec apud Sanctum Germanum, anno dominice incarnationis MCCXXX.

Data ibidem, V kalendas augusti, indictione III.

[Extat etenim infra cautio quae sequitur :]

Eberhardus Dei gratia Salzeburgensis archiepiscopus, Siffridus eadem gratia Ratisponensis episcopus, Bernhardus dux Karinthie, omnibus hujus scripti inspectoribus. Noverint universi quod nos Gerhodum de Salzeburch in animam nostram jurare fecimus quod bona fide servabimus fidejussionem quam fecimus pro restitutione Marchie et Ducatus, secundum quod in litteris nostris et venerabilis patris Aquilegensis patriarche et nobilis ducis Meranie continetur.

Data Ceperani, V kalendas septembris, indictione tertia.

Aquini, 31 julii. Ap. Roccam Arcis, 1ª augusti. Prope Ceperanum, 7 augusti circiter.

Imperator ultimo die mensis julii de Sancto Germano exiens in hora vespertina Aquinum se contulit. Mense augusti die prima imperator ad Roccam Arcis se contulit. Qui tunc castrum Pontis Curvi et Pedemontis et Castellum Novum restitui mandat abbati Casinensi a dominis Aquini qui ea servabant ad opus suum. Sabinensis episcopus et cardinalis Sanctae Sabinae die lunae quinto intrante augusto recedentes de Sancto Germano Ceperanum se conferunt; ad quos vadit ipse imperator et exterius castrametatus est, praecepitque militibus suis ostentationem facere in equis et armis. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

Sequitur series instrumentorum in quibus continetur forma pacis inter ecclesiam Romanam et Fridericum imperatorem apud Ceperanum conclusae et absolutionis ejusdem imperatoris.

(Edidit integre PERTZ, *Monum. hist. Germ.*, t. IV, p. 272-274; ex Regest. Gregor. IX, in arch. Vatican., quorum instrumentorum quaedam scilicet numerus XI ap. RICCARD. DE S. GERM., *in Chronico;* numerus VIII ap. RAYNALD. *Annal. eccles.*, *ad ann.*, § VI; idemque et numerus IX ap. HENNES, *Cod. ord. Theuton.*, p. 87-88, n[is] 78-79 reperiuntur. Ordinem apud Pertz asservatum paululum hic mutavimus, ad clariorem, ut arbitramur, rerum seriem.)

VIII.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod nos fecimus assignari in manibns fratris Hermanni venerabilis magistri domus Sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem, fidelis nostri, castra subscripta, videlicet castrnm Celi, Roccam Willielmi, Roccam de Bantra, Roccam Presentiani, Roccam Sancti Angeli de Rupe Canina, Roccam montis Dragonis, castrum Atini et Petram de Tocco: que omnia dictus magister tenebit nomine romane Ecclesie in expensis nostris, in cautionem scilicet et securitatem quod nos dabimns fidejussoriam cautionem bona fide infra terminnm octo mensium snb illa forma que in tractatu pacis coutinetnr. Qua fidejussoria cautione prestita, idem magister resignabit nobis eadem castra vel cui nos precipiemus. Ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri fecimus et sigillo nostro communiri. Datum in castris prope Ceperanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, mense augusto, tertie indictionis. In castris prope Ceperanum, augusto.

Notnm sit universis presentes litteras inspecturis quod nos frater Hermannus, hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem magister, recepimus castrum Celi, Roccam Willielmi, Roccam de Bautra, Roccam Presentiani, Roccam Sancti Angeli de Rupe Canina, Roccam moutis Draconis, castrum Atini et Petram de Tocco, que debemns custodire secnndum formam habitam inter Ecclesiam et imperatorem. Unde ad futuram memoriam has litteras fieri fecimns uostro sigillo munitas.

IX.

In castris prope Ceperanum, augusto.

Fridericus Dei gratia, etc. Per presens scriptum notum fieri volumus universis tam presentibus quam futuris quod nos fecimus assignari in manibus L. venerabilis Regini archiepiscopi dilecti familiaris nostri et ... Regini episcopi, nostrorum fidelium, subscripta castra, videlicet Suesse, Caiacie, Magdalonis et Roccam Capue quê predicti fideles nostri archiepiscopus et episcopus tenebunt nomine ecclesie Romane in expensis nostris, in cautionem scilicet et securitatem quousque restituantur eidem Romane Ecclesie ea que nos tenemus in Marchia et Ducatu et compleantur omnes restitutiones que secundum formam tractatus debebant fieri ante absolutionem nostram, videlicet de possessionibus et mobilibus extantibus. Quibus restitutionibus adimpletis, iidem archiepiscopus et episcopus resignabunt nobis castra predicta vel cui nos preceperimus. Ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri.

Datum in castris prope Ceperanum, anno dominice incarnationis MCCXXX, mense augusto, tertie indictionis.

Notum sit universis presentes litteras inspecturis quod nos frater Hermannus, hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem magister, de voluntate venerabilis archiepiscopi Regini recepimus Roccam Capue, Magdalonis et Caiacie et castrum Suesse, que debemus custodire secundum formam habitam inter Ecclesiam et imperatorem. Unde ad futuram memoriam has litteras fieri fecimus nostro sigillo munitas.

X.

Apud Ceperanum, 27 augusti.

Nos Eberhardus Dei gratia Salzburgensis archiepiscopus et Sifridus Ratisponensis episcopus, requisiti a venerabilibus patribus Johanne Dei gratia episcopo Sabinensi et Thoma tituli Sancte Sabine presbytero cardinali, apostolice Sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus, testimo-

niales litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam quod predicti domini legati domino imperatori fecerunt mandata pro libertate ecclesiarum et clericorum de talliis et collectis et de foro, secundum prehabitum pacis tractatum, in hunc modum : — Mandamus domino imperatori quod nullas tallias vel collectas de cetero imponat in regno ecclesiis, monasteriis, clericis et viris ecclesiasticis seu rebus eorum, et quod nullus clericus vel persona ecclesiastica de cetero conveniatur in regno in civili vel criminali causa coram judice seculari, nisi super feodis civiliter conveniatur. — In cujus rei testimonium presentes litteras scribi fecimus et sigillorum nostrorum presentia communiri.

Data apud Ceperanum, VI kalendas septembris.

XI.

Nos Eberhardus Dei gratia Salzeburgensis archiepiscopus et Sifridus Ratisponensis episcopus, ad communem notitiam omnium deducimus quod dominus imperator super articulo de collectis et talliis litteras in forma subscripta confecit per omnes partes regni Sicilie destinandas : In castris prope Ceperanum, 27 augusti.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, justiciariis, comitibus, baronibus, camerariis, bajulis et universis officialibus per terram Laboris constitutis presentes litteras inspecturis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Fidelitati vestre sub obtentu gratie nostre mandamus firmiter precipientes quatenus nullus sit qui deinceps tallias seu collectas imponat ecclesiis, monasteriis, clericis seu personis ecclesiasticis vel rebus eorum, salvis debitis servitiis ad que certe ecclesie ac persone nobis noscuntur esse specialiter obligate. Datum in castris prope Ceperanum, XXIV° (1) mensis augusti, indictione III°.

In cujus rei testimonium presentes litteras scripsimus et sigillis nostris fecimus communiri. Datum apud Ceperanum, VI° kalendas septembris.

(1) Sic ap. Ricc. de S. Germ. Ap. Pertz autem *XXIII augusti*. Mendum tamen videtur et legendum putamus *XXVII augusti*, quum ex instrumento praecedente pateat Fridericum post cardinalium mandatum litteras istas edidisse.

XII.

In castris prope Ceperanum, 28 augusti.

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, justitiariis, comitibus, baronibus, militibus, camerariis, bajulis et universis officialibus per totum justitiariatum Bari et Basilicate constitutis, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Mandamus et precipimus quatenus nullus de cetero clericus seu persona ecclesiastica conveniatur civiliter seu criminaliter coram judice seculari, nisi civiliter super feodis (*a*).

Datum in castris prope Ceperanum, vigesimo octavo augusti, tertie indictionis.

[In eumdem modum scriptum est omnibus justitiariis regni.]

XIII.

Apud Sanctam Justam juxta Ceperanum, 28 augusti.

Nos Dei gratia... Arelatensis archiepiscopus,... Vintoniensis et M. Belvacensis episcopi, requisiti a venerabilibus patribus J. Dei gratia episcopo Sabinensi et Th. tituli Sancte Sabine presbytero cardinali, apostolice sedis legatis, ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus testimoniales litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam quod predicti domini legati domino imperatori fecerunt mandata subscripta in hunc modum :

Nos J. Dei gratia Sabinensis episcopus et Th. eadem gratia tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legati, auctoritate domini pape mandamus domino imperatori quod non impediat per se vel per alium quin electiones, postulationes et confirmationes ecclesiarum, monasteriorum in regno libere fiant de cetero secundum statuta concilii generalis. Item ut comitibus Celanensibus et filiis quondam Rainaldi de Aversa satisfaciat secundum formam compositionis in hiis pro quibus Ecclesia fidejussit. Item ut satisfaciat de mobilibus, injuriis, dampnis illatis Templariis, Hospitalariis et aliis personis ecclesiasticis, terminis competentibus ab ecclesia assignandis. Item quod a die absolutionis usque ad octo menses

(*a*) Alias *fodris*, male. Vide supra n° X.

caveat ecclesie bona fide per fidejussores idoneos et juratos, principes, comites et barones Theutonie, et communia civitatum Lombardie, Tuscie, Marchie et Romagniole, et earumdem provinciarum marchiones, comites et barones quos Ecclesia nominabit, qui ad requisitionem Ecclesie teneantur assistere Ecclesie contra illum, donec satisfaciat si mandata Ecclesie non servaverit vel pacem fregerit seu terram Ecclesie vel eorum terras quos Ecclesia tenet ad manus suas vel personas eorum ceperit, occuparit vel devastarit, et infra tres menses si fuerit in regno, si in Italia infra quatuor, si autem extra Italiam infra quinque ea non duxerit emendanda; et super hoc dabunt Ecclesie cartas suas suo sigillo munitas. Injungimus quoque ei quod infra quindecim dies certum nuntium mittat ad curiam, qui recipiat nomina illorum quorum fidejussionem requiret Ecclesia. Hec autem omnia supradicta mandamus ei, omnibus cautionibus in sua integritate manentibus olim prestitis pro negotio Terre sancte, ut pro illo satisfaciat secundum quod Ecclesia ordinabit. Si quid autem a nobis per occupationem vel incuriam est omissum de hiis que mandare debuimus, domino Pape reservetur.

Ad hec protestationem quamdam fecerunt in hunc modum : Protestamur quod dominus Papa vult sibi restitui expensas quas extra regnum coacta est Ecclesia facere pro ecclesiastica libertate ac beati Petri patrimonio conservandis. Excommunicationis quoque sententiam pronuntiaverunt sub hac forma : Si dominus imperator prout injunctum est ei per fidejussores non caverit bona fide, si viam pacis que invenietur per communem contractum vel per arbitrium prout in forma compositionis continetur non observaverit, si terram Ecclesie vel terras eorum quos Ecclesia tenet ad manus suas vel personas eorum ceperit, occuparit seu devastarit, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat quam ex nunc in ipsum fecimus auctoritate domini Pape.

Acta sunt hec apud Sanctam Justam juxta Ceperanum, anno Domini M° CC° XXX°, in festo sancti Augustini.

Nos Dei gratia... Salzburgensis archiepiscopus et... Ratisponensis episcopus, requisiti a venerabilibus patribus Johanne Dei gratia episcopo Sa-

binensi et Thoma tituli Sancte Sabine presbytero cardinale apostolice sedis legatis ut super hiis que de processu ipsorum in negotio absolutionis domini imperatoris audivimus et vidimus testimoniales litteras scriberemus, ad communem deducimus notitiam quod predicti domini legati domino imperatori fecerunt mandata subscripta in hunc modum : Nos Johannes Dei gratia Sabinensis episcopus et Thomas eadem gratia tituli Sancte Sabine presbyter cardinalis, apostolice sedis legati, auctoritate domini Pape mandamus domino imperatori quod non impediat, etc., *ut supra usque in finem, nihil addito vel mutato.*

Nos Dei gratia... Reginus,... Mutinensis et... Mantuanus episcopi et G. Brixiensis electus, requisiti a venerabilibus patribus, etc., *ut supra usque in finem, nihil addito vel mutato.*

In capella Sanctae Justae ante Ceperanum, 28 augusti.

Tunc imperator in castris ante Ceperanum in capella Sanctae Justae die mercurii in festo beati Augustini per Sabinensem est episcopum ab excommunicationis vinculo absolutus; similiter et omnes sui. Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.*

In castris prope Ceperanum, 28 augusti.

Fridericus, Romanorum imperator, episcopo et civibus Argentinensibus remittit omnem culpam et offensam quam occasione discordiae inter ipsum et Romanam ecclesiam exortae contraxerant.

(Edider. Schoepflin, *Alsat. diplomat.*, tom. I, p. 365, n° CCCCLIX ex Cod. civit. Argent.— Wencker, *Apparat. archiv.*, p. 165, et Lunig, *Reichsarchiv.*, t. XVII, p. 872. Isti duo locum ita : *in castris prope Parmam*, male lecto hoc ultimo verbo transcripserunt; at in originali pergameno quod in archivo urbis Argentinae inspeximus sat bene legitur *prope Ceperanum.* Sigillum quod periit non ex filis sericis appendebat, sed ex pergamenis laqueis, ut foramina trans oram inferiorem replicatam incisa testantur.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis presentes litteras inspecturis fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Per presens scriptum notum facimus universis quod nos remisimus venerabili episcopo Argentinensi dilecto principi nostro, ministerialibus omnibns et civibus Argentinensibus omnem culpam et offensam quam iidem omnes occasione discordie orte inter nos et Romanam Ecclesiam contra nostram celsitndinem commiserunt (1); fidelitati igitnr vestre firmiter precipiendo mandamns quatenus nullus vestrum sit qui eisdem episcopo, ministerialibus et civibus occasione predicta in personis vel bonis suis molestiam inferre presnmat temere.

Datum in castris prope Ceperanum, XXVIII augusti, III indictione.

Fridericus, Romanorum imperator, ecclesiae Arelatensis paupertati compatiens, Hugoni archiepiscopo concedit pedagium a mercatoribus apud castrum Salonis exigendum, alterumque pedagium in flumine Rhodano juxta civitatem Arelatensem et in brachio fluminis, tam ascendendo quam descendendo.

In castris prope Ceperanum, augusto.

---

(1) Oddo cardinalis Sancti Nicolai in carcere Tulliano in Alemanniam missus ut excommunicationem contra Fridericum publicaret et illius etiam depositionem moliretur, sicut supra retulimus, p. 116, Argentinam sibi promptiorem invenerat : Argentinenses enim una cum episcopo suo jamdudum extra regis Henrici gratiam erant, qui ipsis tam bello quam clausa navigatione Rheni multa damna inferebat. Denegata autem quam postulaverant pace, cardinalem in civitate receperunt eique omnia hujus terrae negotia discutienda detulerunt. Rex interea circa mensem septembrem anni 1229, collecto exercitu ad obsidendum apud Argentinam cardinalem praedictum, parum ut videtur profecit, cum episcopus et comes Habsburgensis de suis copiis victoriam reportaverint. Res ita usque ad annum sequentem producta est, quo abbas Sancti Galli, ducentis marcis ab Argentiuensibus solutis, tandem inter ipsos et regem concordiam restauravit, quam per istud instrumentum Fridericus confirmat. Cf. *Annal. Argent.* ap. BOEHMER, *Fontes,* ad ann. 1228.— *Hist. Novient. monast.* ap. MARTENE, *thesaur.* III, 1157.— CONR. DE FABAR. ap. PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, II, 161. — GUILLIMANN, *de episc. Argent.*, p. 275.

(Inedit. in archiv. praefect. Massil. ex originali ap. *Livre d'or de l'arch. d'Arles*, n° 77, cujus bulla aurea cum filis periit. Transcribitur in Cod. dicto *Livre verd*, fol. 11 v°, et ap. BONNEMANT, *Actes anciens et modernes, concernant l'archev. d'Arles*, t. II, fol. 75 recto, n° 23, Mss. in bibl. Arelat.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jherusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum fieri volumus universis imperii fidelibus quod Hugo venerabilis Arelatensis archiepiscopus, dilectus princeps noster, ad presentiam nostram accedens inopiam suam et ecclesie sue humiliter exposuit celsitudini nostre, ac qualiter eadem ecclesia sua tum propter concursus hostium, tum propter custodiam castri Salonis quod a nobis et imperio tenet immediate, multorum sit debitorum onere pregravata; et cum exposita per eumdem intellexerit nostra serenitas diligenter, tam sibi quam prenominate Arelatensi ecclesie benigno compatientes affectu, utpote qui necessitates suas graves gerimus et molestas, ad ejusdem ecclesie inopiam relevandam et ampliandam custodiam dicti castri quam pro malitia temporis exigit grandiorem, de munificentie nostre gratia concedimus eidem archiepiscopo in vita sua pedagium in ipso castro Salonis, ut liceat sibi illud auctoritate nostra non a peregrinis sed a mercatoribus percipere moderate: videlicet quinque solidos turonenses de qualibet magna evectione trossellum sive involucrum deferente, a mediocri vero tres solidos turonenses, a deferente salem (*sic*) tres denarios ejusdem monete recipere et habere. Et si strata publica mutaretur ad locum in quo dicta ecclesia jurisdictionem habeat temporalem, sibi ibidem illud quod supra dictum est pedagium recipere liceat, priori pedagio derelicto. Insuper de abundantiori quoque gratia nostra concedimus eidem archiepiscopo in vita sua quod in flumine Rhodani juxta civitatem Arelatensem et in alio brachio transeunte ante castrum Furchonem (1), pro quolibet magno involucro sive trossello tam ascendendo quam descendendo per Rhodanum quinque solidos turonenses et pro mediocri trossello tam ascendendo quam descendendo tres solidos dicte monete nec non et pro modio salis ascen-

(1) Hodie *Fourques*.

dendo duos solidos turonenses sibi liceat recipere et habere. Ad hujus autem concessionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Datum in castris prope Ceperanum, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo, mense augusti, III[e] indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, iterum renovat archiepiscopo Arelatensi chartam apud Basileam editam qua ei confirmat regalia totius dioecesis, ipsam civitatem Arelatensem pro indiviso, plenam jurisdictionem et alia singularia privilegia ibidem expressa. In castris prope Ceperanum, augusto.

(Inedit. in archiv. Praefect. Massil. ex originali ap. *Livre d'or de l'archev. d'Arles*, n° 76 et ap. Cod. dicto *Livre noir*, ibid., fol. 132 recto, 133 recto. Quum autem hoc privilegium supra exhibuerimus ad ann. 1214, 24 novembris et ad ann. 1225, mense martio, et nunc transcribatur de verbo ad verbum nisi quod in vice *tibi Michael* legatur *tibi Hugo*, duximus illud diploma non hic denuo vel potius tertio inserendum, sed saltem ejus mentionem faciendam, quum a nemine memoretur. Testes vero et notae chronologicae ita sunt:)

Hujus rei testes sunt Eberardus venerabilis Salzburgensis archiepiscopus, S. venerabilis Ratisponensis episcopus principes,... Secoviensis, N. Reginensis,... Mutinensis venerabiles episcopi, B. dux Karinthie princeps, R. dux Spoleti, H. magister domus Sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem, C. burgravius de Nuyrinberc, R. Filangerius marescalcus, T. de Aquino comes Acerrarum, Simon comes Theatinus, L. langravius de Lukemberg, et alii quam plures.

Signum domini Friderici Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCCXXX, mense augusti, tercie indictionis, imperante domino Friderico secundo Dei gratia invic-

tissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno romani imperii ejus X°, regni vero Sicilie XXXII° (a), feliciter. Amen.

Datum prope Ceperanum in castris, anno, mense et indictione prescriptis.

In castris prope Ceperanum, augusto.

Fridericus, Romanorum imperator, iterum litteris suis concedit ut cuique liceat possessiones dare, donare et in ultima voluntate relinquere archiepiscopo et ecclesiae Arelatensi.

(Inedit. in arch. praefect. Massil. ex originali ap. *Livre d'or*, n° 78; et in Cod. dicto *Livre noir de l'archev. d'Arles*, fol. 131 recto. Quum autem has litteras supra exhibuerimus ad ann. 1225, mense martio, et nunc renoventur de verbo ad verbum, loco, anno, mense et indictione solummodo mutatis, non has duximus denuo transcribendas. Titulus vero et notae chronologicae ita sunt:)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Presentis scripti serie, etc.

Datum in castris prope Ceperanum, anno dominice incarnationis MCC° tricesimo, mense augusti, tercie indictionis.

Anagniae, 28 augusti.

Gregorius papa Fridericum Romanorum imperatorem precatur ut hac ipsa die qua in gremio matris ecclesiae revertitur filios comitis Thomae et quondam Raynaldi de Aversa sibi liberaliter largiatur et remittat, cum jam non oporteat ipsum in aliquo de eis dubitare.

(Edit. ap. Raynaldi, *Annal. eccles.* ad ann., § XII, et Pertz, *Monum. Germ. Hist.*, t. IV, p. 274; Coll. cum Regest. Gregor. IX, tom. II, f. 488-93, in Biblioth. S. T. Phillipps ap. Middle Hill.)

a) Recte autem *XXXIII*.

Gregorius, etc., Friderico Romanorum imperatori, semper augusto, et regi Sicilie. Si Anna discessum Tobie filii sui non sustinens patienter, mox lacrimis effluebat; si more impatiens exiliens quotidie circuibat vias omnes per quas remeandi fiducia videbatur, reditum anxie prestolando, et tandem in supercilio montis sedens, viso de longinquo filio redeunte, inexplicabili gaudio exultavit; quanto nunc tripudio hilarescat mater Ecclesia que filium excelsum pre regibus terre de regione dissimilitudinis ad se recipit redeuntem, quis valeat verbis vel litteris explicare, cum non sit hominis etiam affectus proprios perfecte posse depromere per affatus? Magnificat siquidem anima nostra Dominum et exultat spiritus noster in Domino salutari qui deprecationem nostram et misericordias suas a nobis non amovens, cordi tuo misericorditer inspiravit ut anime tue saluti, dignitatis honori et multorum quieti provide consulens ad pie matris gremium devote redires, que in expectatione tui maternis affectibus cruciatibus cruciata sepe pro tua conversione thus orationis Domino suppliciter adolevit, et immolavit lacrymabiliter vitulos labiorum, multorum filiorum periculum perhorrescens. Nunc autem quia majus gaudium est Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente quam supra nonaginta novem justos qui se autumant penitentia non egere, jubilat Ecclesia generalis eo quod tenebrosus turbo qui pene involverat omnem terram luci cedit optate, fragorque horride tempestatis que multis excidium minabatur arridente serenitatis gratia subsilescit. Nos etiam salutis et honoris tui profectum sinceris affectibus cupientes, Altissimi misericordiam humiliter imploramus ut qui te revocavit ad vitam det virtutis constantiam revocato; quatenus ubi abundavit delictum (a) abundet et gratia, et precedens lapsus te reddat in omnibus cautiorem, quia procul dubio non est amor qui possit equari materno nec ullius efficacior erga te quam Ecclesie affectus gratie valeat inveniri. Ipse quoque, fili carissime, parti tue adesto sollicitus ne de cetero patiaris te abduci vel seduci pravis consiliis perversorum, qui non que tua, sed que sua sunt, inique querentes fascinare te gestiunt ut exasperes matrem tuam. Ceterum cum in solem-

(a) In impressis *dilectio*, male.

nitate tam celebri, tam solemni, qnando te quasi in novnm hominem reformato gloriatur celestis curia et seculum jocundatur, magnificentiam tnam munificis deceat affluere beneficiis pietatis, eo qnod non solum christiani principes, sed etiam pagani qui veram Dei notitiam non habebant in suis solemnitatibus tenebantur liberare captivos, nos qui pro captivis et afflictis orare tenemnr, precnm nostrarum primitias affectione plenissimas imperiali mansuetudini duximus destinandas; pro speciali munere postnlantes et adjurantes per illum Angelum quem Dominus ad anime ac corporis tui custodiam deputavit, ne, quod absit, contristes eumdem qui precipue de tna conversione letatur, quatenus in hac solemnitate que specialis est festivitas Angelorum, comitis Thome et quondam Rainaldi de Aversa filios nobis liberaliter largiaris, eos ad nostram presentiam remittendo; quia licet secundum formam pacis a principibus acceptatam de ipsorum liberatione non fuerit dubitatum, si nunquam tamen tractatum fuisset, nequaquam eos Ecclesie negare te decet que tibi potest in longe majoribus respondere. Ut quid enim illi affligantur nlterius, cum te jam non oporteat in aliquo dubitare quin habens manum Ecclesie adjutricem ubiqne ac nndique secura potes gaudere quiete? Nobis siquidem principaliter atrocem irrogari reputaremus injuriam si contra te, qnod absit, contingerit aliquid attentari.

Datum Anagnie, V kalendas septembris, pontificatus nostri anno quarto.

Septembri ineunte.

Encyclica Friderici, Romanorum imperatoris, qua regibus omnibus nuntiat quod pace inter se et Ecclesiam composita et absolutione recepta, summum pontificem adiit cum quo jucundum habuit colloquium; unde strictiori vinculo charitatis sacerdotium et imperium ad invicem conjungi debeant.

(Edid. partim RAYNALD., *Annal. eccles.*, ad ann. 1230, § XVI. — Integre autem PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, p. 275. Coll. cum Regest. Gregor. IX, t. II, fol. 493-496, in Biblioth. S. T. Phillipps ap. Middle Hill.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex,..... illustri regi carissimo amico suo salutem et sincere dilectionis affectum. Cum frequenter et dudum cor vestrum fuerit conturbatum super iis que tum per apostolicas litteras, tum per nostras de turbatione communi ubique terrarum exierant, consequens est et dignum ut vos reformate pacis nova letificent et omnis que potuit inhesisse turbatio sopiatur. Noveritis igitur quod per illius gratiam qui procellam convertit in auram et dissidentium mentes in unam conciliat voluntatem, facto publice ac solemniter, sicut a catholico principe fieri debuit, quod forma Ecclesie requirebat, vigesimo octavo preteriti mensis augusti per venerabiles viros apostolice Sedis legatos J. Sabinensem episcopum et magistrum Thomam tituli Sancte Sabine presbyterum cardinalem, presentibus principibus et diversarum gentium multitudine infinita, in generali totius christianitatis tripudio fuimus solemniter absoluti. Deinde ut post absolutionem ex omni presentia corporum, mentium serenitas gratius sequeretur, primo septembris apostolicam Sedem adivimus (1) et sanctissimum patrem dominum Gregorium Dei gratia summum pontificem vidimus reverenter. Qui affectione paterna nos recipiens et pace cordium sacris osculis federata, tam benevole, tam benigne propositum nobis sue intentionis aperuit de ipsis que precesserant nil omittens et singula prosequens evidentis judicio rationis, quod etsi nos precedens causa commoverit vel rancorem potuerit aliquem attulisse, sic benivolentia quam persensimus in eodem omnem motum lenivit animi et nostram amoto rancore serenavit adeo voluntatem ut non velimus ulterius preterita memorari que necessitas intulit, ut virtus ex necessitate prodiens operaretur gratiam ampliorem. Remisimus autem specialiter singulis et generaliter universis qui contra nos olim summo pontifici adheserunt et in iis et aliis que sibi

(1) « Ultimo mensis augusti imperator vadit Anagniam locuturus cum papa. Primo die mensis » septembris qui fuit dies dominicus Cesar invitatus a papa, cum esset in castris in pede Anagniae, magnificae comitatus a cardinalibus et nobilioribus civitatis intravit Anagniam et eo die » cum papa sedit in mensa, et solus cum solo, magistro tamen Theutonicorum praesente, in » papali camera consilio longo se tenuere diu; ac die lunae sequenti cum gratia papae et cardinalium ad castra reversus est. » RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

grata fuerunt apostolice condesceudimus voluutati, habentes eum in omni reverentia qua sibi tanquam unico et uuiversali patri teuemur, et uos ei pro devoto Ecclesie filio exhibeutes iu eo viuculo charitatis quo sacerdotium et imperium ad iuvicem sunt conjuncta. Super quibus omuibus quia vos cupimus nostrorum esse participem gaudiorum, dilectionem vestram plene certam fieri volumus et jocundam.

Septembri ineunte.

Gregorius papa cuidam fideli suo notum facit qualiter Fridericus Romanorum imperator ad se veniens in participatione convivii et jocunda collocutione tam de rebus quae ad divina spectant quam de iis quae ad Ecclesiae patrimonium pertinent paratum animum ostenderit, monetque ut haec omnia fidelibus Ecclesiae qui sunt in Campania revelando, ipsos in obsequio beati Petri et suo fortiter animet et informet.

(Inedit. ex Bibliot. Imper. Vindobon., Cod. Philol. 305, fol. 54 recto.)

Gregorius, etc. Quia de statu nostro te tanquam specialem et karissimum filium prospera semper audire velle confidimus, ea que circa nos hiis diebus aguutur devotioui tue per familiares litteras aperimus. Noverit ergo tue devotionis industria quod *tali die* (1) karissimus in Christo filius illustris Romanorum imperator cum honore et comitatu magnifico ad uos cum omui promptitudiue filialis devotiouis accessit, omnemque in uobis beato Petro apostolorum principi reverentiam et humilitatem exhibuit quam et ipsi predecessores ejus nostris predecessoribus consueverunt hactinus exhibere, illud insuper iu evidentia gratie pleuioris ac familiaritatis adjicieus quod secuudo die post ejus adveutum in domum nostram non cum imperiali fastigio, sed velut cum quadam privata simplicitate divertit

---

(1) Scilicet primo die septembris. Vid. supra p. 227 et not. 1.

et nobiscum pariter iu mensa discumbens, exhibita in omuibus iuopinata devotione servitii, letum et celebrem diem de communis participatione convivii dedit pariter et recepit. Cumque post hec commnnem fecissemus de plnribns jocnnda collocntione sermonem, ad id eum sensimus iu omnibus preparatnm ut mandatnm et beueplacitum uostrum tam in rebus ad divina spectantibus quam in hiis que ad Ecclesie patrimoninm pertinent velit modis omnibns adimplere (1). Uude nos plurimum iu Domino confortati, te specialiter in primis et deinde per te alios Ecclesie filios in illis partibus constitutos communi duximns letitia confortandos. Preterea per apostolica scripta mandamus quatinus fidelibus Ecclesie qui sunt iu Campauia, revelatis hiis que in presenti pagina continentur, in obsequio et fidelitate beati Petri et nostra eos fortiter animes et informes, ipsos corroboraus et quauta poteris constantia et magnanimitate confortans. Noveris autem quod sicut ea qne interim in spe bona et predicti imperatoris promissione versautur tue duximus sollicitudiui prelibando (*a*), ita secnndum hoc quod in anteriori processerit, discretioni tue, permittente Domino, processu temporis curabimus aperire.

[Scriptnm est etiam de re eadem, sed minus expresse regi Francorum : « Ecclesiam suam Domiuus contiuna pietate, etc., — possimus merito commeudare. »

Et in eumdem fere modum Rectoribus fraternitatis Urbis (2).]

(*a*) Deest unum verbum in codice.

(1) Imperator etenim tempore absolutionis suae miserat suos nuntios et litteras ad omnes civitates et castra de Marchia quae sibi fidelitatem fecerant sub comminatione diffidationis, ut ad fidem et mandatum Romanae ecclesiae redirent. Cf. Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.*

(2) Quam epistolam integre exhibuit Pertz, *Monum. Germ. Hist.*, t. IV, p. 275-276, quum hujus secundam tantummodo partem dederit Raynald., *Annal. eccles. ad ann.*, § XIII; ambo autem sine notis chronologicis, quae etiam desunt in transumpto ap. Collect. Biblioth. Paris.

In castris prope Anagniam, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, infeodationem urbis Frisingensis a Geroldo quondam episcopo duci Bavariae factam judicio et consilio principum revocat, quia eadem civitas, ceu prima et legitima dos sedis episcopalis, cuiquam titulo infeodationis conferri nec potuit nec debuit.

(Edit. ap. HUND, *Metropol.*, I, 163. — LUNIG, *Spicileg. eccles.*, II theil, 235. — MEICHELBECK, *Histor. Frising.*, II, 8.—*Monum. Boica*, t. XXXI, pars 1ª, p. 540, e libris cop. Frising. III, 133. — PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, 277.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, dilectis fidelibus suis preposito, decano et universis ministerialibus ecclesie Frisingensis tam presentibus quam futuris in perpetuum. Ad hoc Rex regum et Dominus dominantium ad obtinendum diadema imperii sublimavit ut universis et singulis equitate servata, que in prejudicium ecclesiarum et personarum existentium in eisdem quas manutenere ac tueri tenemur ab aliquibus temere attemptantur, provide ad earum commodum revocemus, ut feliciter nobis regnantibus nullum dispendium vel diminutionem rerum temporalium incurrant, sed potius imperialis sublimitas et clementia in libertatibus suis et juribus salubriter et sine lesione aliqua gubernentur. Cum igitur, sicut dilecto fideli nostro C. preposito Inticensi (1) didicimus referente, G. (2) quondam episcopus Frisingensis civitatem Frisingensem ad jus et proprietatem Frisingensis ecclesie dotis titulo pertinentem duci Bawarie in feodum duxerit concedendam in grave Frisingensis ecclesie detrimentum, et idem prepositus super hoc coram nobis et principibus in curia nostra presentibus ques-

---

(1) Iste autem, prius canonicus Frisingensis, postea in sede eadem episcopus evenit.
(2) Scilicet Geroldus.

tione deposita cum instantia postnlasset imperiali sententia diffiniri utrum hoc facere licuisset episcopo supradicto, nos tandem petitioni sue benignnm prebentes auditnm cum Aquilegiensi patriarcha et archiepiscopo Salzburgensi et episcopo Ratisponensi et Austrie atque Meranie necnon et Karinthie dncibns et cum aliis nostris fidelibus snper hoc tractatum habuimus diligentem, ab universis et singulis quid juris esset sollicite inquirentes. Et quia nobis visnm fuit quod infeodatio hujusmodi fieri non potuit quia de jure non debnit, statuimus eam esse penitns irritandam (1). Qnia vero civitas Frisingensis est sedes episcopalis et prima legitimaque dos ecclesie Frisingensis, ante ipsius dedicationem ad opus miuisteriorum et lnminarium ejusdem ecclesie legitime cum omni jure ac plenaria libertate collata, et propterea non licet eam cniquam quoqnam titulo infeodationis conferri, nos apud Anagniam constituti memorate civitatis infeodationem sub quocnmque titnlo infeodationis factam de principnm predictorum consilio imperialis nostre majestatis auctoritate cassamus et decernimus esse nullam, eamdem civitatem cnm omni ea libertate quam ex antiquo habuisse dinoscitur ad jus et proprietatem et usus debitos Frisingensis ecclesie legitime revocantes. Nulli ergo hominum liceat omnino hanc nostram sententiam infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, mille marcas auri componat, medietatem nobis, residuum ecclesie supradicte, sententia eadem nichilominus in sno robore in perpetnum duratnra. Ad hujus autem sententie nostre memoriam et stabilem firmitatem presentem divalem paginam fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus communiri.

Hnjns quoque rei testes snnt hii Eberhardus archiepiscopns Salzbur-

---

(1) Extat de hac sententia instrumentum *datum apud Sanctum Germanum, sexto die stante mense junii* (25 *jun.*) aut potius si *julii* legamus, 26 *julii* 1230, quo Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus et Sifridus Ratisponensis episcopus a papa delegati de querela capituli Frisingensis audienda, infeodationem urbis Frisingensis a Geroldo factam cassandam declarant, his additis verbis: « Presertim cum in nostra et aliorum principum presentia dominus imperator » qui est animata lex in terris in pleno consistorio sententialiter declaraverit, et quasi pro lege » promulgaverit sedes episcopales nullatenus infeodari posse. » Cf. Meichelbeck, *Hist. Frising.*, II, 7.

gensis, Sifridus episcopus Ratisponensis imperialis aule cancellarius (1), frater Hermannus rector domus Theutonicorum, Bernhardus dux Karinthie, Rudolfus comes de Awichspurch (Habsburg), C. burgravius de Nurnberch, Gebhardus de Arnstein, C. de Hohenloch, Engelhardus de Adelburch, Reinhardus de Hagenawe, Al. Rindsmaul, C. de Weizenburch, Reimarus de Prennenberch, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXX, mense septembris, quarte indictionis, imperante domino nostro F. Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus X, regni Jerusalem quinto, regni vero Sicilie XXXII (a), feliciter. Amen.

Datum per manum Sifridi Ratisponensis episcopi et imperialis aule cancellarii, in castris prope Anagniam, anno, mense et indictione prescriptis.

In castris prope Anagniam, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, civibus Ratisponensibus eorumque haeredibus et successoribus varias concedit facultates, viginti et uno capitulis comprehensas, salvo tamen jure suo et ecclesiarum.

(Edit. ap Hund, *Metropol.*, t. I, 238. — Lunig, *Reichsarchiv.*, tom. XIV, p. 262. — *Monum. Boic.*, tom. XXXI, pars 1ª, p. 542, e cod. membr. Ratisp. ann. 1323. — Memoratum et commentario germanice illustratum in Gemeiner, *Regensb. Chronik*, I, 321-327.)

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Cum ad fidelium devotionem benigne dirigimus

(a) Recte autem *XXXIII*.

(1) Nunc iste prima vice cum hoc titulo in documentis apparet. Annus tantum, non mensis apud auctores memoratur: « Episcopus Ratisponensis cancellarius imperialis aulae efficitur. » *Chronic. August.*, ad ann. 1230, ap. Struve, t. I, p. 521.

aciem mentis nostre ac eorum profectibus iutendimus diligentius, augetur in eis devotio fidei et tam ipsos quam alios ad serviendum fidelius per liberalitatis exemplum ferventius iuvitamus. Iude est quod notum fieri volumus uuiversis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos atteudentes puram fidem et devotionem siuceram quam cives Ratisponenses erga imperium et nos semper habuerunt, considerautes quoque fidelia et grata servitia que pro honore et exaltatione imperii atque nostra exhibuerunt diutius et exhibere poterunt in posterum gratiora, volentes civitatem ipsam propter civium merita gratia et beneficiis nostre celsitudinis ampliare, de immensa liberalitatis nostre gratia concedimus eisdem civibus, heredibus et successoribus suis iu perpetuum omnia que in capitulis infra scriptis apertius continentur ut ipsis perpetuo utantur pacifice et quiete. Inprimis quicumque civis Ratisponensis de duello impetitur, si se poterit expurgare duodecima manu houestarum personarum, de impetitione qua impetitur sit absolutus. Item quicumque civis impetitur quod de domo sua vel iu domo sua aliquis sit interfectus vel quod in ea servaverit proscriptum, propter quod domus sua destrui deberet si esset verum, et actor causam ipsam prosequitur conquerendo, sed pax tempore non esset in civitate jurata, sola se manu expurgabit. Si vero cives pacem servare juraverunt, is qui reus putatur tertia manu se purgabit iuter quos siut duo qui dicuntur denominati. Item nullus invadere debet domum alicujus civis vel res iu ea sibi usurpare siue judicio civitatis. Similiter neque dux ueque alter poteus dominus debent domum alicujus civis post mortem ipsius vel ejusdem res infra civitatem vel extra sibi usurpare, sed boua civium, domus et reliqua suis heredibus relinquantur, et quodquod domini vel alii quicumque coutra heredes agere veliut, illud ordine judiciario prosequantur. Item quicumque civis Ratisponensis concivem suum extra civitatem detiuuerit vel res ejus, querimoniam coutra illum moveudo, nisi prius conquestus fuerit civitati et justitia sibi denegata sit, emendabit delictum episcopo decem libris, duci cum X libris, civitati cum X libris. Item quicumque resideus iu civitate impetitur de servili conditione qua teneatur in presenti (a), si talis probabit quod de-

(a) In impressis *petenti*, male.

cem annis permanserit a nullo impetitus, deinceps securus permanebit a tali impetitione. Item quicumqne domos, vineas, areas, curias vel alias possessiones infra terminos pacis civitatis Ratisponensis sine impetitione possederit decem annis et postea super illis fuerit impetitus, si quietam possessionem septima manu probabit in pace res ipsas postea possidebit. Item infra mnros ipsins civitatis in vicino et foris extra fossatnm nnllatenns edificabit[ur], nisi XII pedes distent inter muros et edificinm et totidem foris inter fossatum. Qnod si aliter factum fuerit preter licentiam civinm, removebitur edificium per judicinm civitatis. Item dnx quando solempnem curiam habnerit in civitate Ratisponensi solito more indictum non exercebit judicium contra ministeriales Ecclesie neqne contra cives nisi tertio die, nec contra cives procedet nisi per sententiam snorum concivinm et non aliorum. Item major advocatns qui Tnmvogt (1) vulgariter appellatur et potestatem habet judicandi ex parte episcopi et ex parte dncis bnrgravins in nullum civem proscriptionis sententiam promulgabnnt, nisi qnando pnblicnm habent placitum ex antiqno statuto quod uterqne illorum habere debet tantummodo ter in anno. Item tribus in anno vicibus cives prout expediens fuerit de volnntate episcopi et dncis monetam intrabunt cnm magistris ab episcopo et duce ad monete officium deputatis et denarios examinabunt, et si qua iu eisdem inventa fuerit falsitas prefati episcopns et dnx jndicabunt. Item cives potestatem habebunt eligendi hansgravium qui disponat et ordinet extra civitatem et non infra ea tantum qne respiciunt negotia nundinarnm. Item nullus civis neque bona illius detineri debent loco pignoris pro episcopo vel pro duce vel pro quacumqne alia persona nisi tantum pro suo concive, hoc adjecto quod detentor civibus primo proposuerit causam suam et justitia sibi fuerit denegata. Item quicumqne civis acquisierit bona vel a monasteriis vel ab aliis quibuslibet personis, vineas, domos vel alias possessiones ad spatium vite unins vel plnrium personarum, si contingat dominnm cnjus sunt bona vendere vel infeudare vel obligare illa, non minus habebit ille

(1) Scilicet in lingua vernacula hodie, *Domvogt.*

qui acquisivit bona in eisdem bonis, juxta quod dictum est, jus quod acquisivit, ei qui tunc bonis dominatur censum soluturus. Item quicumque civis naufragium passus fuerit et ob hanc causam a quocumque spoliatus fuerit bonis suis, ipse spoliator propter causam delicti proscriptus imperii habeatur. Item quicumque emendo et vendendo ritum negotiationis exercuerit, ille reddat cum civibus collectas, exceptis clericis quos super talibus relinquimus episcopo corrigendos. Item petitioni civium assentimus statuentes ut singuli potentes de civitate sua qui vasallos sibi faciunt ad turbandam pacem civitatis, qui Muntman vulgariter nominantur, ad munitionem civitatis dent decem libras, nichilominus a fidelitate prestita relinquentes hujusmodi absolutos. Qui autem ad hec contumaces extiterint sint proscripti. Item statuimus quod cives Ratisponenses non cogantur venire ad aliquod judicium extra civitatem, cum hoc sit de antiquo jure ipsorum, nisi habeant predia in rure que impetantur; pro illis enim bene tenentur respondere coram comite in cujus comitia predium est locatum. Item statuimus quod unicuique civi Ratisponensi liceat cervisiam facere que familie sue sufficiat, tali pacto quod eam non vendat, sed ad necessitatem familie sue tantummodo expendatur, illorum contradictione qui officium habent praxandi cervisiam non obstante. Item statuimus quod thelonium imperii quod solebat recipi ex antiquo extra civitatem que (quod) Chalmüntz nominatur, nullius contradictione obstante in eodem loco deinceps persolvatur. Item quicumque residens in civitate impetitus fuerit quod sit Vogtman alicujus et ille civis existens collectas det nobis et episcopo tanquam alius civis, nulla postmodum advocato servitia exhibebit per coactionem, sed tantummodo certum ab antiquo determinatum servitium exsolvet. Item si homo qui censualis dicitur continuam fecerit in civitate residentiam jura civitati conservando in dandis collectis et aliis que a civibus statuuntur, nulla postmodum exhibebit domino servitia per coactionem, sed tantummodo persolvet censum. Salvum tamen in hiis esse volumus jus ecclesiarum.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXX, mense septembris, quarta indictione, imperante domino nostro Friderico Dei gratia gloriosissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Si-

cilie rege, anno imperii ejus X, regni Jerusalem V, regni vero Sicilie XXXII (a), feliciter. Amen.

Datum in castris prope Anagniam, anno, mense, et indictione prescriptis.

Anagniae, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, civibus Ratisponensibus indulget, ut per sex annos theloneum exigere in civitate illa possint, ad munitionem et robur civitatis fideliter deputandum.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom XXX, p. 164-165, num. DCXCIV, ex originali unde sigilli magnopere laesi frustillum appendet ex segmento membranaceo. — Memoratum quoque et extractum a Gemeiner, *Regensburgisch. chronik*, I, 327.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Cum ad fidelium devotionem benigne dirigimus aciem mentis nostre ac eorum profectibus intendimus diligenter, augetur in eis devotio fidei et tam ipsos quam alios ad serviendum fidelius per liberalitatis exemplum ferventius invitamus. Inde est quod notum fieri volumus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod nos attendentes puram fidem et devotionem sinceram quam cives Ratisponenses erga imperium et nos semper habuerunt, considerantes quoque fidelia et grata servitia que pro honore et exaltatione imperii atque nostra exhibuerunt diutius et exhibere poterunt in posterum gratiora, volentes civitatem ipsam gratia et beneficiis nostre celsitudinis ampliare, de immensa liberalitatis nostre gratia concedimus eisdem civibus statuere theloneum conveniens de consilio episcopi in civitate ad munitionem et robur civitatis fideliter deputandum, eoque prefatos cives per sex annos a tempore recepti privilegii nullius contradictione obstante uti volumus pacifice et quiete. Ad cujus rei memoriam presens scriptum fieri fecimus sigillo nostre majestatis munitum.

(a) Recte autem *XXXIII*.

Data Anagnie, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo, mense septembris, quarte indictionis.

Fridericus, Romanorum imperator, episcopalis ecclesiae Gurckensis subjectionem erga metropolitanam ecclesiam Salzburgensem cum omni jure investiturae regalium, hominii videlicet et fidelitatis, iterum et expresse confirmat.

Anagniae, 3 et 4 septembris.

(Memorat. ap. KLEINMAYR, *Nachrichten von Juvavia*, p. 250, hoc adjecto ut sequitur:)

..... Quod ministeriales Gurcensis ecclesie in prestando fidelitatis juramento proprio episcopo solum Salzburgensem archiepiscopum excipiant, imperio pretermisso. Nolentes tamen exinde propter talem exceptionem predictis ministerialibus Gurcensis ecclesie jus quo aliarum ecclesiarum cathedralium Alemannie gaudent ministeriales subtrahere, sed potius eis plenum conservare.....

Datum apud Anagniam, anno [dominice incarnationis] M. CC. XXX, III° (*a*) septembris, indictione IV.

[Memorantur ibidem, p. 251, tria imperatoris Friderici mandata, primum videlicet ad episcopum Gurcensem, secundum ad Fridericum Austriae et Styrie ducem, tertium ad vasallos ecclesie Gurcensis, quibus jubet ut contra inanes episcopi Gurcensis et ministerialium ipsius querelas archiepiscopo Salzburgensi auxilium praebeant. Data Anagnie, II nonas septembris, indictione IV (*b*).]

(*a*) Legitur in Kleinmayr, verisimiliter per impressionis mendum, 30 pro 3°.
(*b*) Ap. Kleinmayr, *indictione II*, male.

Anagniae, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Conrado episcopo Tergestino privilegia a praedecessoribus suis eidem ecclesiae indulta renovando confirmat.

(Memorat. ap. Coronini, *Terg. antist. Syll.*, f. 135, MSS. Biblioth. S. Marci, et ap. Mainati, *Memorie di Trieste*, qui etiam concessionem quamdam castrorum ab eodem Caesare factam indicat.— Extract. quoque ap. Della Croce, *Histor. di Trieste*, p. 595, ex origin. in arch. capit. cathedr. S. Giusti, qui fragmentum exhibet, ut sequitur :)

. . . . Notum facimus imperii nostri fidelibus tam presentibus quam futuris quod cum Conradus venerabilis episcopus Tergestinus, fidelis noster, ad majestatis nostre presentiam accesserit, quedam privilegia Lotharii regis, Ottonis tertii, Caroli, Ludovici, Lotharii Hugonis filii, Berengarii et aliorum quam plurium imperatorum et regum predecessorum nostrorum ecclesie Tergestensi indulta nostre celsitudini presentavit, etc. . . . .

Datum apud Anagniam, anno dominice incarnationis MCCXXX, mense septembri, indictione quarta.

In castris prope Anagniam, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Johanni de Polo (1) civi Romano comitatum de Alba concedit in excambium civitatis Fundanae quam Rogerio de Aquila cum comitatu Fundano restituerat (2).

(1) Johannes iste mense januario ann. 1229 urbem Fundanam sibi commissam viriliter contra papalem exercitum defenderat. Cf. Ricc. de S. Germ. *Chronic. ad ann.* 1229 et 1230.

(2) « [Mense septembri 1229,] comes Rogerius de Aquila filium suum recipit quem in Sicilia

(Memorat. ap. ANTINORI, *Memor. degli Abruzzi*, t. II, p. 92. — Cf. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*)

Datum in castris prope Anagniam, anno dominice incarnationis M.CC.XXX, [mense septembri,] indictione IV.

Apud Sanctum Germanum, 5 septembris.

Imperator a papa discedens die mercurii applicuit die jovis apud Sanctum Germanum, indeque discedens post prandium sub celeritate se Capuam contulit, exinde versus Melphiam profecturus. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

In castris apud Avellinum, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem fratris Hermanni de Perigord domus Templi in Sicilia et Calabria praeceptoris possessiones Templariorum in tenimentis Lentini, Paternionis, Buterae, Syracusae et Aydonis juxta privilegia a diversis nobilibus eidem domui indulta confirmat.

(Edid. R. PIRRUS, *Notit. Prior. Messan.* ap. *Sicil. sacr.*, tom. II, p. 936; non indicato fonte, sed verisimiliter e quodam copiali recentiori libro ubi privilegium authenticum quasi sub narrationis et compendii forma minus correcte rescribitur. Edit. quoque sub eadem forma ap. DUPUY et GODEFROI, *Hist. des Templiers*, p. 148.)

» obsidem tenuerat imperator. — [Julio exeunte 1230,] Trajectum ac Sugium cum comitatu » Fundano comiti Rogerio de Aquila restituitur, imperatore mandante. » RICC. DE S. GERM., *Chronic.* — Iste idem est ac Rogerius de Aquila *dictus comes Avellini et dominus casalis Sclavorum* in privilegio Friderici imperatoris pro monasterio Montis Virginis (vid. supra p. 175). Qui etiam memoratur ap. CAMPANILE, *Dell' insegne de' nobili*, p. 95, occasione donationis cujusdam monachis Sancti Guillelmi factae cum hoc titulo : « Ego Rogerius de Aquila comes Avellini et dominus casalis Sclavorum, etc., imperante Federico anno imperii ejus II (*leg.* X), » regni Hierusalem V et Sicilie XXXIII (scilicet mense maio vel junio). »

Fridericus [Romanorum] imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. . . . . Ad supplicationes fratris Hermani de Petragors (1) domus militie Templi in Sicilia et Calabria preceptoris eidem domui Templi concedimus et confirmamus (a) juxta ejus privilegia tenimentum terrarum cultarum et incultarum quod dicitur Pantanum Salsum in tenimento Lentini, sicut comes Raynaldus de Modica (2) eidem domui concesserat, barcam ad usum piscandi per totum magnum flumen Lentini, piscariam alosarum et lectum balate in ipso flumine a petra lata consita in portu barcarum (3), etc.; tenimentum terrarum et nemoris ecclesie Sancti Leonardi de Templo in eodem tenimento Lentini, cujus fines hi sunt : ab una parte littus maris, ab alia flumen magnum Lentini, a septentrione sunt divise pertinentiarum Catane usque ad montem Album arenarum et deinde proceditur usque ad littus maris et per littus ad fogiam predicti fluminis magni Lentini. Insuper quoddam viniale in tenimento Lentini in loco qui dicitur Bulfutoni juxta terras Sancti Rayneri; casale Rahalmassar in eodem tenimento Lentini, infra quod casale est ecclesia Sancti Bartholomei ejusdem domus Templi; quamdam terram que dicitur Custumera in confinibus casalis de Bulgarano de eodem tenimento Lentini. Insuper concedimus ut liceat fratribus domus Templi sumere aquam a magno flumine Lentini et ducere per terras tenimenti ecclesie Sancti Leonardi de Templo et conductum in alias terras in gurgam suam propter fogiam magni fluminis Lentini et piscariam ibi facere, atque liceat dictis fratribus sumere aquam a dicto flumine quod dicitur de Lentino et ducere per terras casalis Rahalmassar. Preterea confirmamus bona ejusdem domus in tenimento Paternionis, videlicet molendinum de Salinis, terras apud Cardonitum, terras alias et olivetum, terram dictam de Lagano et alia bona et pos-

(a) Ap. Pirrum et infra, *concedit*, *confirmat*.

(1) Scilicet Hermannus de Pierregort (Perigord) vel de Petragos, qui anno 1232, mense martio vel aprili, magister domus Templariorum jam vocatur in *Contin. Guill. Tyr.*, edit. Guiz., p. 460. Errare autem videntur qui ad ann. 1233 magisterium ejusdem prima vice memorant.

(2) Idem ac *Moac* : quod in documentis normannis frequentius apparet.

(3) Vid. documentum ann. 1210, mense junio.

sessiones que in privilegio comitis Pagani de Parisio (1) continentur; nec non liceat habere piscariam in flumine Paternionis ad usum fratrum et familie dicte domus; preterea confirmamus predicte domui bona in tenimentis Butere, Syracuse et Aydoni : in tenimentis Butere casalia duo Maltanes et Arnadenes, nec non liceat fratribus accipere aquam, ligna et herbas pro pascuis animalium ipsius domus et in maritima dicte terre mittere, portum liberum habere et in flumine Oddonis Sueni et in maritima predicta habere piscariam liberam pro usu fratrum et familie, et omnia alia bona et libertates et fines, prout in privilegio comitis de Ocrea comitis Butere fidelis nostri per eum dicte domui Templi super hoc facto plenius continetur. Bona in tenimento Syracuse, casale quod dicitur Magrentinum cum terra circumstante ad X pariclas, libera absque servitio, sicut Gualterius de Calatagirono eidem domui militie Templi libere contulit et concessit. . . .

Datum in castris apud Avellinum, mense septembris, IV indictionis, imperii Friderici anno IX, [regni] Jerusalem IV, Sicilie XXIII (*sic* (2)).

Melfiae (?), 3 octobris.

Fridericus, Romanorum imperator, Heinrico Waldstromer militi et Gramliebo fratri ejus pro servitiis quae sibi ultra mare exhibuerunt in rectum feudum confert supremum officium forestae apud Nuremberg.

---

(1) Vid. docum. Friderici regis ann. 1209, mense martio, ubi recte nominatur *de Parisio*, quum hic perperam ap. Pirrum *de Patrisio* legatur.

(2) Licet Pirrus ex copia qua usus est istud documentum ad ann. 1229 referat, quod non concordat cum indictione quarta ibidem expressa, non dubium putamus quin rectius anno 1230 conveniat. Cui enim in mentem veniet, mense septembri 1229, tempore ipso quo Fridericus contra papalem exercitum procedebat, hunc eumdem Templariis sibi adversantibus et quorum possessiones in regno tunc ad opus suum capi jubebat, tam insigne privilegium indulsisse? Conclusa autem cum ecclesia Romana pace, tali privilegio nihil obstat. Statio insuper apud Avellinum itineri de Capua versus Melphiam sat bene se accommodat, nisi legendum sit *apud Anagniam*, sicut in praecedentibus documentis; quod valde suspicamur. Notationes imperii et regnorum, omnino in impresso mendosae, ad rem enucleandam non proficiunt.

(Edit. ap. Volckern, *Hist. diplom. Norimb.*, p. 44; et Lunig, *Reichsarchiv.*, t. XIV, 86. — Cf. Lochner, *Nurnberg. Jahrbuch.*, II, 2. Germanicum istud originale, ut monet Boehmerus, *Regest. Frider.*, p. 126, n° 225, fictitium est cum sigillo pendenti Frederici tertii; unde multa de sinceritate ejusdem suspicio oritur. Cum tamen adsit confirmatio Conradini, dat. Auguste ann. 1266, 22 octobr., his verbis : « Nos consideratis fidelibus et devotis servitiis que Conradus Stromaer » nobis exhibuit et exhibet incessanter, eidem et heredibus suis forestum in » Nurinberc, in eo jure quo Henricus et Grammlibus fratres sui et ipse usque » in hec tempora tenuerunt omni tempore gubernandum contulimus et regen- » dum.... » (*Monum. Boic.*, XXX, pars 1°, p. 348); verisimile est privilegium authenticum Friderici secundi extitisse et tempore Friderici tertii sub ista quam habemus forma fuisse translatum et rescriptum.)

Wir Friedrich der ander, von Gottes gnaden Römischer kayser, mehrer des reichs nnd könig zu Jerusalem nnd Sicilia, herzog zu Schwaben. Thun knnd allen getrenen des reichs nachdem und uns der vest Heinrich Waldstromer ritter und Gramlieb sein bruder nachgefolgt über meer haben, und uns iezund und anderswo getreülich gedienet, und vorher ihr eltern unsern vorfahren am reich auch gethan haben, das bewegt unser kayserlich tugend und gemüte unsern getrenen zu helffen und begaben, und darumb dass sie es und dem reich und unsern nachkommen mögen dienen, so verleihen wir denselben obgenandten Heinrichen und Gramlieben und allen ihren nachkommen Waldstromern zu rechten lehen das oberst forstmeister ampt des walds zu Nürnberg denselben wald zn haven und geniessen, als ihr vordern auch zu lehen vom reich genossen haben. Und wir befehlen in und iren erben und nachkommen unser und des reichs wilde auf demselben wald und forst, dass sie das bestellen mit der jarlichen sulz, dem wilde zu niessen nnd machen als sich gebürt so mögen, sie so wir oder unser nachkommen nicht gegenwärtig seyn an unserer statt, das wild jagen und niessen. Das geben wir jno volle macht mit urknnd dieses unsern briefs.

Geben zu Melsiee (1) in dem reich Sicilia, nach Gottes gebnrt tausend

(1) Ap. Lünig, *Melisier;* unde cl. vir Raümer in *Gesch. der Hohenst.*, t. II, p. 572, interpretandum censuit *Moliste*. Non dubitandum tamen videtur quin legendum sit *Melfie*. Idem

zweyhundert und im drey und zwainzigsten jare, mense octobris, tertia die.

Latinam versionem addimus :

Fridericus secundus, Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, dux Sueviae. Notum facimus omnibus imperii fidelibus quod cum nos nobilis Heinricus Waldstromer miles et Gramliebus frater ejus comitati fuerint ultra mare et nobis in presentiarum et alias serviant, et antea eorum parentes nostris predecessoribus in imperio bene quoque fecerint, imperiali nostra sapientia et misericordia moti ad favendum fidelibus nostris et providendum, ut ita ipsi imperio et nostris heredibus servire procurent, propterea nos concedimus eisdem predictis Heinrico et Gramliebo et omnibus eorum posteris Waldstromeris in rectum feudum supremum forestariatus officium silve apud Nuremberg ad silvam eamdem secandam et utendam, sicut iu antea quoque feudis ab imperio usi fuerunt. Committimus quoque ipsis ipsorumque heredibus et posteris nostram et imperii venationem ex eadem silva et foresta ad conducendam sub annuo debito (1), ut venatione utantur et inde faciant sicut sibi videbitur expedire, et quando nos et posteri nostri non presentes erimus in civitate nostra, venationem exerceant et ea utantur. Cui damus plenum robur hujus nostre pagine privilegio.

Datum Melfie, in regno Sicilie, anno dominice nativitatis millesimo ducentesimo vicesimo tertio, mense octobris, tertia die.

Gregorius papa rectoribus societatis Lombardiae mittit cautionem qua Fridericus Romanorum imperator in pace cum Ecclesia Anagniae, 10 octobris.

---

quoque Raümer et Boehmerus, loco supra citato, ad ann. 1223 hoc documentum certissime adulterinum indicant, nostra autem sententia parum recte. Nam cum in titulo Fridericus se regem Jerusalem nominet et in privilegio memoret expeditionem suam transmarinam, ad ann. 1230 recurrendum arbitramur, quo insuper mense octobri imperator apud Melfiam sedem habuit. Fuerit ne in authentico scriptum *Anno..... millesimo ducentesimo tricesimo*, an in versione germanica legendum oporteat *Dreyssigsten jare* vice *drey und zwainzigsten jare*, libenter suspicamur; sed peritioribus dijudicandum relinquimus.

(1) Locus obscurus ex difficili interpretatione verbi *Sulz*, quod in glossariis eum sensu huc conveniente non reperitur. Legimus autem et vertimus *Schuld*.

tractata promisit quod nullatenus ipsos offendet et omnem offensam expresse remisit. Unde hortatur ut in devotione ecclesiae Romanae persistant, cum grata ipsis intendat vicissitudine respondere.

(Edid. Hoefler, *Kaiser Friedr. II*, docum., p. 327, n° I, ex Gregor. IX Regest., ann. IV, epist. 70; — coll. cum collect. Biblioth. Paris.)

Gregorius, etc., rectoribus societatis Lombardie, etc. Magnifica vestre devotionis obsequia que in personis et rebus Ecclesie Romane impendistis tempore opportuno jugiter pre oculis mentis habentes, eorum non possumus oblivisci, sed de retributione condigna et superabundanti non desinimus cogitare, debitores nos merito reputantes ad omnia que vobis procurare possumus profutura. Absit enim ut Ecclesia Romana ingratitudinis arguatur que semper affluens gratia gratiosis, merita suplicum consuevit premiis largioribus superare. Sane cum carissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum imperator illustris semper augustus et rex Sicilie, viam pacis eligens tutiorem, se humiliavit in tantum quod ad mandatum Ecclesie rediens reverenter meruit a vinculo excommunicationis absolvi, forma pacis inter nos et ipsum, mediantibus principibus Alemannie nec non venerabili fratre nostro... Brixiensi episcopo qui vobis et pro vobis astitit fideliter et prudenter, tractata prius et multiplici munimine roborata, vobis et parti vestre sufficienter est cautum quod nullatenus vos offendet, sed remisit expresse si eum forsitan offendistis. Quare non expedit ut exinde nullatenus dubitetis, cum nec leviter possetis offendi quin graviter nos reputaremus offensos. Ideoque universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica scripta mandantes quatenus in Ecclesie Romane devotione inflexibiles persistentes, fide que per dilectionem operatur beneplacitis nostris obsequi studeatis, certi omnimodis et securi quod grata vobis intendentes vicissitudine respondere vos dignis prosequemur retributionibus gratiarum; et ecce ad majorem cautelam tenores litterarum continentium cautionem vobis sub bulla nostra duximus destinandos.

Datum Anagnie, VI° idus octobris, pontificatus nostri anno IV°.

[Inserebantur autem litterae patentes quae sunt ita :]

Fridericus, etc. Per presens scriptum notum facimus universis quod nos remittimus, etc. *Vide supra*, p. 208, n° III.

In nomine Domini. Amen : Bertholdus Aquilegensis patriarcha, *et caeteri, ut supra*. Per presens scriptum notum fieri volumus universis quod dominus imperator remittit omnem offensam, etc., *usque ad* donec satisfecerit. *Vide supra*, p. 210-211, n° V.

Nos J. Dei gratia Sabinensis episcopus, etc. Precipimus domino imperatori quod a die absolutionis, etc., *usque ad* domino papo reservetur. *Vide supra*, p. 218, 219, n° XIII.

Gregorius papa Fridericum imperatorem monet ut spretis improborum consiliis, homines de Foggia, Civitate, Casali Novo, Sancto Severo et alios quosdam de Capitanata misericordius pertractet, ne animos post tam celebre festum pacis contra utrumque scilicet papam et imperatorem exasperet. Anagniae, 15 octobris.

(Edid. Raynaldi, *Annal. eccles.* ad ann. 1230, p. 408, § xvii, e Gregor. Regest., ann. IV, epist. 71. — Quae autem desunt, supplevimus ex coll. Laporte du Theil in Biblioth. Parisiensi.)

Gregorius, etc., F. illustri Romanorum imperatori, semper augusto, et regi Sicilie, etc. Non dubitamus quin aliqui corde perversi ab inceutore malorum omnium nequiter instigati mansuetudinem tuam frequenter attentent, suggerendo procaciter ut injuriam propriam immisericorditer prosequens homines tuos de Fogia, Civitate, Casali Novo, Sancto Severino (*a*) et alios quosdam de Capitinata minus humane pertractes (1), sic-

(*a*) Recte *Sancto Severo*.

(1) Vid. supra p. 197 et notam 1.

quo saluti et fame tue quarum se simulant dilectores insidias pervicaciter machinantur ut clementiam vertens, quod absit, in iram, misericordem exasperes Redemptorem qui misericordibus misericordiam impertitur, et contra te hominum ora laxentur murmurantium et clamantium quod tam celebre festum pacis, tot votis hominum expetitum, tam cito in luctum vertitur et lamentum, multis tumultuantibus et dicentibus : Eccine duo magna luminaria convenerunt ut multos tenebris doloris involverent et horroris, et qui hominibus presunt ut prosint, in tribulatione consentiunt subditorum. Quare dolore confodimur in occulto et rubore confundimur in aperto nisi decidant a cogitationibus suis consiliorum salubrium perversores, te illos secundum impietatum ipsorum multitudinem expellente ne sedentes cum divite in insidiis in occulto destruant innocentes; sed detractoribus velut nubibus aquilone fugatis, clementie imperialis serenitas cunctis clareat luminosa in qua velut in die post opace noctis tenebras et horridi fragoris angustias, homines intimis affectibus delectentur. Ne igitur utriusque nostrum nomen ulterius blasphemetur, imperialem celsitudinem rogamus, monemus et hortamur in Domino adjurantes per Dominum Jesum Christum qui prefert misericordiam holocaustis, quatenus prudenter attendens quod melior est patiens viro forti et per patientiam viri doctrina cognoscitur, misericordia cui cetere virtutes humiliter obsequuntur, te permittas salubriter superari, cum nunquam alias felicius valeas triumphare, dimittensque debitoribus tuis ex corde illum cui omnia debes tibi constituas merito debitorem et tam nostro quam tuo pudori provide consulens nos tibi reddas ex hoc specialiter obligatos. Qui si secus quod avertat Dominus ageres, non possemus nos non reputare confusos, quia non deessent qui nobis fiduciam quam de te concepimus mordaciter exprobrarent.

Datum Anagnie, idibus octobris, pontificatus nostri anno quarto.

. . . .
19 novembris.

Fridericus, Romanorum imperator, remittit omnem offensam civibus Lanciani et Ortonae et omnibus qui eisdem contra se adhaeserunt.

(Memoral. ap. ANTINORI, *Memor degli Abruzzi*, t. II, p. 92, ex POLIDORO, *Antiq. Frentan.*, pars 1ª, dissert. 26, ad ann. 1230 (1); non expressis verbis ipsius mandati, quae forsitan ita erant:)

Datum. . . . . , XIX novembris, quarta indictione.

Gregorius papa cum in litteris quas Fridericus Romanorum imperator pro fidejussuris principibus et aliis destinabat, quaedam omissa animadverterit, illi nuntiat se illas non publicandas duxisse, et quæ addenda vel immutanda sint interclusa remittit; monens ut ipsius nuntium qui suam declinans praesentiam in Theutoniam profectus est, celeriter revocet. Laterani, 3 decembris.

(Edid. HOEFLER, *Kaiser Friedr. II*, docum., p. 328, n° 2, ex Regest. Gregor. IX, ann. IV, epist. 76.)

Gregorius, etc., Friderico Romanorum imperatori illustri, semper augusto et regi Sicilie. Dilectum filium G. judicem Papiensem nuntium tuum cum litteris imperialibus ad Sedem apostolicam accedentem solita benignitate recipimus et tam viva quam litterali voce nobis ex tua parte proposita intelleximus diligenter. Ceterum inspecto litterarum tenore quas pro fidejussuris principibus et aliis destinabas, quia quedam sive per negligentiam sive per occupationem in eis erant ommissa, quare videri poterant imperfecte, ipsas non duximus publicandas, ne forte contra te amplius sineremus detractoribus materiam murmurandi, quasi tibi contra formam juratam et scriptam de quadam quasi suspecta gratia deferremus, sed ad collationem litterarum ipsarum et quorumdam aliorum

(1) Ad hunc eumdem annum ANTINORI, *ibid.*, t. II, p. 110, et PALMA, *Storia eccles. e civ. della citta di Teramo*, t. II, p. 5, referunt quemdam Monaldum comitem Aprutinum regno pulsum fuisse ab imperatore Friderico qui Robertum filium ejusdem in carcerem injecit, altero filio Rainaldo nomine extra gratiam imperialem remanente.

scriptorum venerabilem fratrem nostrum... Capuanum archiepiscopum qui et nostre intentionis affectnm et sue judicium rationis fideliter plene ac plane tibi sicnt confidimus intimabit, fidncialiter admittentes, que addenda vel immutanda conspeximus tibi presentibus dirigimus interclusa, serenitatem tuam affectuose rogantes et monentes attente quatenus sinceritatem nostram sine fictione aliqua diligenter attendens ea secure sine dubitatione studeas adimplere, nil penitus suspicans qnasi te in aliquo circumveniri velimns, cum jam per Dei gratiam omnibus serenatis cupiamus nt omnia in luce procedant, nullo prorsus loco versutiarum tenebris derelicto, optantes ut ad votum tuum omnia prospere dirigantur. Verum valde credimus expedire ut nuntius ille tuus qni nescimns quo spiritu nostrum declinans aspectum in Thentoniam est profectus, celeriter revocetur, ne contra formam prescriptam contingat cautionem a principibus exhiberi.

Datum Laterani, III nonas decembris, pontificatus nostri anno IV°.

Laterani, 10 decembris.

Gregorius papa Friderico Romanorum imperatori exponit qua causa de petitione ejus super juribus imperii in Provincia et terris haeretica pravitate infectis ad tempus supersedendum duxerit, nuntiatque se ad exhibendam justitiam paratum si idem imperator super civitate de Castello jus quod intendit prosequi voluerit.

(Inedit. ex Regest. Gregor., ann. IV, epist. 78 et 95, ex duplici copia quae extat in collect. Laporte du Theil in Biblioth. Paris.)

Gregorius, etc., Friderico illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie, etc. Venerabilem fratrem nostrum... archiepiscopum Capuanum ad nos ab imperiali celsitudine destinatum recipientes affectione gratanti et honorificentia debita prosequentes, que nobis ex parte tna proposuit intelleximus diligenter. Ceternm super iis cum fratribus nostris congrua deliberatione prehabita, licet forte videatur utcunque difficile

alicui maxime qui rerum circumstancias non attendit quod nunc ducimus respondendum, intelligentibus tamen nostri animi puritatem et qualitatem temporis attendentibus responsio non poterit non placere, cui evidentissima ratio suffragatur. Sane cum statutum fuerit in concilio generali ut terre infecte heretica pravitate, nisi per dominos purgarentur, essent crucesignatis exposite, salvo jure principalium dominorum, dummodo super hoc ipsi nullum prestarent obstaculum nec aliquod impedimentum opponerent, licet Ecclesia Romana terras in Provincia constitutas et alias post infinitas angustias et expensas innumeras in christianorum sanguine profligatis hereticis acquisitas ceperit retinere, ne reprobi repere vel irruere valeant in eamdem, novit tamen ille qui fingens corda hominum singillatim cogitationes intelligit singulorum, quod nunquam ex hoc intendimus juribus imperii derogare que potius conservare proponimus illibata. Verum cum conversio terre illius adhuc adeo sit recens et tenera quod ex levi mutatione aversionis posset incurrere facile recidivam et sic esset error pejor priore, saluti et honori tuo non est dubium expedire ut petitionem tuam in tempus differas oportunum quo et nos super ea cum Ecclesie honore ac tuo intendere valeamus, quia cum nova nunc in terra illa turbatio sit exorta neque antiqua omnino sopita, si quid inde sinistri, quod absit, accideret multi nobis et tibi principaliter imputarent. Ideoque serenitatem tuam rogamus et monemus in Domino quatenus egre non feras quod ad presens super petitione tua non duximus procedendum, nec suspicione aliqua movearis quod in hoc aliud quam quod premisimus intendamus. Ad hoc quia civitate Castelli te asserens spoliatum tibi super ea justitiam postulas exhiberi, absit quod eam tibi vel aliis denegemus in qua sumus omnibus debitores. Sed illud te latere non debet quod castellum Felicitatis, quod nunc dicitur civitas de Castello (1), spectat ad Sedem apostolicam pleno jure, sicut apparet ex multis publicis munimentis et predecessorum tuorum privilegia protestantur necnon imperatorum recognoscunt affatus. Unde audias super hoc que dictus archiepiscopus tibi dixerit

(1) Scilicet *Citta di Castello*, quondam *Tifernum*, juxta fines Tusciae. Nomen quod Gregorius hic memorat apud topographicos libros non reperimus.

ut a nobis audivit, et si honori tuo congruere videris jus prosequi quod intendis, nos paratos invenies ad justitie complementum.

Datum Laterani, IV idus decembris (1), pontificatus nostri anno quarto.

Precinae, 25 decembris.

Mense decembri imperator apud Precinam natale Domini celebrat. — Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.*

---

(1) At in secunda copia exhibentur aliae notae chronologicae, scilicet VI nonas januarii: fortasse legendum *IV nonas januarii* (2 januar.). Istae autem notae eo minus nobis rectae videntur quod archiepiscopo Capuano tempus non superfuisset eundi ad imperialem curiam et Romam circa dimidium ejusdem mensis remeandi. Vid. infra p. 255.

ANNO 1231. — INDICTIONE 4.

Fridericus, Romanorum imperator, burgensibus Lubicensibus concedit ut in flumine Wakenitz molendinum construere et possidere possint, ea scilicet conditione quod census de molendinis curiae consuetus nullatenus minuatur. Precinae, januario.

(Edit. ap. *Cod. diplom. Lubec.*, pars 1ª, p. 55, nº XLV, ex originali cum sigillo in suo statu asservato.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Per presens scriptum notum facimus universis imperii fidelibus tam presentibus quam futuris quod burgenses Lubicenses fideles nostri nostre celsitudini propensius supplicarunt quatinus quia molendina curie tempore hyemali propter inundationem et rapacitatem fluminis devastari contingit, concederemus eis construere molendinum unum in flumine quod dicitur Wokence (1) ad opportunitatem eorum libere possidendum, ita videlicet quod censum de molendinis curie solitum annis singulis exhibebunt, et quotiens ipsa molendina devastari contigerit, ipsi eadem suis reparare sumptibus tenebuntur et eumdem censum que integra solverent, donec reparata fuerint, exhibere. Nos igitur attendentes sinceram fidem et devotionem eorum quam ad imperium semper et ad nostram excellentiam specialiter habuerunt et habere non desinunt tam fideliter quam devote, de innata gratia nostra ipsorum supplicationibus liberaliter annuentes, concedimus ipsis Lubicensibus fidelibus nostris ut amodo liceat eis in predicto flumine ubi oportunius viderint mo-

(1) Hodie *Wakenitz*.

lendinum unum ad eorum oportunitatem construere et libere possidere constructum, eo scilicet tenore quod census de molendinis curie consuetus nullatenus minuatur, sed illum exhibere annuatim more solito teneantur, et si quando ea devastari contigerit, suis sumptibus debeant reparare ac censum consuetum solvere donec fuerint reparata. Presentis insuper scripti auctoritate mandamus quatenus nullus prefatos burgenses Lubicenses fideles nostros contra presentis concessionis nostre paginam impetat vel infestet. Ad hujus itaque concessionis nostre memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et sigillo celsitudinis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Precine, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo, mense januario, quarta indictione, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus undecimo, regni Jerusalem sexto, regni vero Sicilie tricesimo feliciter secundo (*sic*). Amen.

. . . . . . januario. M CC XXXI. Mense januario suas imperator litteras mittit ad Stephanum de Anglone terrae Laboris justitiarium ut diligenter inquirat de promissis imperiali curiae factis; et si qua post transfretationem suam facta sunt concessionum privilegia per Raynaldum ducem Spoleti sive suo sive ipsius ducis sigillo signata aliquibus personis, ea imperiali curiae usque ad festum Purificationis beatae Virginis praecipiat praesentari; alioquin ex tunc in antea nullam habeant firmitatem. Praecipiat etiam omnibus Ravellensibus ut uxores et familias suas usque ad festum Pentecostes remittant Ravellum sub poena personarum et rerum. Inhibeat etiam omnibus illis quibus licentia data fuit aedificandi occasione ortae discordiae inter imperium et Ecclesiam, sub poena predicta ne in terris aut castris suis aedificare praesumant. — Item mandat generaliter universis qui de feudis servire

tenentur, tam praelatis quam caeteris aliis, ut ana decem feuda conferant, de quibus comes vel baro qui decem feudis praeerit et pluribus, melior necnon ditior qui inter participes et possessores invenietur, eligi debeat; et taxari et praeparari se debeat (*a*) in duobus equis, somerio uno et armis ac caeteris proportionaliter et habeat pro corredo unius anni uncias L praefixo termino proximi passagii mensis martii in portu Brundusii praesentandus, ut abinde secundum suam dispositionem debeat transfretare. Item ad inquirendum si qui fuerint a talleis et collectis exempti sive potentia, prece, precio, amore, vel timore cujusque, mittit judicem Rogerium de Asculo et J. (*b*) comestabilem Corneti ut universis et singulis praedictorum collectam imponant. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

Encyclica Gregorii papae Salzeburgensi archiepiscopo et episcopo Ratisponensi per Alemanniam, episcopo Vercellensi et electo Mediolanensi per Italiam missa, qua mandat ut a praelatis, principibus et communitatibus ibidem expressis cautionem recipere procurent, juxta formam pacis inter imperatorem et Ecclesiam reformatae. Laterani, 16 januarii.

(Inedit. ex Regest. Gregor. IX, ann. IV, epist. 98 et 96, ex duplici copia quae extat in Collect. La Porte du Theil in Biblioth. Paris.)

Gregorius, etc., Salzeburgensi archiepiscopo et episcopo Ratisponensi imperialis aule cancellario, etc. Cum carissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum imperator illustris, semper augustus, et rex Sicilie super pace reformata inter ipsum et Ecclesiam observanda se obligaverit

(*a*) In diversis editionibus *debeant*.
(*b*) Alias *L*.

ad certam cautionem prestandam ab Ecclesia sibi petitam, fraternitati vestre presentium auctoritate mandamus quatenus a prelatis et principibus quorum nomina vobis in scriptis transmittimus, cautionem recipere procuretis juxta formam quam sub bulla nostra mittimus interclusam. Datum Laterani, XVII kalendas februarii, pontificatus nostri anno quarto.

Hec sunt nomina : Coloniensis, Maguntinensis, Magdeburgensis, Bremensis, Treveriensis, Pataviensis, Babembergensis, Erbipolensis, Alberstadensis, Spirensis, Warmacensis, Argentinensis, Leodiensis, Trajectensis, Cameracensis, Metensis, Basiliensis, Constantiensis, Augustensis, Brixinensis, Curiensis, Tridentinus; rex Boemie, dux Bavarie, dux Austrie, comes palatinus Reni, lantegravius, dux Saxonie, comes de Hanalt, dux Brabantie, dux Lothoringie, comes Barri, dux de Liemburg.

Episcopo Vercellensi et Mediolanensi electo (1) in eumdem modum ut supra scriptum est, [verbis competenter mutatis.]

Hec sunt nomina in Tuscia : Pisa, Luca, Florentia, Aretium, Pistorium, Sene, comites palatini Guerre, comes Willelmus Aldebrandini, comes Sabaudie, Dalfinus Ravennas (*a*).

Hec sunt nomina in Lombardia : Cremonensis episcopus et communitas, Parmensis episcopus et communitas, Papiensis episcopus et communitas, Regium, Mutina, Mediolanum, Pergamum, Cume, Novaria, Alexandria, Vercellum, Taurinum, Padua, Tervisium, Vicentia, Verona, Mantua, Brixia.

Hec sunt nomina in Romagnia : Bononia, Faventia, Ravenna, Ariminum, marchio Estensis, marchio Montisferrati, comes Sancti Bonifacii, Ezolinus, Salinguerra, marchiones Malespine.

Sequitur forma pacis : In nomine Domini. Amen. Nos Bertholdus Aquilegensis, etc. (*quam supra dedimus*, p. 210, n° V).

(*a*) Sic in duobus copiis; evidenter autem legendum *Viennensis*.

(1) Scilicet Guillelmus de Ruzolio, electus pridie idus octobris 1230 (14 octobr.). *Cf. Catalog. Archiep. Mediolan.* ap. Pertz, *Monum. Germ. Hist.*, t. X, p. 107.

Gregorius papa Friderico Romanorum imperatori gratulatur quod ad regni Hierosolymitani succursum operam efficacem dare velit, hortaturque ut Hospitalariis et Templariis ablata restitui et de damnis satisfieri faciat. Laterani, 1° januarii.

(Edidit RAYNALD., *Annal. eccles.* ad ann. 1231, § LIII-LIV, sed non integram epistolam exhibuit. Complementum autem addimus ex Regest. Greg. IX, ann. IV, n° 99. — HOEFLER, *Kaiser Friedr. II*, docum., p. 329, n° 3, hanc quoque memorat, sub dato *IV kalendas februarii*; 29 januarii.)

Gregorius, etc., Friderico illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie, etc. Imperialis magnificentie littere per venerabilem fratrem nostrum Capuanum archiepiscopum et dilectum filium magistrum Roffridum imperialis curie judicem nuper nobis exhibite, licet primo gravi nos stupore perculserint et horrore rumores insuspicabiles referendo, letitiam tamen nobis et exultationem placidam attulerunt fidei zelum et devotionis fervorem tibi divinitus inspiratum juxta mentis nostre desiderium explicando. Hec enim est gratificans gratia perennis glorie infaillibilis comparatrix ut prudenter attendens quod qui plus aliis nosceris a domino percepisse, ad obsequendum eidem es arctius obligatus, eo quod dum augentur dona, rationes etiam donorum excrescunt, beneplacitis ejus te reverenter prona humilitate substernas et ad eadem exequenda prompta magnanimitate potenter exurgas, certus omnimodis et securus quod Dominus virtutum ipse est rex glorie munificus elargitor, excedensque supplicum merita transitoria commutat eternis. Agentes igitur grates et laudes gratiarum omnium laudabili largitori misericordiam ejus humiliter imploramus ut pie intentionis propositum ipso seminante in tua mente conceptum continua nutriens pietate perficiat ad profectum, in tue salutis augmentum et exaltationem populi christiani. Nos autem Christi causam agere cupientes ex animo et tuis profectibus

nihilominus intendentes, ad defendendnm regnum Hierosolimitanum quod te principaliter respicit succursum oportnnum contra barbaras nationes sollicite procnramns, proposita in Domino fiducia spei nostre qnod multiplicatis snper numerum Ecclesie inimicis magnificabit et mirificabit suam misericordiam cum eadem, illos per ministerinm snorum fidelium sicut pulverem ante faciem venti comminnens et velnt lntum projiciens platearum, ut diligentibus eum omnia cooperentur in bonum qui quanto durioribns exercentur, clarins elucescnnt et felicius coronantnr. Verum quia negotii qualitas anxilio indiget generali, ecce nniversis ecclesiarum prelatis, regibus et principibus et qnibusdam crucesignatis dirigimus scripta nostra qnalia eidem negotio conspexerimns expedire, continnaturi alias sollicitudinem diligentem et impensuri nos ipsos in qnibnscnmque fuerit oportunum. Ceterum quia, si te in hoc exhibneris ut convenit animosnm, multos ad id landabiliter animabis, celsitudinem tuam rogamns, monemus et hortamur in Domino adjnrantes per sanguinem crucifixi quatenus fortitndine spiritus roboratns ex alto, memor quod in talibus immensitas optima est mensura, non parcens personis vel rebns illuc in utrisque festinatum subsidinm stndeas destinare faciendo loca muniri ne timeant impetum aggressorum, donec illnc copiosns possit destinari succursus qui profliget auctore Domino inimicos, snpererogaturus nihilominus quicumque videris oportuna, ut magnanimitatem magnificam et magnanimem magnificentiam tuam Deo reddas et hominibus commendandam. Ad hec cum, sicnt nosti, dilecti filii magistri et fratres domorum Hospitalis et Templi Hierosolimitani reliqnias terrarum illarum diu in sanguine suo defenderint viriliter et potenter, nnnc sicut flebiliter conqnerantur in regno Sicilie suis facnltatibus diminnti et solitis destituti snffragiis non habent consuetam potentiam hostibus resistendi; quod si qnidem in enorme universalis Ecclesie detrimentnm et tnam specialiter posset redundare jacturam. Qnapropter affectnose deposcimus et consulimus bona fide quatenus eis ablata restitui et de damnis satisfieri faciens competenter eos divine retribntionis obtentu beneficentie gratia favorabiliter prosequaris, cum, etsi agant in partibus illis principaliter causam Christi, nihilominus tamen interesse tnum, videlicet gubernationem regni Hierosolymitani,

ntiliter prosequnntur, sic impendentes gratnm Domino famulatum nt et tibi opem afferant efficacem.

Datnm Laterani, XIV kalendas februarii, pontificatns nostri anno qnarto.

Gregorius papa Fridericum Romanorum imperatorem monet ut fidejussoriam cautionem quam ad octo menses praestare debuit ex nunc adimplere studeat.

(Inedit. e Regest. Gregor. IX, ann. IV, n° 100.)

Eidem. Cum in forma pacis inter nos et te habita fuerit ordinatum ut pro iis que in tractatu pacis venerant observandis ex tunc ad octo menses prestares fidejussoriam cautionem, et propter impedimenta supervenientia id nequiverit adimpleri, nolumus tibi ex transcursu preteriti temporis prejudicium generari. Tu tamen ex nunc predicta studeas adimplere cum jam tempus prestande cautionis hujusmodi tibi currat.

Datum Laterani, XIII kalendas februarii, anno quarto.

Fridericus, Romanorum imperator, ad supplicationem Johannis abbatis monasterii Sanctae Euphemiae in perpetuum confirmat commutationem inter hoc monasterium et Mattheum Marcafabam doanae in Calabria magistrum ex parte sua factam de castro Neocastri et medietate civitatis ejusdem pro terra Noceriae, medietate casalis Apriliani et Portu maris qui dicitur Navis de Arata cum hominibus et pertinentiis. Foggiae, februario.

(Edid. FIORE, *Calabria illustrata*, pars II, p. 122-123; mendose autem, ex originali, ut videtur, male lecto et non ad integrum transcripto.)

Federicus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Dignum fore decrevimus (*a*)....... et apud Deum misericorditer porriguntur. Inde est quod accedens ad curiam nostram religiosus frater Johannes venerabilis abbas monasterii Sancte Euphemie, devotus noster, exposuit humiliter coram nobis quod cum olim Matteus Marchiafaba, fidelis noster, imperialis doane de secretis et magister in Calabria [camerarius] (1) pro parte celsitudinis nostre predictum abbatem et conventum monasterii ejusdem Sancte Eufemie requirerit de permutando castrum Neocastri cum medietate civitatis ejusdem eidem monasterio pertinentis pleno jure et quod et quam dicti abbas et conventus pro parte monasterii ejusdem canonice tenebant et possidebant, promittens predicto abbati et conventui pro predicto castro Neocastri et medietate civitatis in cambium terram nostram Nocerie et medietatem casalis Apriliani cum omnibus militibus, burgensibus et aliis hominibus franchis et villanis in eis morantibus et cum omnibus pertinentiis, appendiciis et juribus suis; et predicta permutatio cum consensu et voluntate predicti conventus inter ipsum abbatem pro parte sui monasterii predicti et predictum Matteum Marchiafabam pro parte majestatis nostre fuerit canonice celebrata, prout in quodam privilegio exinde facto vidimus contineri, majestati nostre predictus abbas humiliter supplicavit quod cum dictus Matteus tempore permutationis ipsius portum maris qui dicitur Navis de Arata de tenimento dicte terre Nocerie cum predicta terra et medietate ipsius casalis [in] predicta contineri permutatione promiserit (*b*), tamen quia sua interesse non dicebat dictum portum..... (*c*) eumdem abbatem sine (*d*) nostra speciali licentia et mandato, ut dictam terram Nocerie cum pre-

(*a*) Locus mutilus; plura desunt in impresso.

(*b*) In impresso *casalis predicta quidem permutatio promissa* : quod sensu omnino caret.

(*c*) Deest aliquid in impresso.

(*d*) In impresso *cum*, male.

---

(1) « [Mense novembri 1230] in Apulia imperatoris jussu capiuntur Matteus Marchafaba ma» gister camerarius, judex Philippus de Magdalone, » etc. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.*

dicto portu maris et medietate predicti casalis Apriliani, prout provisum est et promissum (a) per eumdem Matteum tempore permutationis ipsius, eidem abbati et monasterio predicto et successoribus suis in perpetuum concedere et [con]firmare dignaremur. Nos autem qnod (quia) predictum monasterinm semper prosequi intendimns gratia et favore, volentes conditionem ipsins semper augere et facere meliorem, de imperialis benignitatis gratia predictam terram Nocerie cum predicto portu maris qui dicitur Navis de Arata et medietatem predicti casalis Apriliani cum hominibns, militibns, burgensibus, franchis et villanis, cum omni jure et oneribus snis, aquis dulcibus et salatis, nemoribns, pascnis, etc. Ad hnjus autem concessionis, confirmationis et permutationis nostre memoriam et robur in perpetnnm valitnrum presens privilegium per manus Jacobi de Bonita (Bantra) fidelis [et] notarii nostri scribi et sigillo cere pendente (b) majestatis nostre jussimns commnniri.

Actum Fogie, anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo, mense februarii, quarte indictionis (1), imperii domini Federici, etc.

Fridericus, Romanorum imperator, Balsamo abbati Cavensi concedit ut vasalli ipsius monasterii morantes apud Cavam, Sanctum Adjutorem et Castrum Cilenti in generalibus subventionibus regni centum uncias auri tantummodo exhibeant, eosdemque vasallos in omnibus eorum immunitatibus restituit; concedit insuper ut in

Foggiae post curiam Capue (februario?).

(a) In impresso *permissum*, male.

(b) Haec duo insolita verba ex amanuensis arbitrio in textum irrepsisse putamus.

(1) Cum annus, indictio et locus minime concordent, non dubitandum quin notae chronologicae sicut reliquum documentum minus correcte transcriptae fuerint. Unde legendum proponimus *tricesimo* pro *quadragesimo*, cum nonnisi in anno incarnationis 1230 (nostra computatione 1231), Fridericus mense februario, quarte indictionis, apud Fogiam morari potuerit.

omnibus pertinentiis monasterii Cavensis ibidem expressis possit accipere fidagium, herbagium, plateaticum, etc., omniaque quae quilibet comes vel baro in terris suis feudalibus exigere potest.

(Inedit. ex originali in Archiv. Cavensi, armar. M. n° 28. — Transumptum quoque authenticum adest in libr. primo transumpt. n° XL, car. 64, et in dictionn. Ibid. fol. 141.)

In nomine Dei eterni et Salvatoris nostri Jesu Christi. Amen. Fridericus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, et rex Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue. Inter cetera dona principum quibus est annexa stabilitas illis debetur merito jus perpetue firmitatis que personis religiosis ac locis venerabilibus, immo in eis Domino conferuntur, illi videlicet qui dat salutem regibus, disciplinam adjiciens regiminis salutaris. Hinc est utique quod cum tu, Balsame venerabilis Cavensis abbas, fidelis et familiaris noster, ad nostram nuper accesseris devotus presentiam et in humilitatis spiritu supplicaveris ut vassallos ipsius monasterii morantes et moraturos in castris et locis jam dicti monasterii, videlicet Cava, Sancto Adjutore cum suburbiis suis, Castro Cilenti cum casalibus suis omnibus, in nostris generalibus subventionibus imponendis pro tempore per nos hominibus regni nostri aliisque immunitatibus eisdem hominibus, immo potius eidem monasterio per antiquos principes, duces et reges nostros in regno ipso predecessores collatis fovere et manutenere majestas nostri culminis dignaretur; nos qui libenter ad pietatis opera progenitorum nostrorum vestigia sequimur et inheremus exemplis, attendentes fidem ac devotionem tuam, considerantes etiam honestissimum cultum ac religionem laudabilem que in tuo jam dicto Cavensi monasterio pro communi salute omnium incessanter militat Jesu Christo, tuarum precum obtentu nostreque salutis intuitu, nec non et pro remedio animarum patris et matris nostre bone memorie, statuimus perpetuo valiturum ut homines dictorum locorum qui sunt et esse debent vassalli ipsius monasterii quamdiu in subjectione et fidelitate ligii homagii permanserint monasterii prelibati, in nostris generalibus subventionibus imponendis pro tempore de mandato nostro et exigendis ab aliis hominibus regni untias auri centum ponderis

generalis tantum nostre camere exibeant et exsolvant, quinquaginta videlicet untias Cava, Sanctus Adjutor cum aliis locis et villulis de pertinentiis eorumdem et reliquas quinquaginta Castrum Cilenti exsolvat cum suis casalibus supradictis. In aliis vero exactionibus pro rata communicent cum aliis hominibus nostri demanii juxta quantitatem superius pretaxatam. Et ut tuas preces sibi amplius sentiant profuisse, de gratia speciali eosdem homines restituimus ex nunc ad omnes libertates et immunitates contra quoscunque eis concessas per victoriosissimum regem Rogerium avum nostrum, regem Guilielmum avunculum nostrum, piissimum et felicissimum regem Guilielmum II consobrinum nostrum, sicut in privilegiis dictorum dominorum, que tu originalia vera et approbata nostre curie ostendisti, plenius continetur; prescriptione contra indulta hujusmodi longi vel brevis temporis in aliquo non obstante. De abundantiori insuper gratia concedimus tibi et successoribus tuis in perpetuum ut in predicta terra Cave, Sancto Adjutore, et pertinentiis eorumdem, Castro Cilenti cum omnibus suis casalibus, casali Sancti Petri de Paterno, casali Sancti Petri de Olivola, casali Sancti Stefani et Sancte Marie de Juncarico, casali Sancti Jacobi de Luceria, casali Sancti Egidii de Prato Gargano, casali Sancti Joannis de Fabrica, casali Rupto, casali Sancte Marie de Rota, casali Churisosmi, casali Sancti Petri de Tramutulo, casali Sancti Blasii de Salvia, casali Sancti Marzani, casali Sancti Arsenii, casali Sancti Petri de Polla, casali Sancte Marie de Pertusia, casali Sancte Barbare de Grasso, casali Tusciani, casali Sancte Barbare de Capnacio, tenimento Sancti Petri ad Columnellum et Sancti Nicolai ad Mercatellum et casali quod dicitur de Monacho situm in territorio Petralie, ac in omnibus aliis locis possessionibus et tenimentis tuis libere possis accipere fidagium, herbagium, plateaticum, aquaticum, ripaticum, portulaticum, glandaticum ac omnia alia que quilibet comitum baronumque nostrorum exigit et recipit in terris suis feudalibus, exigere potest et edificare, ac nos in terris nostri demanii exigimus et exigi facimus a degentibus et morantibus ibidem, edifices et exigas tu et successores tui et fratres (a) ipsius monasterii in castris, terris,

(a) In transumptis *partes*, male.

casalibus et locis predictis et pertinentiis eorumdem ab omnibus ibidem degentibus, nec non et in omnibus aliis que in futurum justo titulo poteris adipisci tu et successores tui, concedentes et confirmantes tibi et successoribus tuis ut quicunque se et sua in eodem monasterio offerre vel donare voluerit, libere ea possis recipere, sive feudalia fuerint seu quocunque nomine censeantur, eximentes ipsa ab omni servitutis jugo de nostra gratia speciali; et quicunque contra predicta ipsum monasterium ac vassallos suos molestare presumpserit, imperiali nostre camere uncias auri centum componat, prefato nostro statuto et gratia in suo robore permansura. Ad hujus igitur nostri statuti, exemptionis et confirmationis robur perpetuo valiturum presens privilegium nostrum per manus Jacobi de Catania notarii et fidelis nostri scribi et sigillo majestatis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Fogie post curiam Capue celebratam (1), anno Dominice incarnationis millesimo ducentesimo trigesimo primo, indictione quarta, regnante domino nostro Frederico Dei gratia Romanorum imperatore, semper augusto et rege Sicilie, imperii ejus anno vigesimo primo (*sic*), regni vero Sicilie anno trigesimo tertio, feliciter. Amen (2).

---

(1) Hujus curiæ nulla apud scriptores coævos nec etiam in Ricc. de S. Germ. mentio fit. Cum autem imperator Anagnia rediens mense septembri 1230 apud Capuam substiterit (vid. supra p. 239), suspicari licet ibi curiam illo tempore celebratam fuisse, cujus memoriam non servaverunt historici. Ad ann. 1221, mense februario, quo alterum eidem monasterio privilegium Salerni datum exhibuimus, istud quoque sat bene conveniret, nisi notae chronologicae et tenor etiam privilegii obstarent.

(2) Cum desit notatio mensis, et annus imperii pro undecimo *vigesimus primus* minus recte sit expressus, cum insuper nulla regni Hierosolymitani mentio fiat nec in titulo nec in notis chronologicis, hoc documentum valde suspectum habuit Boehmerus, *Regest. Imper.*, p. 148, nº 686, qui ad mensem maium hujus anni 1231 se refert. Nos vero, omni re perpensa, idem inter adulterina minime rejiciendum censemus. Titulus quoque regni Hierosolymitani omittitur in privilegio, plane tamen authentico, quod supra mense maio 1230 edidimus (vid. p. 195); ad februarium autem verisimilius privilegium cavense pertinere videbitur, si quis documenti praecedentis notas chronologicas, prout restituimus, admiserit.

Mense februario, imperator versus Tarentum properat ubi disponit curiam regere generalem. Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.* Februario, versus Tarentum.

Litterae credentiales quibus Fridericus, Romanorum imperator, Guiccionem de Saxoforti nuncium suum fidelibus suis Tusciae et Romaniolae commendat. Oriae, 11 februarii.

(Inedit. ex exempl. authenticato ap. arch. commun. Senensis, Pergam. tom. IV, n° 221.)

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, nniversis per Tusciam et Romanniolam constitutis qnibus presentes littere ostense fuerint fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Qnia nos mittimus Gniccionem de Saxoforti (1) fidelem nostrum per partes ipsas pro arduis et necessariis negotiis exequendis (*a*), mandamus et precipimus fidelitati vestre quatenus quocumque et apnd quoscumque vestrum pervenerit, ipsnm ob reverentiam culminis nostri honorifice recipiatis, impensuri ei auxilium et ducatum nbi expedierit et a vobis duxerit reqnirendum ut ad eadem nostra negotia exequenda possit securius se conferre.

Datum apud Horiam, XI februarii, IIII[a] indictione.

(*a*) In transumpto origin. *exquirendis*, male.

---

(1) Uguccione di Sassoforte, ut refert Tommasi, *Dell' istor. di Siena*, p. 234, jam Senas attulerat Friderici secundi litteras quibus ille reformationem pacis cum Ecclesia factae nuntiabat.

Ego Vivianus notarius totum quod supra continetur in litteris domini imperatoris suo sigillo cere munitis scriptum inveni, et cum Accorsino Fantini et Bacelerio Burnacci diligenter adscultavi viris litteratis, ipsas litteras exemplando, nil addens vel diminuens, et ad majorem fidem habendam puplice me subscripsi, in anno Domini millesimo ducentesimo trigesimo primo, die XVI kalendas maii, indictione quarta.

Laterani, 26 februarii.

Gregorius papa Fridericum Romanorum imperatorem hortatur ut Hospitalariis et Templariis ablata restitui faciat, de quibusdam quae abbas Casaemarii ex parte ejus sibi proposuit ad tempus aliud responsum remittit, monetque ne illos de regno qui Ecclesiae adhaeserunt transfretare compellat.

(Inedit. e Regesto Gregor. IX, ann. IV, n's 113-114-115.)

Gregorius, etc., Frederico Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. Si vere desideras, sicut decet, ut Terre Sancte negotium non turbetur sed potius dirigatur, expedit ut Hospitalarios et Templarios per quos terra illa est inter multas angustias hactenus gubernata et sine quibus nequaquam posse credatur gubernari, nulla molestatione fatiges sed potius beneficentie gratia prosequaris, sic agens proprium interesse, ut apud Deum incomparabile tibi meritum compares et apud homines nomen bonum. Sane ut taceamus quod nobis mordaciter exprobratur quod quasi momentanea videtur fuisse possessio de illis que per nos sibi restituta fuerunt, nunc illorum gravamen et amaritudine plenam non possumus obaudire querelam lamentantium quod nuper sunt et aliis spoliati, cum nec vellent nec valerent juris ordinem declinare. Quare non est dubium quin exinde gravia possint Terre Sancte dispendia imminere, cum indigentia laborantes non habeant unde terram ipsam valeant more solito defensare. Ut igitur conscientie proprie nec non fame tam nostre quam tue provide

consnlas, imperialem celsitudinem rogamus, monemus et hortamur in Domino quatenns eligens potius vinci misericordie pietate cui cetere virtutes cedere minime dedignantur quam justitia exasperata notari, dictis Hospitalariis et Templariis ablata restitni facias nniversa ita qnod divinam evites offensam et nos mansnetndinem tnam possimus merito commendare, cum alias patientiam nostram variis detrectationibus exponere videreris. Ut autem super hoc plenius tibi nostrum insinnemus affectum, in ore dilecti filii... abbatis Casemarii posuimns verba nostra quibns te credere volumns incunctanter.

Datum Laterani, IV° kalendas martii, pontificatus nostri anno qnarto.

Eidem. Imperialis celsitudinis litteras nobis per dilectum filium... abbatem Casemarii presentatas gratanter recepimus et intelleximus diligenter, gaudentes in Domino quod erga nos et Romanam Ecclesiam debitum exhibes sinceritatis affectum quo tibi Dei et hominum gratiam comparas et favorem et nos ad profectns tuos efficaciter exhortaris. Ceterum intellectis qne idem abbas nobis ex parte tua viva voce proposuit, circa plurima occupati et specialiter pro negotio fidei nequaquam super iis vel aliis in urbe deliberationem babere potnimns oportunam; sed cum sicut creditur noster inde non in longum differatur egressus, tnnc poteris ad nos tuum nuntium destinare qui tuam nobis intentionem exponens nostrum responsum tibi plenius reportabit. Interim autem hiis que predictus abbas ex parte nostra mansuetudini tue viva voce proponet fiducialiter acqniescas, certus quod votis tuis libenter annuimns quantum cum salva possumus honestate.

Datnm Laterani, *ut supra.*

Eidem. Qnanto malivoli et maliloqui majori estuant libidine detrahendi, recta etiam in sugillationem nostram et tuam nequiter depravando, tanto sinceritati tue accuratius est cavendum ne occasionem des illis contra utrumque linguas maledicas relaxandi, qnem utriusque fame decet esse sollicitum zelatorem. Intelleximns si quidem quod illos de regno qni Ecclesie adheserunt intendis compellere transfretare, hoc est eos sicut sibi

videtur et aliis in exilium relegari, cum ad id ex minori dilectione credaris induci. Ne igitur contra eos occasionem querere videaris et per consequens contra nos et te linguas acuas detractorum, imperialem celsitudinem affectnose rogamus et monemus attente quatenus ab intentione tali desistas et eos occasione hujusmodi minime inquietes.

Datum Laterani, *ut supra.*

Laterani, 26 februarii.

Gregorius papa Reginum archiepiscopum rogat ut apud Fridericum Romanorum imperatorem partes interponat ad restituenda universa quae Hospitalariis et Templariis ablata fuerunt.

(Inedit. ibid. n° 116.)

Regino archiepiscopo. Speravimus ut, sicut nobis presentialiter promisisti, Hospitalariis et Templariis restitui procurares ablata; sed adhuc ablatis primitus destituti aliis sunt noviter spoliati, sicut nobis eorum lamentabilis conquestio patefecit. Cum igitur propter hoc dilectum filium... abbatem Casemarii ad imperialem presentiam destinemus, fraternitatem tuam rogamus et monemus attente per apostolica scripta mandantes quatenus apud carissimum in Christo filium nostrum F. Romanorum imperatorem illustrem, semper augustum, et regem Sicilie, ut eis ablata restituat universa, interponas efficaciter partes tuas, ita quod diligentiam tuam possimus merito commendare.

Datum Laterani, *ut supra.*

In eumdem modum scriptum est archiepiscopo Capuano.

Laterani, 26 februarii.

Gregorius papa magistrum domus Templi monet ne in regno Hierosolymitano contra formam pacis et imperialis ballivi prohi-

bitionem guerram moveat, per quam possit Terrae Sanctae vel visitantibus eam aliquod periculum eminere.

(Edid. HOEFLER, *Kaiser Friedr. II*, document. p. 330, n° 4, ex Regest. Gregor. IX, ann. IV, epist. 110.)

Gregorius, etc., magistro domus Templi Hierosolymitani. Tempora cum causis ita sapiens commetitur ut nequaquam invicem sibi derogent, sed potius mutuo suffragentur, cum alias a discrimine non vacaret dum res exponeret non tam prudentie quam fortune. Sane carissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum imperator illustris semper augustus et rex Sicilie gravem ad nos querimoniam destinavit quod tu non attendens varia discrimina que de guerra inevitabiliter imminent Terre Sancte, treugas violare contendis contra formam pacis (1) et contra prohibitionem balivi sui, ad movendam guerram de regno Hierosolimitano milites plures abstrahendo, nonnullis de militibus peregrinis quos ipse duxerat ab hostibus miserabiliter captivatis. Unde regi Persarum in exterminium illarum partium properanti via videretur latior preparari, ut assequatur facilius quod intendit. Licet igitur ex eo quod inimicos Christi desideras debellare sis apud Deum et homines merito commendandus, quia tamen hoc temporis qualitas non exposcit sed potius interdicit, discretionem tuam monemus et hortamur attente per apostolica tibi scripta firmiter precipiendo mandantes quatenus nihil agas omnino per quod possit Terre Sancte vel visitantibus eam aliquod periculum eminere, cum id facile redundaret in confusionem totius populi christiani. Alioquin si contra mandatum nostrum aliquid attemptaris, non possemus equanimiter sustinere quin excessum tuum animadversione debita puniremus.

Datum Laterani, IV kalendas martii, pontificatus nostri anno IV.

---

(1) « Pacem quam in terra transmarina fecit imperator recepit ex parte papae Hierosolymitanus patriarcha, et ecclesia Sancti Sepulchri ita fuit reconciliata ei et peregrinis suis qui presentes fuerant, [scilicet] Antiochenus et Aquilegensis patriarchae cum quatuordecim, ut dicitur, episcopis. » ALBER. TRIUM FONTIUM, *Chronic.* ad ann. 1231 ap. LEIBNITZ, *Access.*, t. II, p. 540.

Tarenti, 28 februarii. Fridericus, Romanorum imperator, a Gregorio papa monitus quod haeretica pravitas in regno suo Siciliae praecipue circa partes Neapolis et Aversae irrepserit, eidem respondet se omnem sollicitudinem impensurum ad eradicandam tantam pestem de civitatibus praedictis.

(Edid. Raynald., *Annal. eccles.* ad ann. 1231, § XIX, sed non integre; complementum vero addimus ex Hoefler, *Kaiser Friedr. II*, append. n° 6, e Regest. Gregor. lib. IV, n° 131; coll. cum copia in Collect. La Porte du Theil.)

Sanctissimo in Christo patri Gregorio Dei gratia summo pontifici, Fredericus eadem gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex salutem et reverentiam filialem. Celestis altitudo consilii que mirabiliter in sua sapientia cuncta disposuit non immerito sacerdotii dignitatem et regni fastigium ad mundi regimen sublimavit, uni spiritualis et alteri materialis conferens gladii potestatem, ut hominum ac dierum excrescente malitia et humanis mentibus diversarum superstitionum erroribus inquinatis uterque justitie gladius ad correctionem errorum in medio surgeret et dignam pro meritis in auctores scelerum exerceret ultionem. Sane cum omni honorificentia venerandis apicibus vestre paternitatis acceptis et earum tenore cognito juste non potuimus non moveri, velut qui ad laudem bonorum, ad vindictam vero malefactorum collatum nobis a Domino ensem justitie bajulamus, dum nostris est auribus per easdem sacras litteras intimatum quod heretice labis morbus paulatim serpens ut cancer pro magna parte Italiam et specialiter, quod dolentes referimus, in regno nostro Sicilie Neapolim et Aversam partesque vicinas dicitur infecisse, sicut per quemdam ab eodem errore tandem Domino inspirante conversum apostolice beatitudini accepimus revelatum. Super quo tanto vehementius anxiamur quanto vicinior apostolice ac imperiali Sedi tanti superstitio invenitur erroris, ut in circuitu matris insultent impii

et ante faciem ejus proh pudor! in injuriam fidei perfidia tam obstinata consurgat, dum hericii foveas habeant et lamie nudent mammas ut lactent catulos infelices. Quia igitur ex apostolice provisionis instantia qua tenemini ad extirpandam hereticam pravitatem potentiam nostram ad ejusdem heresis exterminium precibus et monitis excitatis (1), ecce ad vocem virtutis vestre zelo fidei quo tenemur ad fovendam ecclesiasticam unitatem gratanter assurgimus, beneplacitis vestris devotis affectibus concurrentes, illam diligentiam et sollicitudinem impensuri ad evellendum et dissipandum de predictis civitatibus pestem heretice pravitatis ut, auctore domino cui gratum inde obsequium prestare confidimus ac vestris coadjuvantibus meritis, nullum in eis vestigium supersit erroris, ac finitimas et remotas quascumque previa (a) fama partes attigerit inflicta pena perterreat (2), et omnibus innotescat nos ardenti voto zelare pacem Ecclesie et adversus hostes fidei et ad gloriam et honorem matris Ecclesie ultore gladio potenter accingi.

Datum Tarenti, XXVIII februarii, IV indictionis.

Gregorius papa Friderico Romanorum imperatori respondet quod cum ipse conqueratur de communi Esculano fidelibus suis qui quaedam feuda regni ejus detinere dicuntur, imperiales justitiarii circa Laterani, 8 martii.

(a) In impressis *preciva*, male.

(1) Extant Gregorii papae litterae ejusdem temporis, scilicet dat. Laterani, IV non. martii, anno IV°, n° 127, abbati Cavensi directae, quibus quosdam haereticos ejus custodiae committit in arctissima fovea et sub vinculis ferreis separatim carcerandos. « Mense februarii nonnulli Pate- » renorum in Urbe inventi sunt quorum alii sunt igne cremati cum inconvertibiles essent, alii » donec poeniteant sunt ad Casinensem ecclesiam et apud Cavas directi. » Ricc. de S. Germ., *Chronic. ad ann.*

(2) « Imperator pro capiendis Paterenis apud Neapolim mittit Reginum archiepiscopum et » Richardum de Principatu marescalcum suum, de quibus aliqui sunt inventi et vinculis manci- » pati. » Ricc. de S. Germ., *ibidem*.

partes Aprutii clericis Ecclesiae graves irrogant injurias; unde, cum episcopo Belvacensi Anconitanae marchiae et ducatus Spoletani rectori mandet ut quaecumque in praejudicium imperatoris praesumpta sunt emendentur, ipse quoque emendari faciat quae a praedictis justitiariis contra Ecclesiam sunt praesumpta.

(Edidit Hœfler, *Kaiser Friedr. II*, docum. p. 331, n° 5, ex Gregor. IX Regest., ann. IV, n° 126. — Coll. cum Collect. La Porte du Theil.)

Gregorius, etc., Friderico illustri Romanorum imperatori semper augusto et regi Sicilie. Serenitatis tue litteras solita benignitate recepimus et que continebantur in eis notavimus diligenter. Nam sicut ex tenore collegimus earumdem, referentibus tibi quibusdam justitiariis tuis circa partes Aprutii constitutis te asseris accepisse quod commune Esculanum, fideles nostri, quedam feuda regni tui detinere contendunt nec permittunt etiam servitia curie tue debita eisdem justitiariis exhiberi; nihilominus alia quedam feuda ad regnum ipsum spectantia destruentes, propter quod jura et servitia tibi debita subtrahuntur. Quare a nobis imperialis excellentia postulabat ut insolentiam hujusmodi cohibentes faceremus tibi congrua satisfieri de subtractis, et eisdem fidelibus nostris firmiter inhiberi ut de cetero similia non presumant. Verum predicti justitiarii tui talia ecclesiis et personis ecclesiasticis et aliis fidelibus nostris Esculani districtus irrogare dicuntur que cum graviter oculos divine majestatis offendant, non decet imperialem mansuetudinem sustinere nec nos possumus in patientia tolerare : depredantur enim ecclesias, capiunt clericos, captos ausu sacrilego carceribus tradunt et adhuc Berr. clericum detinent carcerali custodie mancipatum, homines spoliant et tot et tanta ibi committunt enormia quod iidem fideles nostri vix possunt etiam respirare; et ut dicti justitiarii excusationem habeant in peccatis, cum offendant tam graviter se fingunt offensos, ut te si possunt provocent ad offensam. Licet autem a fidelibus nostris tibi ac tuis premissa fieri non credamus, quia tamen non est intentionis nostre juri et honori tuo in aliquo derogari, per venerabilem fratrem episcopum Belvacensem marchie Anconitane ac ducatus Spole-

tani rectorem (1) quecumque in prejudicium tuum presumpta sunt ab eisdem plenarie precipimus emendari. Tu vero, fili carissime, sic emendari facias que a premissis justiciariis sunt presumpta quod divinam evites offensam, et illi tam voluntate quam actione satagas complacere qui exaltat sibi placidos in salutem. Utinam sponsam ejus sanctissimam Ecclesiam videaris sincero animo venerari et per hoc gratiam in presenti et gloriam tibi compares in futuro, nosque devotionem tuam possimus merito commendare!

Datum Laterani, VIII idus martii, pontificatus nostri anno IV.

Litterae Friderici Romanorum imperatoris ad commune Senensium quibus ipsis de fide gratulatur et mandat ut nuncios ad curiam generalem proximi mensis aprilis transmittant, nec non ut ab omni incursione hostili abstineant. Tarenti, 9 et 10 martii

(Inedit. ex exempl. authenticato ap. arch. comm. Senensis, pergam. tom. IV, n° 220.)

Anno a nativitate Domini millesimo ducentesimo trigesimo primo, indictione quarta, die dominico circa oram vesperi sexto intrantis mensis aprilis, in presentia domini Manfredi Scrivani de Parma et Jacobi ejus filii et Homodei Sartoris et Furigoni Guillelmi de Furigono ibi testium, Enricus Gulfi nuntius domini Ferderichi (*sic*) Dei gratia Romanorum imperatoris ex parte dicti domini imperatoris representavit et dedit in manibus domini Ugonis Lupi, marchionis Soranee, Dei gratia Senensis potestatis duas licteras sigillatas sigillo dicti domini imperatoris, in una quarum continebatur deforis : Potestati et consilio Senensi fidelibus suis, — in alia vero

---

(1) Litterae quibus Gregorius papa Marchiam, Ducatum, Perusium, Tudertum, Urbem Veterem, Narniam et Ameliam regimini episcopi Belvacensis commisit, datae sunt Anagnie, VII kal. octobris, anno quarto (25 septemb. 1230). *Regist. epist.*, n° 64, in Coll. La Porte du Theil.

continebatur deforis: Potestati et consilio totique comuni Senensi fidelibus suis; — cujus prime lictere tenor talis erat:

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, potestati et consilio Senensi fidelibus suis gratiam suam et bonam voluntatem. Gehebardus de Arnestet (*sic* (1)) sacri imperii in Ytalia legatus, fidelis noster, ad presentiam nostram accedens proposuit coram nobis quod vos ad honorem nostrum et imperii sollicitos et attentos invenit et quod ad mandatum et ordinationem suam vos habuit et habet expositos pro serviciis nostris, ubicumque requirat et sollicitet fidem vestram. Quod adeo gratum conspectui nostro se porrigit ut ad bonum et indempnitatem vestram et tocius comunis vestri favorabiles intendamus, tanquam qui vos per experientiam omnes fidelissimos experimur, et benivolentie gratiam ad testimonium predicti legati nostri letemini plenarie meruisse, sicut vidissent predicti nuncii vestri si cum predicto legato nostro venissent. Verumtamen confortemini et estote robusti, quod gaudium erit vobis dum per exibitionem operum sentietis devotionem vestram quam ad imperium ferventer ostendetis vestris meritis profuturam. Preterea volumus et mandamus devocioni vestre quatenus, sicut per alias litteras generales comunitati vestre mandatas, discretos et providos viros ad nostram presentiam nuncios transmittatis qui vicesimo quinto proxime venturi mensis aprilis, in festo videlicet beati Marchi evangeliste, se conspectui nostro in partibus terre Laboris vel Capitanate presentent, qui veniant auctoritate communitatis vestre muniti ut per se acceptare valeant que viderimus cum ipsorum et aliorum qui intererint consilio statuenda et quod a vobis acceptari et impleri debeant que promittunt (*sic* (*a*)); per quos etiam de nostri favoris et benivolentie gratia in eorum reditu fieri poteritis locupletiores (*b*).

Datum Tarenti, VIII° marzii, IIII° indictione.

(*a*) Locus minus accurate transcriptus; sensus autem non obscurus.

(*b*) In transumpto *locutiones*, male.

(1) Recte *de Arnestein*. Iste nunc prima vice cum titulo legati in nostris documentis apparet; unde patet Ghebardum jam anno 1231 ineunte legationem excepisse prius Rainaldo duci Spoleti commissam, quem extra principis gratiam et mox custodiae traditum inveniemus.

Tenor vero secunde littere talis erat :

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, potestati et consilio totique comuni Senensi, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Sedata nuper a celesti auctore discordia que generale pacis commodum perturbabat, ecce in virtute Domini cui debemus esse..... (a), intendimus curam sollicitam apponendam pro statu pacis et justicie in subditis generaliter reformando, primo quidem ut sub Dei consilio tranquillitati provideamus imperii, sedando specialiter discordias Ytalie cujus indempnitati favorabiliter prospicimus et quieti. Cum igitur pro hiis omnibus efficaciter disponendis necessarium sit et decens ut de qualibet civitatum Tuscie sollempnes nuncios habeamus, universitati vestre sub debito fidelitatis qua nobis et imperio tenemini precipiendo mandamus quatinus electos de comunitate vestra viros probatos et discretos ad nostram presentiam transmittatis, plenam sibi auctoritatem universaliter concedendo ut ea que de consilio ipsorum et aliorum qui aderunt de predictis omnibus viderimus statuenda, per se valeant acceptare et quod a vobis acceptari et compleri debeant que promittunt; studentes qui venerint ut vicesimo quinto mensis aprilis proxime venturi, in festo videlicet sancti Marchi Evangeliste, in partibus terre Laboris vel Capitanate nostro conspectui se presentent. Et quia pro generali tranquillitate predicta omnia disponuntur, sub eodem fidelitatis debito quo nobis et imperio tenemini firmiter inhibemus ut usque ad reditum nunciorum incursum et offensionem in aliquo vicinorum nullatenus attemptetis inferre.

Datum Tarenti, X° marzii, indictione quarta.

Ego Oddo de Rivalta notarius sacri pallacii interfui et hanc cartam representationis scripsi.

(a) Vox lectu difficillima, forsitan *promptiores* aut hujusmodi.

aprili. In Apuliae finibus et aliis regni partibus ad destruendam pestem brucorum innumeram, generale a Caesare edictum exiit ut singuli de singulis terris in quibus invaluerat pestis illa summo mane ante solis ortum deberent capere quatuor tumulos de brucis ipsis et assignare quatuor juratis de terra qualibet ad comburendum, sub poena unius unciae auri unicuique, si ad hoc negligens fuerit vel remissus; ac hoc singulis terris praecipi mandavit sub poena C unciarum auri ad opus fisci imperialis. RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.* (1).

Luceriae, aprili. Fridericus, Romanorum imperator, Joanni de Lauro notario suo concedit in perpetuum totum illud quod Petrus de Sancto Germano dudum judex curiae habuerat in castro Lauri et casali Serignani in comitatu Casertae cum facultate alienandi et transferendi fratri ipsius Jacobo de Lauro et haeredibus dicti Jacobi.

(Inedit. ex arch. monast. Montis Virginis, vol. XLIX, n° 72. — Quod quidem privilegium de verbo ad verbum transcriptum est in publico instrumento, die quinta junii 1249 redacto, ad requisitionem Guarini de Lauro Aversani decani tutoris Guerrerii, Bonifacii, Jordani, Lanbarde et Ysabelle filiorum et filiarum quondam Jacobi de Lauro fratris sui factam, coram Joanne de Rocca Avellini judice, et extat in originali pergameno sub numero praedicto.)

---

(1) Pestis illa ab ultimis anni praecedentis mensibus usque ad mensem junium hujus anni duravit. Cf. *Chronic. Nerit.* ap. MURATOR., *Scriptor.*, t. XXIV, p. 896, et MATTEO DI GIOVENAZZO, *Diurn.*, § 14.

Fredericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Inter cetera que Cesaris auctoritatem respiciunt et augustale nomen extollunt, primarum oportet fidelium devocionem inspicere ac eis ad digna premia liberaliter providere. Hinc enim augetur fides in subditis et justicia principis roboratur dum quid uni confertur ob meritum transit ad alios per exemplum. Eapropter attendentes fidem puram et devocionem laudabilem quas Johannes de Lauro notarius et fidelis noster erga celsitudinem nostram habet et habuit, gratis quoque servitiis ejus que culmini nostro semper exhibuit et exhibet incessanter ac in antea de bono in melius poterit exhibere diligenter inspectis, de innata munificentie nostre gratia qua nostrorum vota fidelium consuevimus provenire, concedimus et donamus ei et heredibus ejus in perpetuum totum illud quod magister Petrus de Sancto Germano dudum curie nostre judex de concessione nostra tenuit et possedit in castro Lauri et casali Serignani cum pertinentiis eorum de feodo unius militis, quod ipsi magistro Petro concesseramus in comitatu Caserte, videlicet in Caserta, Telesia, predictis castro Lauri et casali Serignani ac pertinentiis eorumdem, quod postmodum ad manus curie nostre devenerit pro eo quod idem magister Petrus de raciocinio justiciaratus quem in Calabria tenuit curie nostre tenebatur obnoxius nec exinde sicut debuit satisfecit; quod pheodum tenuerat olim Gervasius Francigena ex concessione quondam Thome comitis Caserte quod de demanio suo ei constituerat feodum ipsum. Nos autem predicta loca de nominato feodo sita in castro Lauri et casali Serignani ac pertinenciis eorumdem, ut predictum est, eidem Johanni notario nostro et heredibus suis duximus perpetuo concedenda cum hominibus, terris, possessionibus, pertinenciis et omnibus justiciis et rationibus suis tam de demanio quam de servicio, videlicet quod de demanio in demanium et quod de servicio in servicium, salvo servicio quod inde curie nostre debetur et salvo mandato et admonicione nostra; ita tamen quod liceat eidem Johanni notario nostro, si velit, bona ipsa vel in parte vel in totum dare Jacobo de Lauro fratri ejus fideli nostro ac ejus heredibus, vel, si contigerit ipsum notarium nostrum eidem fratri suo vel heredibus ejus sine legitimis descendentibus premori, prefatus Jacobus frater ejus et he-

redes sui in bonis ipsis de nostra concessione succedant. De habundantiori quoque gratia et munificentiâ concedimus et volumus ut predictus Johannes notarius noster, Jacobus frater ejus et eorum heredes perpetuo supradicta bona in capite teneant et nulli alii nisi curie nostre tantum teneantur de cetero respondere. Ad hujus autem concessionis et donationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum, presens privilegium per manus Procopii de Matera notarii et fidelis nostri fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Lucerie, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense aprilis, quarte indictionis, imperante domino nostro Frederico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Ierusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus undecimo, regni Ierusalem sexto, regni vero Sicilie tricesimo tercio, feliciter. Amen.

[20 aprilis.] Foedus initum inter Abbuissac principem Saracenorum Africae et Fridericum Romanorum imperatorem per Vibaldum ejusdem imperatoris legatum de captivis invicem restituendis, de libertate negotiationis et navigii inter Africanos et Christianos, de jurisdictione super Saracenos insulae Corsicae, de restauratione mutua omnium damnorum; quae quidem pax in decem annis a conclusione foederis ejusdem durare debet.

(Edit. ap. Leibnitz, *Cod. jur. gent. diplomat.*, t. I, p. 13; et ap. Lunig, *Cod. Ital. diplomat.*, tom. II, p. 878, cum hoc titulo : *Diploma et capitulationes pacis inter Abbuissac et Vibaldum legatum imperatoris Friderici initae in Sicilia anno a fuga 628, interprete Marco Obelio Cicerone.* — Edidit quoque Dumont, *Corps diplomat.*, t. I, 168.)

In nomine Dei misericordis miseratoris. Incipimus cum laude Dei maximi et invocatione illius perlaudate petimus prosperitatem. Laus Deo

scienti abscondita, futura, extantia, qui est eternus post finem omnis viventis.

Tandem hoc est diploma pacis benedicte, si voluerit Deus excelsus et pretiosus, que est inita per benedictionem Dei; cujus (*a*) toga est picta gemmis observationis jurisjurandi, et rami illius penetrarunt usque ad celum felicitatis, quam senior excellens, magnificus, reverendus, fidelis preeminentie, benedictus et fortunatus Abbuissac (1) filius senioris honorandi reverendi defuncti Abjebrahim filii senioris sanctificati, legis Dei militis et defensoris Abihafri, de quibus Deus sibi complacuit et duxit illos ad rectitudinem consilii et electionis, quemadmodum fecit eos arbitros consiliorum et secundum voluntatem suam sic fieri vel non, ordinavit, mediante Vibaldo christiano equite, fideli legato regis celebris maximi Romanorum Friderici Cesaris imperatoris Rome et regis Sicilie et Saxonie. Concordet eum Deus et ducat ad rectitudinem et prosperitatem secundum optimam intentionem, cum in potestate sua hoc posuisset, quem miserat predictus rex cum quo contraxit fedus per manus legati sui Vibaldi equitis fidelis, secundum conventiones quarum postea sequetur declaratio in hoc diplomate. Inter quas est ut dimittantur illis omnes qui sunt in Africa ex captivis christianorum qui capti fuerunt in tempore pacis, sive mares sive femine sive parvi sive magni ex omnibus qui adhuc amplectuntur legem christianismi, et etiam ut ipsi dimittant omnes captivos mahometanos qui sunt apud eos amplectentes legem mahometismi, sive sint mares vel femine, parvi vel magni. Et ut tollantur vexationes et exactiones ordinarie et solite exigi a christianis navigantibus ad provincias Africe, a mercatoribus insule Sicilie, Calabrie, Principatus et Apulie. Et ut ipsi etiam tollant omnes exac-

(*a*) Scilicet *pacis*, ut videtur.

---

(1) Abd-al-Ouahid, filius aut nepos scheik Omar-Abou-Hafs ann. 1206 Tunetanum regnum obtinuerat. Plures reliquit filios quorum unus Yahia-Abou-Zakaria, post multas cum fratre suo Abd-Allah disceptationes, regno potitus, se jugo principum Almohadenorum exuit et anno 1249 circiter obiit. Cf. DE GUIGNES, *Hist. des Huns*, t. I, pars 1ª, p. 386. — REINAUD, *Note sur les Abouhafs* ap. *Mélanges historiques*, t. II, p. 108 et seqq. — ROUSSEAU, *Histoire des Abouhafs*, ap. *Journal asiatique*, ann. 1849. Istum autem Abou-Zak eumdem ac Abbuissac esse liquet.

tiones solitas exigi secundum morem et ordinem a navigantibus Africanis ad predictas regiones predicti regis, de quibus diximus ut sint libere. Et etiam detur illis dimidium tributi insule Cosire (1) signatum et ordinarium tempore messis solite, neque habeant christiani in predicta insula Cosire jurisdictionem super ullum mahometanum, preter prefectum mahometanum missum a predicto rege Sicilie nomine suo ad regendos tantummodo populos Unitatis, et sit occupatus in negotiis populi Unitatis quem Deus honorificet. Omne hoc prestatur illis hoc pacto ut ipsi etiam se obligent et habeant curam restituendi omne quod in hoc mari depredatur a piratis christianis qui subsunt imperio dicti regis et qui sunt sub sua jurisdictione, subjecti suo dominio et potentie, ex omnibus jurisdictionibus suis, preter Genuam, Pisam, Marsiliam et Venetias, cum jam declaratum sit quod isti (a) predicti populi pro personis et statu jam pacem inierint cum domino nostro Califa sacerdote imperatore fidelium (2). Qui rex predictus (b) se obligat restaurare et satisfacere omne quod usurpatur ab unoquoque ex omnibus gentibus subditis sue ditioni, sive sint mercatores et milites in omnibus regionibus Africe, ut persolvatur omnibus euntibus et venientibus per eam ex incolis suis et ut etiam satisfaciat omnibus euntibus ab Africa ex incolis suis usque ad provinciam Egypti et qui ad alias regiones sint navigantes et iter facientes cum caravalis euntibus ad Africam; et ut etiam reddant secura omnia littora Africe,

(a) In impressis *etsi*, male.
(b) Scilicet *imperator*.

(1) Scilicet *insula Pentellaria*, Africam inter et Siciliam. Legitur in impressis, sed perperam *Corsicae*; quod correximus ex MSS. Biblioth. Paris., *fonds Dupuy*, 660, f. 292.

(2) Hic agitur de rege Almohadeno Marochii qui titulum kalifae et *Emir Almoumenyn* prae se ferebat. Marin, *Stor. del commerc. de' Veneziani*, t. IV, p. 277, ad ann. 1230 pactum inter Pisanos et *regem Africanum Saracenorum* indicat, in quo concluduntur nominatim Januenses et generaliter caeteri christiani. « Questo patto, ut dicit, vien concluso tra i Pisani ed il re che » dominava l'Africa settentrionale in quell' epoca per mezzo di Tiso figlio di Ugoccione fu di » Lamberto ch' era ambasciatore a loro nome, e per quello spezialmente di Torello di Strata » podesta in allora della pisana republica. » Tronci autem et Roncioni in suis *Histor. Pisan.* nonnisi ad ann. 1234 potestariatum Torelli de Strata referunt.

oppida, regiones et provincias cum presidiis, portibus et limitibus, et ut etiam si aliquis introiverit in portum aliquem ex portibus Africe vel refugerit ad aliquod littus ex littoribus suis, sive sit habitatum vel desertum, jam sit securus ab incolis Africe et ab omnibus mahometanis, Egyptiis et aliis, ut si aliquis refugerit ad aliquod littus ex littoribus Africe et receperit damnum et molestiam ab aliquo subdito regi predicto, obligabuntur ipsi ad resarciendum damnum; et ut etiam ne[que] irritent neque provocent aliquem ex illius incolis spe vel timore, neque conculcent partem aliquam in illa sponte sua damni faciendi causa, neque auxilium prestent aliis gentibus ad id faciendum, et se obligent restaurare omne quod amittetur et auferetur ex illa regione ab omnibus christianis subditis predicto regi et subditis imperio illius, ut antea dictum fuit, secundum has conditiones et pacta contra eos et cum ipsis; cum quibus inita est pax in spatium continuorum decem annorum quorum principium incipit ab initio et inscriptione ipsius diplomatis; et sic statutum est ut omnia adimplerentur, de quo se obligavit sic fore pro parte regis imperatoris Rome et insule Sicilie et Saxonie illius legatus et obses Vibaldus eques predictus, qui dixit se ab ipso accepisse mandatum et negotium pacis pro ipso, et ut statuat negotia loco imperatoris, secundum quod declaravit epistola sua et promisit verba illius se servaturum. Sic senior honorandus reverendus et excellens Abbuissac cum ipso conditiones composuit. Deus concordet consilia illorum et corroboret intentiones suas secundum ordinem predictum, cum illi dedisset judicium acerrimum ad hoc ordinandum et mittendum ad eum. Benedicat eum Deus qui perducat illum ad rectitudinem consilii, qui est ejus custos et dignus protector. Hec contraxit inter illos fore servata secundum pactum Dei inter ipsos actum quo se obligavit, et quicumque illud amplectitur prosper evadit et lucratur, et qui ad eum refugit liberaliter et qui ad illud recurrit securus redditur. Factum est diploma hoc juramento ad confirmanda que in eo sunt, et in Deo est spes authore mundi et creatore.

Hec pax predicta fuit contracta cum predicto legato christiano in presentia illorum quorum Deus misereatur mahometanorum et christianorum, et testes intellexerunt omne hoc quod presentatum est ad omne quod diximus, et il-

lorum quos vocavit senior magnificus, honorandus et benedictus et corroboratus virtute Dei Abbuissac predictus (Deus perpetuet altitudinem eorum et prosperitatem illorum) quod ipsis attinet de hoc et de testimonio interpretum infradictorum et quod ipsis attinet, quod declararunt et intellexerunt quod christianis predictus omne hoc confirmasset accepisse et testimonia dedisse de toto, dimidio mensis Jamadalacheri anno DCXXVIII (1).

Et ex pactis quibus hec pax contracta fuit, expleta et perfecta, est quod nemo ex mercatoribus mahometanorum qui navigat eundo et redeundo ad regiones et provincias predicti regis ad merces tantum impediatur, secundum confederationes predictas, et persolvat decimam. Et hoc diploma est certum, verum et utile, ut petierunt illud, et est clarum et perfectum.

Hametes Mahometis filius filii Geber Alceroani et Hametes Omar filii Omar Hametis filii Albilbal et Abduzerami Abdalla filius Alcorasci et Mahometes Benabilcaziu Brin Balbin Alcorasci, Hascan Abdalla filius Binalchaim Athami.

In eo sunt etiam scripta testimonia litteris latinis testium et magni Romanorum regis.

Laterani, 29 aprilis.

Gregorius papa Fridericum Romanorum imperatorem denuo hortatur ut Hospitalariis et Templariis quorum auxilio se Terra Sancta potissime sustineat, ablata restitui faciat universa, nuntiatque eosdem esse paratos ad ponenda feudalia quae ab aliis quam a curia habuerunt in manus magistri Theutonicorum, ita quod proventus eorum teneat et conservet quousque quid ad quem pertineat per arbitros declaretur.

(Inedit. e Regest. Gregor. IX, ann. V, n° 51.)

(1) Quum annus hegirae 628 nono die novembris ann. J.-C. 1230 inceperit, ex collatione feriarum et litterarum dominicalium clare liquet mensem Giumadi-el-Akher in sextum diem aprilis ann. 1231 incidisse.

Gregorius, etc., F. Romanorum imperatori, semper augusto, et illustri regi Sicilie, etc. Quanto plenius excellentia tua novit per Hospitalarios et Templarios Terram Sanctam olim inter angustias gubernatam, et a pluribus creditur sine ipsis vix posse utiliter gubernari, cum pro magna parte per eos [se] substinere videatur, tanto est tue serenitati decentius ut nulla eos molestia inquietes quos, ut non turbetur illius terre negotium sed potius dirigatur, specialis favoris debes presidio confovere, sic agens commune ac proprium interesse ut apud Deum incomparabile tibi meritum compares et apud homines nomen bonum. Denique ut taceamus ad presens quod nobis a pluribus exprobratur, videlicet quod quasi momentanea fuerit eorum possessio que per nos illis restituta fuit, iteratam nunc et amaritudine plenam audivimus predictorum querelam graviter lamentantium quod vix adhuc restituti denuo sint et aliis spoliati (1). Ex quo utique gravia exinde dispendia imminent terre prefate, cum iidem fratres indigentia laborantes non habeant unde illam possint more defendere consueto. Quia vero universa que habent pro conservatione sunt et subsidio terre predicte cujus defensio ad te principaliter noscitur pertinere, imperialem celsitudinem monemus, rogamus et hortamur in Domino quatenus conscientie proprie ac tam fame nostre quam tue provide consulens et eligens potius superari misericordia cui cetere virtutes minime cedere dedignantur quam asperitate notari, dictis Hospitalariis ablata restitui facias universa ita quod mansuetudinem tuam possimus merito commendare, cum alias patientiam nostram variis detractionibus exponere videreris, qui non ignoras quod ad malum sunt homines proniores et levi occasione sinistra multoties suspicantur. Porro ad consilium nostrum dicti fratres ut tuum valeant obtinere favorem feudalia que a tempore clare memorie... matris tue ab aliis quam a curia habuerunt, sine utriusque partis super possessione ac proprietate prejudicio, in manus dilecti filii... magistri Theutonicorum restitutione obtenta ponere sunt parati, ita quod ipse proventus eorum teneat et conservet quousque quid ad quem

(1) Imperator enim mense junio, ut monet Riccardus de S. Germano, domorum omnium Hospitalis et Templi possessiones quae in regno erant et eorum fructus jussit capi ad opus suum.

pertineat declaretur per arbitros, quorum per te eligatur unus, alius per Hospitalarios, tertius vero ab iis duobus vel a nobis, si in eo ipsi non convenerint, assumatur. Predicti quoque arbitri infra certum terminum a partibus vel a nobis, si partes in illo dissenserint, prefigendum negotium terminabunt, et idem magister predicta secundum eorum arbitrium resignabit. Super aliis autem que non sunt feudalia, coram nobis vel delegatis nostris juri parebunt cum volueris de ipsis justitiam obtinere. Quare super premissis tuam nobis per litteras voluntatem exponas.

Datum Laterani, III kalendas maii, pontificatus nostri anno quinto.

Laterani, 13 maii.

Gregorius papa potestatem et populum Pistoriensem hortatur ut mandatis Friderici Romanorum imperatoris et Siciliae regis obediant, cum princeps ad reformandam pacem in Tuscia vel ad treugas firmandas saltem usque ad adventum ejus, a se contra rebelles auxilium et favorem imploraverit.

(Edid. Zaccharia, *Anecdot. med. aevi*, p. 261, ex archiv. oper. S. Jacobi.)

Gregorius, episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis....... potestati et populo Pistoriensi salutem et apostolicam benedictionem. Cum illius regis pacifici, licet immeriti, vicarii constituti qui ut reconciliaret servum Domino univit hominem sibi Deo, evangelizare pacem omnibus teneamur, hiis specialiter quos et devotionis et vicinitatis ratione quasi familiares habemus, ad sopiendam discordiam in Tuscia diabolo instigante subortam et in multorum dispendio jagiter subcrescentem multimodis interposuimus hactenus partes nostras nec interponere desinemus quamdiu nobis Dominus ad id dederit facultatem. Quare non immerito gratulamur quod carissimus in Christo filius noster Fridericus, Romanorum imperator illustris, semper augustus et rex Sicilie ad reformandam pacem vel tregaas firmandas saltem usque ad adventum suum prudenter intendens vobis et

aliis circumposite regionis super hiis dirigit scripta sua, contradictores et rebelles publice diffidando et implorando a nobis contra eos auxilium et favorem. Cum igitur imperiali excellentie in hoc vos non deceat refragari in quo cuilibet vos amanti obsequi deberetis, universitatem vestram rogamus, monemus et hortamur attente per apostolica vobis scripta mandantes quatinus facientes de necessitate virtutem apostolicis et imperialibus jussionibus pareatis humiliter et devote, ita quod non tam necessitate quam voluntate facientes quod expedit repntemini sapientes. Alioquin non aliene duritie sed vestre facilitati poteritis imputare si vobis exinde alia eveniant quam velitis, cum in re tali predicto principi nequeamus imploratum auxilium denegare.

Datum Laterani, III idus maii, pontificatus nostri anno quinto.

Fridericus, Romanorum imperator, ad preces Raynerii abbatis Sancti Salvatoris de monte Amiato et ad monita Gregorii papae, idem monasterium quondam nigri ordinis nunc in ordinem Cisterciensem transformari concedit, ejusque privilegia confirmat, salva fidelitate sua et omni imperii jure. Melfiae, maio et 26 maii.

(Edider. Ughelli, *Italia sacra*, tom. III, p. 635, minus emendate et notis chronologicis perperam expressis; rectius autem Rena et Camici, *Notiz. istor., suppl. de vicar. imper.*, tom. VI, p. 77.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex. Si inter curas regiminis temporalis cujus monarchiam divina clementia miserante tenemus, ecclesiarum profectibus consulentes, fidelium nostrorum que pro earum commoditatibus nobis porriguntur supplicationes admittimus, et regi regum de cujus manu quecumque bona possidemus recepimus, gratum servitium exhibemus, et supplicantium nobis obligamus arctius voluntates. Cum igitur Raynerius venerabilis abbas

Sancti Salvatoris de monte Amiato Cisterciensis ordinis in nostra proposuerit presentia constitutus qualiter monasterium dicti Sancti Salvatoris de monte Amiato, quod olim fuerat in spiritualibus floridum et in temporalibus opulentum, per dissolutam vitam monachorum nigri ordinis existentium in eodem ad tantam mutationem et deformitatem deductum fuerit ut nec divinis obsequiis nec humanis jam esset utilitatibus opportunum, id nobis tanto se gravius obtulit quanto monasterium ipsum speciali favore divi augusti imperatoris Henrici carissimi patris nostri recolende memorie invenimus communitum, prout [es]se tenore privilegii sui nobis patuit manifeste. Quare nobis dictus abbas humiliter supplicavit [ut] monasterium ipsum transformandi in Cisterciensem ordinem eidem preberemus de innata clementia licentiam et assensum. Verum quia reverendus pater noster dominus Gregorius summus pontifex ad hoc suis precibus et monitis nos induxit (1), nos preces et monita ejusdem summi pontificis admittentes et predicti abbatis supplicationibus benignius inclinati de solita munificentia nostra eidem abbati concessimus nominatum monasterium Sancti Salvatoris de monte Amiato cum omnibus bonis et juribus suis in Cisterciensem ordinem transformare, ut locus qui sperabatur posse nullo modo reformari sub eodem ordine tanquam sub bono et utili cultore pullulet et ex infimo provehatur in altum; recipientes nominatum abbatem fidelem nostrum et prefatum monasterium sub speciali protectione et defensione nostra, et omnia que in privilegio patris nostri ac in privilegiis divorum augustorum predecessorum nostrorum recolende memorie continentur eidem abbati et monasterio de benignitate solita confirmamus, salva fidelitate et omni jure imperii que predecessores abbates ipsius monasterii nobis et imperio facere tenebantur ac idem abbas et successores sui facere tenentur et debent, non obstantibus Cisterciensis

(1) Adest ap. UGHELLIUM, *ibid*, p. 634, epistola Gregorii abbati et conventui S. Salvatoris de monte Amiato directa qua providet ibi Cisterciensem ordinem propagandum, ut abbas et conventus ibidem ordinandi Cisterciensi monasterio immediate filiali reverentia secundum statuta ipsius ordinis sint subjecti. Dat. Rome apud S. Petrum, XV kal. maii, pontificatus nostri anno II (17 april. 1228).

ordinis institutis per que monachi professionis ejusdem se assernnt de iis qne tenentur non debere servitium exhibere (1). Statuimns insuper et imperiali edicto firmiter precipimus quatenus nulla omnino persona alta vel humilis, secularis vel ecclesiastica, monasterinm ipsum aut ejus abbatem contra presentem concessionem et confirmationem nostram molestare vel perturbare presnmat. Quod qni ausu temerario presumpserit in nltionem sue presnmptionis centum libras auri puri pro pena componat, de qnibus medietatem camere nostre et reliquam medietatem solvet sepedictis monasterio et abbati (a)...........

Hujus rei testes sunt venerabilis... archiepiscopus Capuanus et... episcopus Melphiensis familiares nostri, frater H. Hospitalis Sancte Marie Theutonicorum magister, Riccardus Filangerius marescalcus, Riccardus camerarius camere nostre, et alii quamplures.

Signum domini Friderici Dei clementia invictissimi imperatoris, semper augusti, Hierusalem et Sicilie regis. (*Monogramma.*)

Acta snnt hec apud Melphiam, anno dominice incarnationis MCC[X]XXI, mense madii, IV indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Hierusalem

(a) Deest in duobus privilegii finis.

(1) In capitulo autem generali Cisterciensis abbas et confratres ejus huic exemptioni renunciaverunt his verbis: « Inclyto et triumphatori domino Friderico Dei gratia Romanorum imperatori et semper augusto, Hierusalem et Sicilie regi, frater G. dictus abbas Cisterciensis et... de Firmitate,... de Pontiniaco,... de Clara Valle et... de Morimundo dicti abbates ac conventus, etc. Quia ingratitudinis vitium vitare volumus et imperiali munificentie quantum cum Deo possumus cupimus respondere, in monasterio Sancti Salvatoris de Monte Amiato quondam monachorum nigrorum, nunc autem de novo mutatione dextere Excelsi, ut credimus, et auctoritate domini pape et dono vestre concessionis imperialis ordini Cisterciensi in propriam Cistercii filiam incorporato et pertinentiis suis quas tenent ab imperio, jura et rationes vestras et imperii omni tempore volumus penitus esse salva, et abbati ejusdem monasterii ac successoribus concedimus atque mandamus, etc., ut vobis et successoribus vestris imperatoribus fidelitatem faciant et [servitium] exhibeant, sicut abbates ipsius monasterii facere consueverunt, etc. Datum apud Cistercium, tempore capituli generalis, anno Domini M CC XXXI. » Ap. UGHELLIUM, *Ibid.*, p. 634.

et Sicilie rege, anno imperii ejus XI, regni Hierusalem VI, regni vero Sicilie XXXIV, feliciter. Amen.

Datum anno, mense et indictione prescriptis.

[Adsunt inter pergamenas chartas S. Salvatoris de monte Amiato in *archiv. diplomat.* apud Florentiam, aliae Friderici imperatoris litterae universis officialibus et communibus per Tusciam constitutis directae, quibus eis tenorem privilegii suprascripti notum facit, mandatque ne praedictum abbatem super hoc in aliquo molestare praesumant.

Datum apud Melphiam, XXVI madii, IV indictionis.]

Reate, 7 junii.

Gregorius papa Fridericum Romanorum imperatorem hortatur ut Raynaldo nato quondam Conradi ducis Spoletani, licet immerito, januam misericordiae aperiat.

(Edid. RAYNALD., *Annal. eccles.*, ad ann. 1231, § V, e Regest. Gregor. IX, lib. V, epist. 80.)

Gregorius, etc., Frederico, etc. Non ignorat imperialis excellentia quod nobilis vir Raynaldus natus clare memorie Conradi ducis Spoletani nos ex industria multipliciter provocavit, inestimabilia damna et atrocissimas injurias Ecclesie Romane audaci superbia inferendo et multos non sine manifesta contumelia creatoris immaniter tribulando. Unde si secundum iniquitates ipsius retribuere vellemus eidem, nequaquam in angustia sibi compassionis exhiberemus affectum intercedendo pro eo, sed illius penas conniventi oculo transiremus (1). Verum quia illius sumus, licet indigne,

(1) « Mense maii dictus Raynaldus dux Spoleti, cum non posset imperatori sufficientem ponere rationem aut fidejussoriam cautionem praestare, apud Fogiam jussu imperatoris captus est et custodiae traditus ac bonorum omnium amissione mulctatus. Quare Bertoldus frater ipsius ducis contra imperatorem in Introduco se recipit. » RICC. DE S. GERM., *Chron. ad ann.*

vicarii constituti qui verbo docuit et instruxit exemplo ut pro persequentibus et calumniantibus nos oremus, et misericordia plurimum indigentes frustra peteremus nobis Dominum misereri nisi misereremur miserias miserorum; ecce remisso illi rancore, salvis tamen omnibus in quibus Ecclesie Romane tenetur, cujus jura nequaquam negligere nos oportet, ne a Domino negligi mereamur, celsitudinem tuam rogamus, monemus et hortamur in Domino quatenus memor quod misericordes misericordiam consequentur et quo quisque est major magis est placabilis ira, illius obtentu qui prefert misericordiam holocaustis, nostri quoque interventu qui et honori tuo et illius statui salubriter consulere affectamus, David exemplo qui quanto apud homines major erat, tanto se propensius humilians apud Deum misericordie operibus assuevit, clementie tue januam ei aperire digneris ut parcendo maxime ac miserando tuam potentiam manifestans, mansuetudinem tuam Deo gratam et hominibus reddas acceptam, nosque serenitatem tuam dignis debeamus prosequi actionibus gratiarum.

Datum Reate (1), VII idus junii, pontificatus nostri anno quinto.

[Extant de re eadem aliae litterae eidem missae cum precibus instantioribus ut imperialem animum ad misericordiam adducat (n° 93-95).

Datum Reate, V idus julii (11 julii), pontificatus nostri anno V.]

Ghebardus de Arnestein imperialis in Italia legatus commune Montis Politiani et potestatem imperiali banno supponit, pro eo quod mandato suo de pace parere contempserunt. Montichielli, 19 junii.

(Inedit. ex origin. authent. ap. archiv. comm. Senensis, pergam. t. IV, n° 226.)

---

(1) « Ea die qua terrae motus ipse fuit (1° junii), Gregorius papa urbem exiens vadit Reate. Ad » quem Barensis archiepiscopus et magister domus Alemannorum ex parte imperatoris vadunt : » et Mutinensis episcopus a papa ad imperatorem nuncius destinatur. » Ricc. de S. Germ., *Chron. ad. ann.*

In nomine domini amen. Anno domini millesimo CCXXXI, imperante domino Frederico secundo, XIII kalendas julii, quarta [indictione]. Hujus publici instrumenti serie cnnctis evidenter appareat quod dominus Ghevardus de Arnestein Dei et imperatoris gratia legatus Italie exbannivit et imperiali banno subposuit homines et commune Montis Policiani communiter et divisim et potestatem terre ipsius Rainerium Zinghini civem Florentinum in personis et rebus, pro eo qnod contempserunt parere mandatis ejus pro pace et concordia facienda et reformanda in castro superius denotato (1); statnens omnes illos qui homines et commune predicti castri in personis et rebus offenderint esse impunes (2).

Actum in Montekiellum (*sic*), presentibus Malpillio de Sancto Miniate,

---

(1) Quomodo fuerit a potestate Montis Policiani ambassiatoribus Ghebardi de Arnestein responsum, discimus ex instrumento inedito, pridie et ab eodem notario redacto, quod adest in archivo comm. Senarum (Pergam., t. IV, nº 225), sub authentico notarii Bonifacii, ann. M CC XXXI (leg. 1232), indictione quinta, VIII idus martii; et ita sonat:

« In nomine Domini amen, anno ejusdem millesimo ducentesimo [X]XXI, imperante domino » Frederico secundo, XIIII kalendas julii, indictione quarta. Ex hac publica licterarum serie » cunctis evidenter appareat quod Malpillius de Sancto Miniate et Gualterius de Ubertinis et » Rainerius Zacconis ambaxiatores domini Ghevardi de Arnestien Dei et imperatoris gratia » legati Italie requissiverunt ore ad os Rainerium Zinghini civem Florentinum potestatem Mon» tis Policiani, presentibus quibusdam nobilibus dicti castri scilicet Ranuccio Rainerii, Ildi» brandino Russo, Orlando Orlandini, Guasko Jordani, Andrea Ranucci, Palmerio Orlandoli, » Ugo Ranuccio Brandoli, Bertholomeo Brandoli, Aringario Jubannis, Orlandino Pisane, ut » essent et esse deberent nomine comunitatis et universitatis ipsius castri ad mandatum pre» dicti comitis, quum ipse comes in eodem castro volebat et affectabat pacem et concordiam » reformare et homines ipsius terre cum inimicis ipsorum ad concordiam revocare ad honorem » et decus imperii et ipsius communitatis ac terre ejusdem bonum statum et defensionem. » Qui potestas Montis Policiani respondit et dixit de consilio et adsensu predictorum Montis » Policiani qui secum venerant qui (*leg.* quia) nolebat esse ad mandatum comitis memorati sine » licentia et parabola potestatis et comunis Florentie, ubi idem comes securaret ipsam potes» tatem et comunitatem predicti castri quod idem castrum non subponeret comuni Senensi.

» Actum in partibus Montis Policiani juxta Podium Quingnanelli presentibus fratre Severino, » Ranuccio de Loffeno, Dato de Sancto Miniate, et aliis pluribus rogatis testibus et vocatis.

» Ego Altimannus Senensis aule imperialis notarius predictis interfui et mandato predictorum ambaxiatorum ut supra continetur scripsi et publicavi. »

(2) Cf. documenta superius expressa, p. 199, not. 1, nis I, II et III.

Rainerio et Montisiano capitaneis de Monte Sancti Savini, Diotisalvi notario et aliis pluribus testibus presentibus et rogatis.

Ego Altimannus Senensis aule imperialis notarius predictis interfui et mandato predicti comitis, ut supra continetur, scripsi et publicavi.

Gregorius papa Fridericum Romanorum imperatorem monet ne novas edere constitutiones intendat, unde Ecclesiae persecutor et obrutor publicae libertatis dici possit. Reate, 5 julii.

(Edidit Raynald., *Annal. eccles.* ad ann. 1231, § IX, e Regest. Gregor. IX, ann. V, n° 91, sed non integram exhibuit.)

Gregorius, etc., Frederico, etc. Intelleximus siqnidem quod vel proprio motu vel seductus inconsultis consiliis perversornm novas edere constitntiones intendis ex quibus necessario sequitur ut dicaris Ecclesie persecutor et obrutor publice libertatis, sicque tibi contrarius contra te tuis viribus moliaris. . . . . Sane si ad id ex te forte moveris, timemus multum Dei gratiam tibi esse subtractam, dum sic patenter famam propriam negligis et salutem; si vero impulsus ab aliis, miramur quod talibus consiliariis acquiescis qni spiritu vexati nequitie te intendunt Deo et hominibus constituere inimicum, ut taceamus alia potius silentio intelligenda quam verbo : que utinam a te tacite intellecta fortius in auribus cordis sonent, quatenus quieti tue ac fame nostre provide consulens ntrumque ab increpationibus populi serves immunem. Cum enim montes pacem susceperint, cur pauperes populi debent esse pacis expertes ut in pace amaritudo amarissima sit eorum? Aut quis posset indurato corde ululatus quos quodammodo previdemus tot flentium obaudire? etc.

Datum Reate, III nonas julii, pontificatus nostri anno V.

Gregorius papa archiepiscopo Capuano mandat ne Friderico Romanorum imperatori abusivas constitutiones edenti neque in dictando neque in scribendo obsequatur.

(Edidit Hoefler, *Kais. Friedr. II*, append. docum., n° 7, e Regest. Gregor. IX, lib. V, n° 92.)

Gregorius, etc., archiepiscopo Capuano, etc. Sive qui condunt leges iniquas sive qui scribunt injustitiam, videto quid te sperare valeat vel timere dum, sicut nobis est pro certo relatum, carissimo filio nostro Friderico Romanorum imperatori constitutiones destitutivas salutis et institutivas enormium scandalorum edenti voluntarius obsequens eas dictas, consuens tibi forsitan ex foliis ficuum perizoma, in excusationem frivolam pretendendo quod non legum dictator sed calamus es scribentis, quibus deberes esse patentissimus contradictor quantumcumque tibi e contra discriminis emineret. Sed in hoc non innoxie forsitan gloriaris quod datum est tibi tuam ex hoc scientiam ostentare, non timens Deo scientiarum domino displicere nec nos veritus vocasse qui tandem illas nequaquam equanimiter pateremur. Ut igitur premissa monitio te premuniens a pena preservet immunem, fraternitatem tuam monemus attente quatenus memor officii presulatus non obsequaris illicite jussioni, sed potius offensam studeas redimere precedentem.

Datum Reate, ut supra.

Mantuae, 12, 13 et 15 julii. Potestas Mantuae et syndici Brixiae, Vicentiae, Paduae, Veronae et Ferrariae jurant et renovant societatem praedictarum civitatum ordinatam per antianos societatis Lombardiae, Marchiae et Romagnae.

(Edid. Muratorius, *Antiquit. Ital.*, t. IV, p. 323 et 324, dissert. XLVIII.)

In Dei eterni nomine. Anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, tempore Gregorii pape et Frederici imperatoris, die sabbati XII intrante mense jnlii, indictione IV, in civitate Mantue in palatio communis ejusdem civitatis in pleno consilio coadunato ad sonum campane, sicut consuetudo est civitatis predicte; in presentia horum testium domini Bonifacii de Bonoconsilio, domini Guidonis de Boncambio, jurisperitorum, domini Aldi judicis de Verona, Oldradi Fasioli notarii de Mediolano, Arpinelli notarii de Bononia et aliorum mnltorum. Quum dominns Opizns Salvaticus de civitate Placentie et dominus Guido de Bilieni de civitate Bononie tunc Antiani rectorum societatis Lombardie, Marchie et Romagne dedissent in mandatis domino Lauderengo potestati Mantue pro ipsa civitate et toti consilio, et dominis Albertano jndici et Lanfranchino de Rodengo, syndicis civitatis Brixie, et dominis Crasso de Runco et Andree Bravio judici, syndicis communis Vicentie (1), et domino Alberto Corvo syndico Padne (2), et domino Bonojudici syndico civitatis Verone et dominis Papazono de Aldigeriis et Naximbeni judici, syndicis civitatis Ferrarie, nomine et vice supradictarum civitatum, quatenus societatem dictarum civitatum ordinatam per prenominatos Antianos et tunc temporis rectores et scriptam per Oldradum Fasiolum notarium tunc rectorum societatis Lombardie jnrare deberent; ad hec surrexerunt in pleno consilio dicti domini Papazonus et Nascimbene judex, syndici communitatis Fer-

(1) Adest ibid., p. 322, procuratio eisdem syndicis data I° die julii in palatio communis Vicentiae « ad faciendam, complendam, contrahendam seu diffiniendam societatem inter com» mune Padue, Verone, Mantue, Brixie et Ferrarie. »

(2) Adest ibid., p. 322, procuratio eidem syndico data X° die julii in palatio Padue « ad facien» dam, contrahendam et complendam pro ipso communi societatem cum civitatibus Brixie, » Mantue, Verone, Ferrarie ac Vicentie ad voluntatem et preceptum rectorum et am» baxatiorum quibus commissum est hoc negotium. » Guifredus seu Wilfredus de Lucino tunc temporis Paduae potestas huic etiam renovationi foederis adfuit, ut testatur coaevus Rolandinus in *chronico*, lib. III, cap. 6 : « Ivit ergo in Lombardiam ambaxiatoribus de Padua hono» rifice sociatus et instituit tam fideliter et prudenter cum potestatibus et rectoribus Lombardiae » quod renovata sunt sacramenta et Lombardorum societas est firmata. »

rarie, et ante aliquod juramentum per eos factum coram prefatis antianis et rectoribus protestati fuerunt dicentes nomine et vice civitatis Ferrario quod parati erant jurare societatem et omnia facere secundum tenorem instrumenti syndicatus eorum et secundum formam litterarum transmissarum potestati et communi Ferrarie ab antianis et rectoribus societatis predicte, eo salvo quod quidquid contineatur vel scriptum sit in ipsa societate non prejudicet nec nocere possit communi Ferrarie ne antiani qui sunt vel per tempora erunt vel rectores civitatum aliquod gravamen haveris vel personarum communi Ferrarie imponere possint occasione societatis jamdicte. Ad hec incontinenti surrexit dominus Lauderengus potestas Mantue pro ipsa civitate et primo juravit societatem dictam in omnibus, sicut in ea per Oldradum Fasiolum scriptum est, et pacem Verone manutenere et operam dare toto suo posse quod observetur. Et omnia predicta jurantibus syndicis prelibatis civitatum dictarum, juraverunt etiam domini Papazonus et Nascimbene syndici Ferrarie, inserta tamen in eorum juramento conditione predicta quod commune Ferrarie occasione dicte societatis vel concordie nullum onus solvendi haveris aliqua occasione debeat tolerare. Remittente et absolvente dicto Loderingo potestate Mantue pro ipsa civitate sub vinculo sui sacramenti et consilio universo quod omnes sigillatim tunc juraverunt expressim, dominis Carvolo et Bonanocte Ygillini de Musto syndicis et procuratoribus partis comitis et eorum qui tunc habitabant apud Sanctum Bonifacium et Montem Sambanum et pro parte dicti comitis eorum nomine et vice, et procuratoribus comitis, Guillelmi de Leudenaria, Pegorarii Leonis de Carceribus et aliorum quatuordecim qui cum eo capti erant (1) eorum nomine et vice, et domino Bono syndico partis intrinsecus Verone nomine ipsius partis stipulantibus omnia juramenta, pactiones, promissiones, vincula, obligationes personarum vel bonorum que retro inter commune Mantue intus vel extra cum comite Rizzardo et tota sua parte paruisset fecisse vel cum aliquo

(1) «Et mediantibus rectoribus Lombardiae et maxime Paduanis, liberati fuerunt comes Ve» ronae et amici ejus de Carceribus.» *Chronic. Patav.* ad ann. 1231 ap. MURATOR., *Antiquit.*, t. IV, p. 1132.

vel aliquibus de sua parte ejus occasione, remoto omni sophismate et ingenio. Et nullum instrumentum vel instrumenta exinde facta deinceps obtineant vigorem et nullam habeant firmitatem, sed penitus sint cassata et in irritum redacta. Et in ipso eodem juramento continetur quod deinceps in eternum nullum sacramentum, nullam conspirationem, nullum vinculum facient cum comite dicto vel aliquo seu aliquibus de sua parte. Et versa vice dicti syndici remiserunt et absolverunt dictum Lauderengum potestatem Mantue pro ipso communi et totum commune Mantue a dicta promissione et obligatione et pacto inter eos hactenus facto, et instrumenta omnia exinde facta cassa et inutilia et nullius momenti sint vel valentie. Promittentes dicto Lauderengo potestati stipulanti nomine ipsius civitatis se cum dicto communi Mantue in eternum ullam pactionem, conspirationem, juramentum vel societatem aliquam non facturos.

Sub eodem millesimo, die dominico XIII intrante julio, presentibus dictis testibus in plena concione coadunata in platea ubi Mantuani ad concionem conveniunt in ipsa civitate Mantue, Cogoza preco de mandato domini Lauderengi potestatis Mantue sub animabus omnium Mantuanorum concionis, licentia ab eis habita, eo tenore quo juraverunt Mantuani et potestas eorum in consilio sicut supra scriptum est, omnia dicta attendere et observare corporaliter juravit.

Sub predicto millesimo et indictione, die martis XV intrante julio, presentibus testibus predictis, dominus Salinguerra potestas Verone in pleno consilio coadunato sicut mos est et consuetudo illius civitatis, super animabus omnium de consilio Veronensium, licentia ab eis habita et parabola, societatem et concordiam Brixie, Mantue, Padue, Vicentie, Ferrarie ac Verone, sicut in ipsa concordia scriptum est per Oldradum Fasiolum notarium rectorum et eorum mandato, et pacem Verone attendere, observare et firmam tenere corporaliter juravit.

Et ego Zacharias Dei gratia sacri Palatii notarius ut audivi et intellexi his omnibus presens fui et scripsi.

Meltiae, julio.

Fridericus, Romanorum imperator, Wenceslao regi Bohemiae post mortem Ottokari patris ipsius, ad considerationem quoque Catharinae consobrinae suae uxoris ejusdem Wenceslai, regnum istud cum pertinentiis et omni jure ab imperio tenendum confirmat.

(Edit. ap. Balbin., *Miscell.*, t. VIII, p. 9. — Goldast, *de regn. Boh. privileg.*, Append. docum. n° XV. — Sommersberg, *Script.*, t. I, p. 925. — Lunig, *Teutsch. Reichsarchiv.*, t. VI, continuat. p. 5.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus II divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Tunc imperiale fastigium sua rutilat dignitate ac potentie sua sceptra clarificat, cum ad reges et principes suo subjectos imperio sue radios claritatis effundit et ipsis paterna regna munifica largitione confirmat. Hinc est igitur quod per presentem augustalem paginam notum esse volumus tam modernis quam posteris universis quod cum olim vivente dilecto principe nostro Ottokaro illustri Bohemorum rege, recepto a dilecto principe et affine nostro Waczlao juniori rege filio ejus homagio juxta morem, concesserimus ei tanquam primogenito de innata liberalitate nostra regnum Bohemie post ejusdem patris sui obitum ab imperio possidendum (1), attendentes ad presens, rege predicto Ottokaro patre ipsius rebus humanis exempto (2), qualiter ipse dum vixit nobis, illustri Romanorum regi Henrico charissimo filio nostro et imperio devotus extiterit et memoratus filius ejus Waczlaus rex junior paterne devotionis erga nos, dilectum regem filium nostrum et imperium imitator et successor existat atque jugiter grata et ardua servitia exhibeat et in antea gratiora exhibere poterit, nec non etiam ob majoris dilectionis gratiam qua suo in-

(1) Cf. supra privilegium dat. ap. Ulmam, 26 julii 1216.

(2) Scilicet 15 decembr. 1230.

cremento tenemur, cum illustrem reginam Catharinam dilectam consobrinam nostram habeat feliciter in consortem (1), concessionis dudum habite munera liberaliter perseqnentes regnnm Bohemie cum omni honore ac dignitate, civitatibus, castris, villis et terris eidem regno pertinentibus, et cnm omni jnre quo dictus rex pater ejns idem regnum rationabiliter noscitur possedisse imperialis anthoritatis munimine confirmamus prefato Waczlao jnniori regi tenendnm et possidendum, sicut tenere debet a nobis et imperio, presentis privilegii authoritate mandantes quatenns nnllus princeps, dux, marchio, comes, legatns, nnllaque sublimis persona vel hnmilis, ecclesiastica vel mundana, contra presentis confirmationis nostre divalem paginam venire presumat. Qnod qui presumpserit penam mille librarum auri se compositurum agnoscat, quarum medietatem cnrie nostre et reliquam parti passe injuriam se noverit solnturum. Ad hnjus itaqne nostre confirmationis memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus commnniri.

Hujns autem rei testes sunt Lando Reginus, Ja[cobus] Capuanus et Marinns (*a*) Barensis archiepiscopi, familiares et fideles nostri,... Salernitanus (*b*) et Petrus Brundusinus archiepiscopi, R. Melfiensis et P. Ravelensis episcopi, frater Hermannns magister hospitalis Sancte Marie Theutonicorum in Jerusalem, Gebardus de Arnestein legatus in Italia,... landgravius de Luckimberg, comes Gerardus de Saumes, Fridericus de Karo et Conradus de Smidilvelt, Manfridns marchio Lanza, Thomas comes Acerrarum, Riccardus marescalcus, Riccardus camerarius, Henricus magne curie imperialis magister justitiarins, et alii quam plures.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M. CC. XXXI, mense julio, quarte indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia illustrissimo Romanorum imperatore, semper angusto, Jerusalem et Sicilie rege,

(*a*) In impressis *Marnius*, male.
(*b*) In impressis *Salnicanus* male.

(1) Scilicet filiam Philippi Romanorum regis. Apud historicos autem Cunigundis vocari solet.

anno imperii ejus XI, regni Jerusalem VI, regni vero Sicilie XXXIV, feliciter. Amen.

Datum in civitate Melfie, anno, mense et indictione pretitulatis.

Signum domini nostri Friderici II Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Melfiae, julio.

Fridericus, Romanorum imperator, Gerardo archiepiscopo Bremensi et ecclesiae ejus omnia bona a praedecessoribus suis eidem ecclesiae collata confirmat.

(Edit. ap. Lunig, *Teutsch. Reichsarchiv.*, t. IX, continuat. p. 442. — Lappenberg, *Cod. diplomat. Hamburg.*, p. 426, n° CDXCV.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus secundus divina favente clementia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. In conspectu culminis nostri tanto favorabilius preces principum admittuntur quanto porrigitur coram nobis gratior supplicantis affectus et digna est exauditione petitio quam presentat. Hinc est itaque quod presenti scripto notum fieri volumus modernis et posteris universis quod cum dilectus princeps noster G. venerabilis Bremensis archiepiscopus nostre celsitudini supplicarit ut omnia bona que predecessores nostri pie recordationis augusti de innata eorum liberalitate predecessoribus suis et Bremensi ecclesie contulerunt de nostra dignaremur gratia confirmare, nos attendentes grata et devota servitia que dictus princeps nobis, Henrico illustri Romanorum regi carissimo filio nostro et imperio semper exhibuit et exhibet incessanter et gratiora de cetero poterit exhibere, supplicationibus ejus favorabiliter inclinati, de innata munificentia nostra eadem bona sicut a predecessoribus nostris divis augustis suis predecessoribus et dicte Bremensi ecclesie sunt collata, prout in eorum privilegiis continetur, liberaliter confirmamus. Statuimus ergo et presenti divali pagina in perpetuum valitura districte sancimus quatenus amodo nulla persona

sit, alta vel humilis, ecclesiastica vel secularis, que predictum archiepiscopum, successores suos aut Bremensem ecclesiam super bonis prefatis contra presentem confirmationem nostram ullo unquam tempore perturbare seu inquietare presumat. Quod qui presumpserit, preter indignationem culminis nostri centum librarum auri pro pena componat, medietate fisco nostro et reliqua medietate parti supradicti archiepiscopi et ecclesie sue solvenda, presenti confirmatione nostra nihilominus in suo robore duratura. Ad hujus autem confirmationis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium fieri et bulla aurea typario nostre majestatis impressa jussimus insigniri.

Hujus rei testes sunt J. venerabilis Capuanus archiepiscopus, R. Melfiensis episcopus, P. Ravellensis electus, Thomas de Aquino comes Acerrarum, Riccardus Filanger imperialis aule marescalcus, Henricus de Morra magne imperialis curie magister justitiarius, Riccardus imperialis aule camerarius et alii plures.

Signum domini Friderici secundi Dei gratia invictissimi Romanorum imperatoris, semper augusti, Jerusalem et Sicilie regis.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense julii, quarte indictionis, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus undecimo, regni Jerusalem sexto, regni vero Sicilie tricesimo quarto, feliciter. Amen.

Datum Melfie, anno, mense et indictione prescriptis.

Gregorius papa titulum regis Hierosolymitani quem nondum Friderico Romanorum imperatori in scribendo dederat nunc primum attribuit, hortatur que ut juxta hunc titulum Terrae Sanctae subveniat, laudans quod Riccardum Filangerium marescalcum ipsius ultra mare transmiserit. Reate, 12 augusti.

(Edid. Raynaldi, *Annal. eccles.* ad ann. 1231, § XII; non integram vero epistolam exhibuit. Cui complementum addimus ex Hoefler, *Kais. Fried. II*, append. n° 8, e Regest. Gregor. IX, lib. V, n° 114.)

Gregorius, etc., Friderico illustri Romanorum imperatori, semper augusto, Hierusalem et Sicilie regi. Quod de tribus insignibus titulis quibus te Dominus insignivit in literis quas imperiali celsitudini destinavimus, medius hactenus non est scriptus, nequaquam ex minori affectione processit, quia nec ex hoc derogare tuo intendebamus honori cui deferre potius affectamus; sed cause rationabiles affuere quas venerabilis frater noster Rheginus archiepiscopus et dilectus filius magister domus Sancte Marie Theutonicorum Hierosolymitane tibi depromere potuerunt (1). Verum sperantes in illo qui dans virtutes premia elargitur sua tantum dona in homine coronando, ut quo pluribus dignitatum nominibus fueris appellatus eo te studeas his reddere digniorem, ecce tacitum hactenus Hierosolymitanum titulum clarum utique ac decorum hilari scribimus novitate. Ut igitur aucta munera gratiarum tibi augeant gloriam premiorum, serenitatem tuam affectuose rogamus et monemus, attente obsecrantes per Dominum Jesum Christum quatenus potentiam et sapientiam a Domino recognoscens benignitati sedulus assuescas ut secutus indivise opera Trinitatis per potentiam conterens molas iniqui auferas de faucibus ejus predam, subjiciendo tibi barbaras nationes per quas humani generis inimicus impugnans hactenus immaniter Terram Sanctam predatus est multipliciter Ecclesiam generalem, hereticosque disperdas qui velut venenata reptilia insidiantur animabus simplicium incessanter, ut fortitudinem tuam Deo reddas et hominibus commendandam. Per sapientiam quoque te cupimus subjectos tibi populos prospere gubernare ut nullo errore deceptus justitiam diligas que se dirigens diligentes directos provehit in salutem. Per benignitatem vero det tibi Dominus ut sis merentium consolator et specialiter regnum Sicilie habitantium qui longis temporibus valde

(1) Archiepiscopus Reginus mense maio ab imperatore ad papam missus fuerat. Cf. Ricc. de S. Germ., *Chronic.* ad ann. De magistro Theutonicorum, vid. supra p. 287, not. 1.

tribulati, nisi spe rediviva respirent, fere coguntur pre angustia desperare. Ut autem signatum in idem conveniat cum signante, cum Hierusalem visio pacis dicatur, pacis haberi te volumus sectatorem ut fideles tui sedeant in pulchritudine pacis et requie opulenta nec non Ecclesia et persone ecclesiastice plena libertate gavise tranquilla securitate letentur. Preterea quia beneplacitum nobis est quod, sicut per tuas nobis litteras intimasti, dilectum filium nobilem virum Riccardum Filangerium marescalcum tuum dirigis ultra mare (1), prelatis ecclesiarum et aliis litteras dirigimus quas petisti. Verumtamen ipsum non imperii vel imperialem legatum vel bajulum, sed tuum vel imperatoris ducimus appellandum, quod ex te in tuis litteris observari volumus diligenter, cum exinde posset heredibus tuis prejudicium generari, quasi regnum Hierosolimitanum imperiali ditioni subesset. Ad hec petimus et postulamus instanter ut erga domos Hospitalis et Templi Hierosolimitani propitia clementia serenatus eis et ablata restituas et alias ipsas prosequaris continua pietate, ita quod Deo gratum et nobis esse possit.

Datum Reate, II idus augusti, anno V°.

---

(1) « [Mense junio] Riccardus de Principatu marescalcus domini imperatoris, ipso imperatore » mandante ut in Syriam transfretet, quos vult de regno sibi ascivit in socios. » — RICC. DE S. GERM., *Chronic. ad ann.* Plures aderant causae unde copias ad Terram Sanctam mitteret imperator. Rumor enim ferebatur de invasione regis Persarum, soldanorum scilicet Iconii sive Alepi. Vid. supr. p. 255 et 267. Saraceni insuper inscio vel conscio Soldano Ægypti bis christianos apud Jerusalem commorantes impugnaverant. Cf. *Contin. Guill. Tyrens.*, p. 426, 438 et seq. Res autem apud Cyprum gestae praecipue ad expeditionem comparandam Fridericum incitasse videntur. Ipso nempe in Italiam regresso, Johannes de Ibelino balivos ab imperatore relictos (vid. supr. p. 140) juxta Nicosiam devicerat, vicesimo tertio junii 1229, et postea per totum circiter annum in arce Dieud'amour obsessos tenuerat. Illi autem auxilium non sperantes, tutela junioris regis renuntiata, pacem admiserunt : cf. cod. inedit. 8316, fol. 395 r°-v° in Biblioth. Paris. — BUSTRON., *Histor. di Cipro*, fol. 114, ibid. — BEUGNOT, *Notice sur la vie de Philippe de Navarre*, ap. *Biblioth. de l'école des Chartes*, t. II, p. 1 et seq.

Melfiae, augusto.

Fridericus, Romanorum imperator, Sergium abbatem et conventum Sanctae Mariae sanctorumque martyrum Tryphonis et Blasii de Ravellensibus sub speciali sua protectione suscipit, eique omnia bona ejus et jura quae ibidem nominatim exprimuntur confirmat.

(Inedit. ex originali situ paulum consumpto in archiv. reg. S. Severini apud Neapolim.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Inter cetera pietatis commercia et insignia majestatis que in anctoris sui titulos referuntur, illud uberiori fructu colligimus et prope autenticis (?) erario conservamus quod venerabilibus locis et . . . . militantibus provida consideratione largimur. Inde est quod nos fratris Sergii venerabilis abbatis monasterii Sancte Marie et sanctorum martyrum Tryphonis et Blasii de Ravellensibus fratrumque ejusdem monasterii nostrorum fidelium, qui ut ad melioris vite vias dirigerent gressus suos divina favente clementia instituta Sancti Benedicti ordinis susceperunt, pium zelum et laudabile propositum attendentes, divino intuitu, pro remedio animarum divorum augustorum parentum nostrorum memorie recolende et salute nostra, monasterium ipsum cum omnibus bonis suis que ad presens juste et rationabiliter tenet et possidet et in antea justo titulo poterit adipisci sub speciali protectione et defensione nostra suscepimus et predicto ordini ac institutis ipsius in perpetuum confirmamus, concedentes et perpetuo confirmantes ipsi fratri Sergio et fratribus dicti monasterii tam presentibus quam futuris omnes possessiones que largitione principum, concessione pontificum seu aliorum oblatione fidelium ab antiquis temporibus retroactis usque ad hec felicia nostra tempora et queque bona alia idem monasterium jure tenuit et possedit ac in futurum justis modis, dante Domino, piis actibus in incrementum poterit adipisci,

nisi sint de feudis et servitiis obligata, quorum quedam propriis duximus vocabulis exprimenda : videlicet locum ipsum in quem idem monasterium situm est, in territorio ejusdem civitatis ecclesiam Sancti Salvatoris . . . . cum vineis, castanetis et silvis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Eustasii de . . . . cum castanetis et pertinentiis suis, ecclesiam Sancti Angeli ad Montem cum terris et pertinentiis suis; in territorio Minori molendiuum, domos, vineas, hortos, cum monte; in Tramonto et territorio ejus ecclesiam Sancte Marie de Capitiniano et ecclesiam Sancti Nicolai de Coma cum vineis, castanetis, domibus et silvis; in castello Littere et territorio suo ecclesiam Sancti Angeli de Toro et ecclesiam Sancte Trinitatis cum domibus, vineis, olivis, castanetis et omnibus suis pertinentiis; in Nuceria et tenimento suo ecclesiam Sancti Egidii et Sancte Marie Magdalene cum domibus, terris arbustatis, castanetis et terris laboratoriis ac tenimentis suis; in Brumo et Castellucio et territorio earumdem terrarum ecclesiam Sancti Angeli de Saccella cum molendino et tenimentis suis; in civitate Vigiliarum et pertinentiis suis ecclesiam Sancti Petri de Ravellensibus cum domibus, apothecis, terris cum olivis et terris vacuis; in Symeu (*sic*) et territorio suo ecclesiam Sancti Elye et ecclesiam Sancti Nicolai cum molendino, vineis et terris laboratoriis ac domibus et terris etiam cum olivis. De abundantiori quoque gratie nostre clementia concedimus in perpetuum predictis abbati et fratribus monasterii memorati ut liceat eis apud Minorem habere vassella libera ad piscandum et onera deferenda; in Nuceria liceat eis habere plancam et apothecam in quibus planca vel apotheca pie concedimus et perpetuo confirmamus ut liceat eis in eis emere et vendere et omnia libere facere que in legitima planca et apotheca fieri debent absque alicujus contrarietate; in civitatibus Bari et Vigiliarum liceat eis similiter habere in maritimis earumdem terrarum vassella libera tam ad piscandum quam ad onera ferenda. In omnibus quoque terris et possessionibus quas habent in civitatibus, castris, villis et locis aliis domos, tabernas, apothecas et serificia alia libere facere et habere quando eis placuerit vel cum sibi rerum et virium suppetunt facultates, lege aliqua non obstante, emere quoque et vendere absque omni exactione et transire libere terra marique, in-

dultis eis per terram demanii nostri et in omnibus portubus ac littoribus regni nostri theleonatico, plateatico, portulagio atque passagio, et habere libera pascua tam in planiciis quam in montanis per demanii nostri terram sine herbatico et glandatico. Eximentes ipsum monasterium, obedientias et homines suos ab exactionibus, datis seu collectis et (a) comitum et baronum et aliarum quarumlibet personarum, et ut nullus presumat infra clausuram dicti monasterii et grangiarum suarum temere capere, sanguinem fundere, furtum facere vel violentiam aliquam exercere nec ullum rigorem habeant littere vel scripta aliqua contra hujus nostri privilegii aliquando impetrata vel impetranda tenorem. Statuimus igitur et presentis privilegii auctoritate sancimus ut de cetero quecumque persona, ecclesiastica vel secularis, alta vel humilis, hanc nostram concessionem, confirmationem et exemptionem infringere vel violare presumpserit, centum libras auri puri componat, medietatem nostre camere, reliquam vero partem passis injuriam persolvendo. Et licet in cunctis aliis scriptis et privilegiis nostris illam clausulam jubeamus apponi qua dicitur salvo mandato, in hoc tamen privilegio de gratia nostra jussimus non ponendam. Ad hujus autem protectionis et defensionis nostre memoriam presens scriptum fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Melfie, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense augusti, quarte indictionis.

Melfiae, septembri.

Fridericus, Romanorum imperator, Hermanno magistro domus hospitalis Theutonicorum et conventui ipsius in perpetuum concedit terras laboratorias in tenimento Ascoli apud Aquamlatam et Bisselletum.

(a) Legendum autem *etiam*, nisi aliquid deest.

(Inedit. in archiv. S. Severini apud Neapolim, ex origin. — Extant duo hujus privilegii exemplaria authentica, quae inter se discrepant praesertim de numero aratrorum, nisi sint duae donationes terrarum variae in locis eisdem.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex. Si ecclesias et religiosa loca divine majestatis intuitu per quam feliciter imperamus pia tenemur provisione fovere, illas tamen ampliare volumus beneficio liberali quas progenitores nostri divi augusti recordationis inclite fundaverunt, precipua in eis beneficiorum et gratie privilegia conferentes. Hac igitur consideratione inducti, attendentes fidem puram et devotionem laudabilem fratris Hermanni venerabilis magistri domus hospitalis Sancte Marie Theotonicorum et conventus ipsius, fidelium nostrorum, quibus semper nostre celsitudini placuerunt et student devotius conplacere, considerantes etiam grata satis et accepta servitia que majestati nostre idem magister et conventus ipsius tam in regno quam in partibus transmarinis pure exhibuerunt et exhibent indefesse ac exhibere poterunt de bono in melius in futurum, de innata liberalitatis nostre gratia qua benemeritis et fidelibus nostris consuevimus providere (*a*), donamus eis atque concedimus et predicte domui hospitalis in perpetuum in demanio nostro in tenimento Ascoli in loco qui dicitur Aqualata prope Cornetum terras laboratorias pro quadraginta quinque aratris et in tenimento ipsius terre Ascoli in loco qui dicitur Bisselletum terras laboratorias pro quadraginta octo aratris cum omnibus juribus et pertinentiis eorum liberas et francas et ab omni onere servitutis exemptas. Ad hujus autem

(*a*) *Ex tunc incipit privilegium aliud, ut sequitur :* Concedimus eis et predicte domui Hospitalis in perpetuum in tenimento Ascoli in loco qui dicitur Aqualata prope Cornetum terras laboratorias pro sexdecim aratris et in tenimento ipsius tenimenti Ascoli in loco qui dicitur Bisselletum terras laboratorias pro triginta octo aratris; et licet in aliis privilegiis nostris clausula illa salvo mandato et ordinatione nostra contineatur, in presenti tamen privilegio illam de speciali gratia jussimus non apponi. Ad hujus autem concessionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manus Procopii de Matera notarii et fidelis nostri fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Melfie etc. *ut in altero.*

concessionis nostre memoriam et robur perpetuo valiturum presens privilegium per manus Grimaldi de Tarento notarii et fidelis nostri fieri et sigillo majestatis nostre jussimus communiri, anno, mense et indictione subscriptis.

Datum Melfie, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, mense septembris, indictionis quinte, imperante domino nostro Friderico Dei gratia invictissimo Romanorum imperatore, semper augusto, Jerusalem et Sicilie rege, anno imperii ejus undecimo, regni Jerusalem sexto, regni vero Sicilie tricesimo quarto, feliciter. Amen.

FINIS PARTIS TERTIAE.

HENRICI SEPTIMI

ROMANORUM REGIS

HISTORIA DIPLOMATICA.

PARS SECUNDA.

A MENSE MARTIO 1227 USQUE AD MENSEM SEPTEMBREM 1231.

HENRICI SEPTIMI

ROMANORUM REGIS

HISTORIA DIPLOMATICA.

ANNO 1227. — INDICTIONE 15.

Heinricus rex filius Friderici imperatoris Aquisgrani veniens celeberrimam curiam cum nobilibus totius Teutoniae habuit dominica Judica me (1). Inter quos praecipui erant Salzburgensis, Mogontiensis, Trevirensis, Coloniensis archiepiscopi, Austriae, Bavariae, Karinthiae, Brabantiae, Lotharingiae duces, Lantgravius, Ferrandus comes Flandriae qui per duodecim annos Parisius in captivitate a rege Franciae detentus fuerat et priori anno absolutus. Ibi etiam convenerunt alii quamplures episcopi et comites et totius Teutoniae nobiles. Ubi a Coloniensi archiepiscopo Heinrico uxor ipsius regis, filia ducis Austriae, regali benedictione consecrata et coronata in sede regia collocatur. GODEFR. MON. COLON., *Annal.* ap. STRUVE, I, 396, ad ann. 1227. — Cf. EGID. AUREAVALL., ap. CHAPEAVILLE, *Gest. episc. Leod.*, II, 245. Aquisgrani, martio.

(1) Scilicet 28 martii. Hoc festo die coronatio reginae celebrata fuisse videtur.

Aquisgrani, die veneris 26 martii.

Henricus Romanorum rex ad supplicationem Ægidii abbatis Sancti Gisleni ratam habet et confirmat promissionem a Fernando Flandriae et Hannoniae comite factam de non molestando eodem monasterio.

(Edidit Baudry, *Annal. de S. Ghislain*, ap. Reiffenberg, *Monum. pour servir à l'hist. des prov. de Hainaut*, etc., t. VIII, p. 422. Coll. cum origin. in archiv. Bruxellensi, cujus sigillum periit, remanentibus filis sericis rubri coloris.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Cum essent in sollempni curia nostra Aquisgrani in audientia sublimitatis nostre constituti karissimus fidelis noster Fernandus Flandrie et Haione comes illustris ex una parte et venerabilis fidelis noster Egidius abbas Sancti Gisleni ex altera, idem abbas a benigno celsitudinis nostre favore humiliter ac devote supplicavit ut memorato comiti precipere dignaremur ut monasterium Sancti Gisleni quod a predecessoribus nostris divis Romanorum regibus et imperatoribus legitur esse fundatum libertatibus ab eisdem regibus et imperatoribus, sicut in ipsorum scriptis continetur, eidem monasterio indultis libere ac pacifice permitteret gaudere, et ut equitate suadente inhibere vellemus predicto comiti ne per se vel per baylivos vel prepositos seu alios subditos suos manum mitteret in homines, servos, ancillas necnon et alias res sive mobiles sive immobiles antedicti monasterii, quamdiu ipse abbas paratus esset exhibere de ipsis justicie plenitudinem sicut deberet. Ad hec prenominatus comes respondit quod habito consilio super his vellet deliberare. Nos vero de solita benignitate eidem comiti deferre volentes diximus quod nuntium nostrum fidelem ad ipsum mitteremus, qui nobis fideliter ejusdem comitis responsum reportaret. Misimus itaque ad ipsum venerabilem ac discretum virum magistrum Johannem Sancti Trudonis et Sancti Heriberti abbatem qui audito diligenter sepe-

dicti comitis responso nobis retulit quod idem comes, sicut ipse asserebat, de molestiis eidem monasterio prius illatis plurimum dolebat et de cetero caveret modis omnibus ne per ipsum vel per aliquem subditum suum satisdicto monasterio aliqua molestia inferretur. Adjecit etiam quod libertates ipsius monasterii inviolabiliter salvas esse volebat firmiter repromittens quod petitioni quam fecerat abbas de hominibus, servis, ancillis et aliis rebus suis benigne obtemperaret. Nos igitur dicti comitis responsionem gratam habentes et promissionem ab ipso de non molestando dicto monasterio factam ratam et inviolatam permanere volentes, presentem paginam conscribi jussimus ac sublimitatis nostre sigillo roborari.

Actum anno Domini M° CC° XX° septimo, proxima VI° feria post Annuntiationem dominicam.

Henricus Romanorum rex de consilio principum fratribus domus Theutonicorum Sanctae Mariae in Jerusalem concedit ut privilegia et confirmationes a curia regali vel imperiali sine ulla exactione obtinere possint, eisdemque confirmat ut sumptus et expensae septem personarum et totidem equorum praeceptori et commendatori hujus domus in Alemania existenti a curia imperiali ministrari debeant. Aquisgrani, 27 martii.

(Edit. in *Brandenburg. usurpationsgesch.*, p. 100, et ap. DUELLIUM, *Hist. ord. Theutonic.*, append. n° 18, qui perperam diem vicesimum nonum mensis aprilis admisit. Coll. cum cop. authentica in archiv. Stuttgart.)

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Ad utriusque vite felicitatem prodesse nobis non ambigimus si Ecclesiarum Dei profectibus studioso zelo pioque affectu intenderimus et earum libertates de majestatis nostre munificentia curaverimus ampliare. Noverint igitur tam presens etas quam successura posteritas quod nos non immerito adtendentes devota obsequia et obsequiosam devotionem dilec-

torum fidelium nostrorum venerabilium fratrum domus Theutonicorum Sancte Marie in Jherusalem qne pluries nobis et imperio exhibuerunt et exhibent incessanter, deliberato consilio principum consultaque deliberatione eorumdem dicte domui et fratribus ejusdem hanc fecimus gratiam et dedimus libertatem ut quecumque privilegia confirmationis seu litteras de regali vel imperiali poterunt indulgentia obtinere sine omni solario, pretio vel ulla prorsus exactione cancellarii, prothonotarii vel notariorum pro tempore constitutorum ipsis ministrari debeant et donari. Ad hec ad imitationem serenissimi domini F. Romanorum imperatoris patris nostri, antiquam eorum justitiam et familiaritatem qnam [in] imperiali curia longa per tempora fideli eorum famulatu interveniente obtinuerunt, videlicet ut cuicumque ex fratribus antedictis preceptor et commendator in Alemania extiterit sumptus et expense septem personarum et totidem equorum, et trium equorum elemosinario fratri, scilicet elemosynas pauperibus eroganti, in curia imperiali tanqnam familie nostre ascripte ipsis ministrari debeant, auctoritate regia confirmamus; statuentes et sub interminatione gratie nostre firmiter precipientes ut nulla unqnam persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, prescriptas libertates seu indulgentias tam a nobis quam a divis progenitoribus nostris sepedictis fratribus indultas infringere audeat vel cujuscumque ingenii scrupulo permutare. Quod qui facere attemptaverit indignationem tremendi judicis nostreque celsitudinis gravem offensam se noverit incurrisse. Ad hujus itaque facti nostri robur perpetuo valiturum presentem eis litteram indulsimus nostri sigilli munimine insignitam.

Testes hii sunt Sifridus Maguntinus, Theodericus Treverensis, Heinricus Coloniensis, Eberhardus Saltzburgensis archiepiscopi, Hermannus Herbipolensis, Heinricus Eistetensis, Heinricus Basiliensis, ... (1) Leodiensis, Jacobus Acconensis, Milo Belvacensis (2) episcopi, layci Ludewicus dux Bawarie palatinus comes Reni, Lupoldus dux Austrie et Stirie,

(1) Scilicet *Hugo*.

(2) Qui quidem mense junio anni praecedentis Francorum regis in imperio legatus, nunc denuo pro negotiis ejusdem regis reversus videtur.

Ludewicus lantgravius Thuringie, palatinus comes Saxonie, Henricus dux Brabantie, Ferrandus comes Flandrie, Ludewicus dux Karinthie, Theodericus comes Clivensis, Heinricus comes Seynensis, Cunradus burgravius de Nurinberc, Gerlacus de Butingen, Wernherus dapifer de Bonlandia, Ulricus de Minzenberc, Eberhardus dapifer de Walpurg, Cunradus et Eberhardus pincerne de Winterstetten et alii quamplures.

Actum Aquisgrani in curia solempni, anno ab incarnatione Domini M° CC° XXVII°, sexto kalendas aprilis, indictione quintadecima.

Henricus Romanorum rex ecclesiae Novi Castri omnes possessiones ad se et ad imperium pertinentes de plenitudine consilii sui confirmat. Aquisgrani, 29 martii.

(Edid. Matile, *Monuments de l'Hist. de Neuchatel*, I, 38, n° 47. Sed perperam imperatori Henrico VI° hoc documentum tribuit.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus hanc litteram inspecturis gratiam suam et omne bonum. Noverit tam presens etas [quam] successura posteritas quod nos de plenitudine consilii nostri omnes possessiones collatas ecclesie Novi Castri nec non ad nos et ad imperium pertinentes ipsi ecclesie auctoritate regia confirmamus. Mandantes et sub interminatione gratie nostre precipientes ut nullus sit qui dictam ecclesiam in prelibata possessione molestare audeat vel dampnum aliquid irrogare. Ad igitur (*a*) facti nostri perhennem memoriam presentem litteram conscribi et sigillo nostro jussimus insigniri.

Datum apud Aquisgrannm, IIII kalendas aprilis, indictione XV.

(*a*) In impresso *adversus*, male.

Aquisgrani, 29 martii.

Henricus Romanorum rex Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi quoddam Ottonis IV privilegium datum Nurnberg ann. 1209 vigesimo die februarii confirmat, quo memoratis privilegiis imperatorum Henrici IV et Friderici I, archiepiscopus in hoc scilicet confirmatur quod episcopatus Gurcensis archiepiscopatui Salzburgensi ratione investiturae regalium et consecrationis subjiciatur.

(Memorat. ap. KLEINMAYR, *Nachricht von Juvavia*, p. 250, et partim edit. ap. CHMEL, *Notizenblatt für Œsterr. Gesch.*, Regest. Liupoldi ducis n° 134, ex MSS. cui titulus *Geheim. hausarchiv. Salzb. Kammerbucher*.)

Testes sunt Sifridus Maguntinensis, Theodoricus Trevirensis, Heinricus Coloniensis archiepiscopi, Hermannus Herbipolensis, Hugo Leodiensis, Heinricus Basiliensis, Heinricus Aystetensis, Gotfridus Cameracensis episcopi, Ludwicus Bawarie, Liupoldus Austrie et Styrie duces, Ludwicus landgravins Thuringie, Hermannus marchio de Baden, Cunradus burgravins de Nuremberch. . . . .

Actum apud Aquisgranum, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo septimo, IIII° kalendas aprilis, indictione XV, regni nostri anno sexto.

Apud Aquisgranum, 30 martii.

Henricus Romanorum rex ad supplicationem Iliburgis abbatissae Nivellensis ex principum imperii sententia libertatem ejusdem Ecclesiae cum omnibus pertinentiis et juribus restituit, statuitque ut ab oppressione vel exactione quacumque sit omnino libera.

(Inedit. in archivo Bruxellensi ex Cod. cui titulus *Chartulaire de Nivelle*, fol. 386 verso.)

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Dignitas et sollicitudo excellentie regalis requirit ut ea que pie acta [et] sanccita necnon bona religiosis collata invenimus, studiosa diligentia.......... virorum religiosorum et aliorum imperii fidelium conservemus. Hac itaque ratione ducti ad notitiam universorum ex insinuatione presentium cupimus pervenire quod cum essemus apud Aquisgranum in sollempni curia cum multis principibus subnotatis, dilecta fidelis nostra Hiburgis abbatissa Nivellensis ad nostram accedens presentiam obtulit nobis in facie principum nostrorum privilegia [sibi] et ecclesie suè a divis imperatoribus collata, videlicet domini Friderici imperatoris proavi nostri, Henrici imperatoris avi nostri, nec non serenissimi domini F. imperatoris patris nostri, ac preceptis apostolicorum patrum Clementis atque Leonis confirmata, cum multa mentis et corporis attritione dampna gravissima et intolerabiles injurias proponens et conquerens quod contra eadem privilegia sibi et ecclesie sue [prejudicium] fiebat, ideoque in jure suo perseverante constantia a regali majestate nostra justitiam pacemque debitam efflagitavit. Certum igitur in modum justitia nos rationabiliter provocante, pietate clementer invitante fletuque et jugi prece predicte dilecte ac fidelis nostre abbatisse ultro nos ad misericordiam commovente, libertatem Nivellensis ecclesie et totius burgi judiciali principum aliorumque fidelium imperii sententia integraliter restituimus, ipsum burgum videlicet, villam Nivellam cum omnibus utensibus suis, cum merchato ac theloneo, cum moneta et mensis concambiorum ac maceria et cum viis et molendinis, cum pratis et terris cultis et incultis et cum pascuis et silvis, viis et inviis, aquis aquarum ve decursibus, cum familia ibidem manente et cum hereditate omnium in ea residentium, ubicumque rationem habuerint vel justo possessionis titulo in posterum sunt adepturi Ad remedium quoque ac salutem anime nostre sacra predecessorum nostrorum regum atque imperatorum vestigia sequentes, firmiter precipimus quatenus pretaxata ecclesia et opidum Nivellense ab omni oppressione et ab omni exactione sit omnino libera, nec sit ibi quisquam comes vel advocatus nisi quem abbatissa elegerit, nec acquirat comes vel advocatus ibidem aliquod judicium vel placitum nisi

ab abbatissa vel a preposito, consilio ecclesie, necessitate ingruente (?) (a) justitie fuerit invitatus, nec sit quisquam mortalium liber vel servus, civis vel villanus, nec cujuscunque conditionis seu professionis persona que monetam vel theloneum vel maceriam vel mensas concambiorum feodali jure vel hereditaria possessione requirat vel vendicare sibi presumat, sicut dilecta fidelis nostra Nivellensis abbatissa memorata in dexteram nostram nunquam se hiis modis concessuram promisit, et generalis principum imperii sententia nec ab ea nec ab alia sibi in posterum successura posse predictis modis concedi judicavit. Ideoque statuimus et regali auctoritate sancimus ut nullus dux, nullus marchio, nullus comes, nullus advocatus, nulla denique persona humilis vel alta, secularis vel ecclesiastica, hanc confirmationem et auctoritatis nostre sacram paginam audeat violare vel aliquibus injuriarum calumpniis seu dampnis presumat attemptare. Quod qui ausu temerario facere vel aliquatenus huic edicto nostro se presumpserit opponere, reus majestatis centum libras puri auri pro pena componat, dimidium fisco nostro, reliquam vero partem abbatisse et ecclesie prelibate. Hoc autem autenticum majestatis nostre privilegium ut ratum consistat et ad evum inconcussum permaneat conscribi jussimus et sigilli nostri impressione precepimus communiri.

Hujus itaque facti nostri testes sunt S. Moguntinensis, H. Coloniensis, Th. Treverensis,... Salzburgensis venerabiles archiepiscopi, H. Leodiensis, H. Herbipolensis, H. Eistetensis, H. Basiliensis, G. Cameracensis episcopi, L. Austrie, L. Bawarie, L. Carinthie, Th. Lotharingie, H. de Lemburc duces, L. landgravius Thuringie, H. marchio de Badin, C. burgravius de Nurimberc, Gerlacus de Budingen, W. de Bollandia dapifer, C. de Walpurc dapifer, C. et E. pincerne de Winterstete, L. de Grindelabe, H. de Sollzburc, C. de Hagenowe et alii quamplures.

Signum domini Henrici septimi Romanorum regis invictissimi.

Actum apud Aquisgranum, anno dominice incarnationis M.CC°.XXVII°, tertio kalendas aprilis, indictione XV.

(a) Vox lectu difficillima.

Henricus Romanorum rex privilegium a Friderico imperatore patre suo canonicis Virdunensibus indultum inserendo confirmat, additque ut familiae singulorum et universorum canonicorum ecclesiarum Virdunensium ab omni exactione praestationis, talliae seu precariae sint penitus immunes. Apud Aquisgranum, 30 martii.

(Edidit Sudendorf, *Merkwürdige Urkunden für die Deuts. Gesch.*, erst. Theil, p. 95, n° XLVII, ex confirmatione imperatoris Maximiliani II, 10 aprilis 1566.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, dilecto principi suo R. (1) venerabili Virdunensi electo nec non universis ejusdem civitatis civibus gratiam suam et omne bonum. Accedentes ad presentiam nostram in curia solemni apud Aquisgranum dilecti fideles nostri canonici Virdunenses exhibuerunt nobis privilegium serenissimi domini imperatoris patris nostri in hunc modum :

[*Sequitur de verbo ad verbum privilegium Friderici II*, datum apud Francfort, 16 aprilis 1220, *quod supra ad suum locum retulimus.*]

Authoritateque regia serenissimi domini imperatoris patris nostri privilegium antescriptum de plenitudine consilii nostri corroborandum duximus et perpetuo confirmandum, adjicientes ad hec de uberiori gratia nostra et consulta deliberatione ut familie singulorum et universorum canonicorum ecclesiarum Virdunensium ab omni prorsus exactione prestationis, tallie seu precarie libere sint penitus et immunes; statuimusque et sub interminatione gratie nostre districte precipimus universitati vestre ut nullus sit qui ausu temerario contra seriem privilegii prelibati et hanc nostram libertatem Virdunensibus canonicis indultam venire audeat vel eorum familiam alicui exactioni vel tallie coerceat subjacere. Quod qui

---

(1) Scilicet *Rudolpho.*

facere presumpserint, iram et gravissimam indignationem nostre celsitudinis se noverint incursuros.

Actum apud Aquisgranum, millesimo ducentesimo vigesimo septimo anno incarnationis Domini, III kalendas aprilis, indictione decima quinta.

Aquisgrani, 30 martii.

Henricus Romanorum rex civibus Virdunensibus mandat ut a molestatione ecclesiarum Virdunensium, familiarum et hominum desistant, et ablata cum satisfactione restituant.

(Edidit Sudendorf, *Merkwürdige Urkunden für die Deuts. Gesch.*, erst. Theil, p. 95, n° XLVI, ex eodem fonte qui supra.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, dilectis fidelibus suis civibus Virdunensibus gratiam suam et omne bonum. Ex conquestione majoris ecclesie Virdunensis et aliarum ejusdem civitatis, videlicet Sancti Vitoni et Sancti Agerici, intelleximus quod vos occasione cujusdam tallie vel collecte libertates earum infringitis ab ipsarum familiis et hominibus pecuniam extorquentes. Verum cum in curia nostra Aquisgrani nuper habita per ipsa privilegia a domino et charissimo patre nostro eis indulta cognovissemus eas ab hujusmodi exactione debere esse immunes, quod nulla ratione infringi sustineremus, fidelitatem vestram monemus auctoritate regia districte precipientes quatenus a dictarum ecclesiarum molestatione et familie earum et hominum desistatis, ablata eisdem cum satisfactione restituendo; alioquin nos insolentiam vestram graviter puniemus.

Datum Aquisgrani, mense martio, III kalendas aprilis.

Henricus Romanorum rex canonicis beatae Mariae et beati Adalberti de Aquis indulget ut Gerardo comiti Gelrensi praedium de Moldeke cum pertinentiis ejus libere vendant, ea conditione ut pecuniam pro bonis aliis eidem Ecclesiae utilioribus convertant. Aquisgrani. 1° aprilis.

(Edidit Lacomblet, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. Band, p. 77, n° 144.)

Henricus septimus Romanorum rex et semper augustus. Notum facimus universis imperii fidelibus presentibus et futuris quod nos considerantes statum et dampna que capellani nostri canonici beate Marie et beati Adalberti de Aquis in bonis eorum apud Moldeke et ejus pertinentiis jamdiu sustinuerunt, provida deliberatione ad ipsorum petitionem indulsimus quod jam dictum predium de Moldeke cum pertinentiis suis libere vendant dilecto nostro Gerardo comiti Gelrensi, eo pacto et tenore quod eandem pecuniam quam inde receperint locent et dent pro bonis aliis ipsis magis commodis et utilioribus, ita quod jam dicte ecclesie in redditibus hac ratione nullam sentiant diminutionem, sed augmentum pocius percipiant et hoc evidenter in ipsis ecclesiis ostendatur. Ad rei certam in posterum evidentiam presentem cartam inde conscriptam sigillo majestatis nostre fecimus communiri.

Actum [anno] Domini M. CC. XX. VII. Datum Aquisgrani, kalendis aprilis.

Henricus Romanorum rex feodum balneorum infra muros civitatis Aquensis constitutorum a ministeriali suo Willielmo Bawaro titulo venditionis alienatum et in manus suas resignatum, ecclesiae Aquensi speciali capellae suae in perpetuum confert. [Aquisgrani, aprili ineunte.]

(Edidit Lacomblet, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, II, 76.)

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus omnibus presentes litteras inspecturis in perpetuum. Juxta ramos ordinate caritatis Aquensem ecclesiam specialem nostram et imperii capellam tanto propensiori affectu manutenere ac facultatibus ampliare tenemur, quanto ex eo quod in ea regie dignitatis initium accepimus singulari gaudere dinoscitur prerogativa. Hinc est quod presenti scripto universorum noticie declaramus quod cum Wilhelmus Aquensis ministerialis noster dictus Bawarus feodum balneorum infra muros civitatis Aquensis constitutorum cum suis appendiciis titulo venditionis de nostra permissione alienaret et in manus nostras resignaret, nos de fidelium nostrorum consilio ecclesie prefate ad communem utilitatem fratrum ibidem Deo famulantium id duximus conferendum ac perpetuo possidendum. Et ut hec nostra concessio futuris temporibus inviolabiliter observetur, hanc cartam exinde conscribi et sigillo nostro fecimus insigniri.

Testes autem hujus concessionis sunt hii Sifridus Moguntinus archiepiscopus, Heinricus Coloniensis archiepiscopus, Theodericus Treverensis archiepiscopus, Lodewicus dux Bawarie, Lodewicus lantgravius Thuringie, et alii quamplures.

Acta sunt hec anno Domini M. CC. XXVI, indictione XV, regni nostri anno sexto (1).

[Aquisgrani, aprili ineunte.] Henricus Romanorum rex ad preces Henrici ducis Limburgensis et Walrami de Montjoie fratris ejus de consilio principum Wilhelmo

(1) Cum loci et mensis notationes desint, verisimiliter ad hanc apud Aquisgranum curiam documentum istud reponendum censemus, licet ad curiam apud Herbipolim mense novembri anno praecedente celebratam, praecipue ex nominibus testium, sat bene quoque se accommodet. In annis regni numerandis et ab electionis die computandis, sive ad annum 1226 sive ad annum 1227 te referas, *septimus* esse deberet. Vid. quoque p. 312.

comiti Juliacensi concedit ut omnes Judaeos qui ad terram ejus se transtulerint ad manendum libere ab imperio teneat.

(Ediderunt Kremer, *Acad. Beitr.*, n° 51. — Lacomblet, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. Band, n° 140, ex chartul. comit. Juliac. n° 18.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis fidelibus imperii qui presens nostrum viderint vel intellexerint factum gratiam suam et omne bonum. Regalem decet excellentiam preces suorum fidelium clementer admittere et admissas de innata gratia in omnibus favorabiliter exaudire. Notum igitur esse volumus quod nos ad preces devotas fidelium nostrorum Henrici ducis Lymburgensis et Wallrami de Mongoien (1) fratris sui, dilectorum consanguineorum nostrorum, qui domino genitori nostro Romanorum imperatori semper augusto et nobis in agendis et promovendis negotiis imperii grata et accepta obsequia sepius impenderunt, habito nostrorum et imperii principum et plurimorum fidelium nostrorum consilio, indulsimus liberaliter nobili viro fideli nostro Wilhelmo comiti Juliacensi nostro et eorum consanguineo et suis heredibus ut omnes judeos qui ad terram suam se transtulerint ad manendum libere a nobis et ab imperio teneant et de eisdem eorum omni contradictione postposita disponant libere voluntatem (*a*). Et ne dictum factum nostrum futuris temporibus alicui in posterum veniat in dubium, sed ab omnibus inviolabiliter perpetuo observetur, hoc privilegium exinde conscribi et sigillo tam nostro quam fidelium principum nostrorum subscriptorum sigillis duximus muniendum.

Hujus rei testes sunt Sifridus Moguntinensis archiepiscopus, Henricus Coloniensis archiepiscopus, Theodoricus Treverensis archiepiscopus, Ludowicus dux Bawarie, Ludowicus lantgravius Duringie, et alii quamplures.

(*a*) Apud Kremerum autem, *libera voluntate.*

(1) Scilicet *de Montjoie.*

Acta sunt hec anno Domini M. CC. XXVI, indictione XV, regni nostri anno sexto (1).

Apud Oppenheim, 5 aprilis.

Henricus Romanorum rex canonicis Aquensibus concedit ut quilibet canonicus quinque et decanus eorum decem porcos mittant in nemus suum quod nuncupatur Supulia et in alia nemora ad civitatem Aquensem pertinentia ubi pascua porcorum poterunt inveniri.

(Edid. Lacomblet, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. Band, p. 77, n° 145.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Ad noticiam universorum ex insinuatione presentium cupimus pervenire quod nos attendentes sinceram devotionem ac specialem promotionem quam dilecti fideles nostri canonici et capellani nostri speciales Aquenses ab imperio et nobis habere tenentur, ex mera benignitate regia concedimus et indulgemus auctoritate presentium ut quilibet canonicus quinque et decanus eorumdem decem porcos mittant in nemus nostrum speciale quod vulgari nomine nuncupatur Supulia (2) et in alia nemora ad civitatem Aquensem pertinentia, cum pascua porcorum in eisdem nemoribus nostris poterunt inveniri. Inde est quod auctoritate regia firmissime et sub optentu gratie nostre inhibemus omnibus officiatis nostris qui pro tempore fuerint apud Aquisgranum ne memoratos decanum, canonicos et speciales capellanos nostros in prelibata concessione nostra, que respectu dignitatis nostre majestatis satis modica esse dinoscitur, presumant in aliquo impedire, quia intendimus et tenemur prenotatos canonicos, quemadmodum prelibatum esse dinoscitur, in omnibus que honori ipsorum ac utilitati conducere poterunt promovere. Si qui vero nostri fuerint officiati Aquenses qui contra

---

(1) Vide supra p. 318, not. 1.

(2) Germanice *Sonderwald* sive etiam *Kammerforst*.

prelibatam donationem et concessionem nostram ausu ducti temerario contraire attemptaverint, indignationem et gravem offensam nostre celsitudinis se noverint incurrisse.

Testes autem hujus facti sunt Theodericus Treverensis archiepiscopus, Hermannus Herbipolensis, Heinricus Eistetensis episcopi, Ludewicus Bawarie, Lupoldus Austrie et Styrie, Bernhardus Carinthie duces, Cunradus burgravius de Nurinberch, Gerlacus de Buttingen, Gerardus et frater ejus de Eppenstein, Everhardus dapifer de Walpurc, C. et E. pincerne de Winterstete, Willelmus advocatus Aquensis, Arnoldus de Gimmenich, Gerkinus de Sincheche.

Actum anno Domini M. CC. XX septimo.

Datum apud Oppenheim, nonas aprilis, indictione quinta decima.

Henricus Romanorum rex privilegium suum fratribus Sanctae Mariae Theutonicorum indultum renovat, de gratuita privilegiorum expeditione et de sumptibus fratrum eorumdem ab imperiali curia ministrandis. Apud Oppenheim, 6 aprilis [?].

(Ineditum ex originali in arch. Stuttgart. Sigillum cereum pendet ex filis sericis flavi et amaranthini coloris.)

Heinricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Ad utriusque vite felicitatem etc. (*Sequitur de verbo ad verbum privilegium datum Aquisgrani, quod supra exhibuimus, p. 309 usque ad haec :*) nostri sigilli munimine insignitam.

Testes hii sunt Sifridus Maguntinus, Theodericus Trevirensis, Eberhardus Salzeburgensis archiepiscopi, Hermannus Herbipolensis, Heinricus Wormatiensis episcopi, Ludewicus dux Bawarie palatinus comes Reni, Lupoldus dux Austrie et Styrie, Heinricus dux Brabantie, C. burcgravius de Nuremberg, R. palatinus comes de Tuwingen, F. comes de Li-

ningen, Gerlacus de Butingen, W. (1) dapifer de Bonlandia, E. dapifer de Walpurc, C. et E. pincerne de Winterstettin, et alii quamplures.

Actum apud Oppenheim, anno dominice incarnationis M° CC° XXVII°, VIII (2) nonas aprilis, indictione quinta decima.

Apud Westmonasterium, 13 aprilis.

Henricus Angliae rex Ludewico Bavariae duci grates agit quod pro foedere inter se et imperium ineundo operam dederit, mittitque nuntios rogans ut negotia inchoata ad effectum velit perducere.

(Edider. Rymer, *Foedera et conventus*, t. I, p. 292, ubi adsunt duae aliae epistolae de re eadem Henrico Romanorum regi et archiepiscopo Coloniensi directae. — Scheid, *Origin. Guelf.*, t. III, p. 714.)

Henricus Dei gratia, etc., amico in Christo dilecto et illustri viro L. duci Bawarie (3) salutem cum sincera dilectione. Transmissum ad nos ex parte Romanorum regis illustris et vestra magistrum Conradum prepositum Spirensem cum gaudio suscepimus et audivimus diligenter, et ecce dilectionem vestram que de federatione inter imperium et nos ineunda laborare voluit, gratiarum actione prosequimur. Cupientes igitur regi et imperio ac nobilitati vestre cui jam junctos et federatos nos cernimus per consanguineam nostram quam filius vester in uxorem duxit, in amicitia et federe mutuo specialius adjungi, dilectos nobis et speciales magistrum Henricum et Bernardum clericos nostros ut dicti regis et vestram plenius et evidentius super hiis audiant voluntatem ad vos duximus transmittendos, rogantes quatenus ad condignum et laudabilem pertrahere velitis effectum laudabiliter inchoata.

Teste rege apud Westmonasterium, XIII die aprilis, anno regni nostri XI.

---

(1) Scilicet *Wernherus*.

(2) Sic, licet mendosum, in originali. — Fortasse legendum *idus* pro *nonas*.

(3) Dux iste, sicut supra multoties vidimus, post mortem Engelberti archiepiscopi Coloniensis sub nomine junioris regis supremum fere regimen in Alemania exercebat.

Henricus Romanorum rex Cellam omnium Sanctorum in sua protectione suscipit, omnibusque ministerialibus et officialibus suis praecipit ut nuntios praefatae Cellae, cum eleemosynam postulaturi advenerint, caritative recipiant. Haguenau. 15 aprilis.

(Edid. SCHOEPFLIN, *Alsat. diplomat.*, t. I, p. 360, n° 450, ex tabular. famil. Schauenburg.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis paginam presentem intuentibus gratiam suam et omne bonum. Cum a nobis ordo juris et pietas regie clementie naturaliter exigat votis religiosorum et justis postulationibus eorum aurem misericordie benignius inclinare et pro posse manus potestativas humilitatem eorum sollicite defendendo indefesse extendere, hinc est quod dignum duximus omnibus regie majestati nostre obtemperantibus insinuandum quod nos sub fidelem protectionem celsitudinis nostre locum qui dicitur Cella omnium Sanctorum cum personis continendum et servandum suscepimus. Quocirca omnibus ministerialibus, clericis et officialibus nostris mandamus mandandoque firmiter precipimus quatenus nuncios prefate Celle quos in conductum et specialem defensionem nostram assumpsimus, cum ad vos sub officio petitorio eleemosinam tam a vobis quam in ecclesiis vestris humiliter postulaturi in subsidium domus sue advenerint, caritative recipiatis nec aliquam partem parte in ecclesiis eleemosine pro qualibuscumque negotiis vel laboribus vestris ab iis extorqueatis vel extorqueri permittatis. Preterea volumus eos, in quibuscumque terminis vestris fuerint, tuitioni nostre........... efficaciter subesse.

Datum Hagenau, anno dominice incarnationis MCCXXVII, XVII kalendas maii, indictione XV.

Haguenau, 15 aprilis.

Henricus Romanorum rex Cellae omnium Sanctorum et fratribus ejusdem Praemonstratensis ordinis suam curiam in Richenbach juxta Stolleburg concedit.

(Memorat. ap. BOEHMER., *Regest. imper.*, p. 228, n° 142, ex copia a Grandidier excerpta, quam nunc cl. iste vir possidet.)

Datum Hagenan, anno dominice incarnationis MCCXXVII, XVII kalendas maii, indictione XV.

Apud Wormatiam, 25 aprilis.

Henricus Romanorum rex abbatissae et conventui inferioris monasterii in Ratispona permittit ut unum de pueris Jordani de Lengenveld, ad ipsarum monasterium spectantibus, comiti Henrico de Ortenberg possint tradere.

(Edit. ap. *Monum. Boic.*, t. XXX, pars 1ª, n° 681, p. 145, ex originali cujus sigillum periit.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, dilectis sibi venerabili abbatisse totique conventui inferioris monasterii (1) in Ratispona gratiam snam et omne bonum. Snpplicavit nobis dilectus noster Jordanus de Lengenvelt ut nostra serenitas dignaretur prudentie vestre indulgere quod unum de pueris suis vestro monasterio attinentibns comiti H. de Orttenberc contradere deberetis; quod utique permittimus. Volumus et affectuosissime vos rogamns qnatenns prout a vobis petiverit predictus

---

(1) Scilicet *Niedermünster*.

J., unum filium de pueris suis prelibato comiti conferatis ratione hereditaria possidendum. Ad hujus itaque permissionis nostre [testimonium] presens ei scriptum indulsimus sigilli nostri munimine roboratum.

Datum apud Wormaciam, VII kalendas maii, indictione XV.

Henricus Romanorum rex monasterium de Otterberg cum possessionibus et hominibus ejus in speciali sua protectione recipit, diversaque jura et exemptiones eidem concedit. Apud Wormatiam, 25 aprilis.

(Edit. ap. *Monum. Boica*, tom. XXXI, pars 1ª, p. 526, e cod. arch. circ. Rhen-Bavar. dicto *Saal-und Lagerbuch des oberamts Lautern*. Originale latinum nusquam apparet.)

Heinrich von Gottes gnaden Römischer König und allezeit Mehrer, seinen lieben dem schultheissen zu Oppenheim und Lauteren und allen getreuen seines Reichs, sein gnad und alles gut. Vie wohl die konigliche sorgfaltigkeit wahrnehmen und versehen soll frieden und schirmm alleu Christglaubigen gemeinlich; so seynd wir doch allermeist schuldig zuschaffen das gut des friedens und schirm den die da allermeinst vorzeicht die andacht und geistlichkeit. Davon so empfangen wir sonderlichen under unseren schirmm das closter Otterburg cystellser ordens und alles dass das ihm zugehört an liegenden und anderen guteren und leuthen. Und wir verbieten allen gemeinlich dass niemand kein gewalt oder unrecht an sie lege; wär es aber dass jemand unseren zorn verachtet und dasselbe closter an seinen güthern oder leuthen betrübte oder letze und wieder recht anfiele, so gebieten und heisen wir heftiglich üwern triwen bey der behalt unserer gnaden, dass ihr euch an unser statt ihm wiederstellet ihren wieder sagern, und alle ding die der ehegenannten bruderen zugehoren getreulich schauern und schirmen als unser eigne güter. Darzu geben wir in unseren willen und verhangnüss uber alles das dass sie von unseren dienstmannen oder anderen unseren leuthen und auch von wohlfart

aller anderen menschen überkommen mögen, also dass sie das freyledig ewiglich ohne alles wiedersprechen sollen besitzen, wir geben ihn auch dazu frey-wanderung durch alle unsere land und verleihen ihnen von königlicher miltigkeit, dass sie weder zoll noch keinerley schatzung von ihren aigenen gütern sollen geben, es sey uf wasser oder uf dem land, sonderlich zu Boparten und zu Lauteren und an allen enden da unss solches gewöhnlich ist zu geben, und wir geben auch freyen organg zu weyden ihren schaffen, und anderen ihrem viehe an allen enden unserer gebiete und herrlichkeit.

Geben zu Worms, uf den siebenden kalenden des mayens, in dem jahr unsers Herren geburt MCCXXVII.

Latinam versionem addimus:

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, dilectis suis sculteto in Oppenheim et Lutra et aliis imperii sui fidelibus gratiam suam et omne bonum. Sicut juste regalis cura obsequi et providere debet paci et protectioni omnium Christi fidelium communiter, ita tamen praecipue tenemur procurare bonum pacis et protectionis illis qui praecipue devotionem et ecclesiasticum cultum exhibent. Nos itaque sub speciali nostra protectione suscipimus monasterium Otterburg Cisterciensis ordinis et omne quod ad ipsum pertinet, cum adjacentibus et aliis bonis et hominibus. Inhibemus quoque omnibus communiter ne quis ullam vim sive injuriam eis inferat; quod si quis nostram indignationem contempserit et predictum monasterium in suis bonis aut hominibus molestaverit sive pacem ejus et jura infregerit, mandamus et districte praecipimus fidelitati vestrae sub interminatione gratiae nostrae quatenus vos vice nostra reparetis quae [vobis] relata fuerint (?) et res omnes quae ad praenominatos fratres spectant fideliter respiciatis et protegatis sicut nostra propria bona. Praeterea ex nostra voluntate et certa conscientia confirmamus eis quaeque ex dono nostrorum ministerialium et aliorum nostrorum hominum et etiam cujuscumque hominis pro salute eisdem supervenire potuerunt, ut ea libera omnino in perpetuum sine contradictione qualibet possidere debeant. Insuper quoque donamus eis liberum passagium per omnes terras nostras et concedimus eis ex regali benivolentia ut neque pedagium neque ullum tributum ex suis propriis bonis debeant dare, sive in aqua sive in terra, specialiter apud Bopardiam et apud Lutram et apud omnes terminos ubi nobis aliquid dari solet, et donamus quoque liberam facultatem pascendi oves suas et alia animalia in omnibus terminis nostrae jurisdictionis et demanii.

Datum apud Wormatiam, septimo kalendas maii, anno Dominice nativitatis MCCXXVII.

Henricus Romanorum rex civibus Virdunensibus sub pœna banni mandat ut privilegium quoddam ab eis Aquisgrani obtentum ex nimia praeoccupatione sua, cum sit honori imperii et juribus episcopi Virdunensis omnino contrarium, archiepiscopo Treverensi tanquam cassum et inane incontinenti remittant, et eidem archiepiscopo de ipsorum contumacia condignam emendam faciant. Apud Wormatiam, 26 aprilis.

(Edidit SUDENDORF, *Merkwürdige Urkunden für die Deuts. Gesch.*, erst. Th. p. 96, n° XLVII, ex confirmat. imperatoris Maximiliani II, 10 april. 1566.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, civibus Virdunensibus gratiam quam meruerunt. Cum nos discordiam que inter fidelem principem [nostrum] vestrum electum et ecclesias Virdunenses et vos erat suborta, de clementia regie majestatis vellemus pacifice terminari et ad hoc faciendum carissimum et fidelem consiliarium nostrum Treverensem archiepiscopum metropolitanum, qui statum terre vestre plenius cognovit, personaliter vobis destinassemus, dantes vobis per litteras nostras in mandatis ut ei tanquam nobis obediretis et de consilio suo et voluntate querelas terminaretis quas habebatis erga dominum electum vestrum et ecclesias Virdunenses, majorem scilicet, Sancti Vitoni et Sancti Agerici, super quibusdam justiciis et libertatibus earumdem eisdem ecclesiis et earum familiis jamdudum a predecessoribus nostris collatis et a nobis per sententiam principum nostrorum in solemni curia Aquisgrani nuper habita confirmatis et innovatis; vos, quod grave ferimus, dicto principi nostro nec debitam reverentiam exhibere nec in aliquo voluistis obedire, quoddam privilegium Aquisgrani obtentum a vobis in erroris vestri defensionem exhibentes coram ipso, per quod jura civitatis a dicto electo vestro et predecessoribus suis jamdudum possessa vobis ostendebatis indulta et eidem electo principi nostro, quod nullatenus intendimus, diminuta pe-

nitus et subtracta. Quia vero hujusmodi privilegium per occupationem nimiam et contra honorem imperii et fidelitatem qua principibus nostris tenemur sicut et ipsi nobis, cognovimus emanasse a nobis, per predictum archiepiscopum Treverensem litteras nostre majestatis patentes vobis transmisimus que dictum privilegium vestrum, si privilegium dici debeat, expresse revocabant, in quibus et vobis constanter inhibebamus ne dicto privilegio aliquatenus uti presumeretis. Vos autem malitie vestre obstinaciam inculcantes respondistis sepefato Treverensi archiepiscopo quod ab usu ejusdem privilegii nullatenus cessaretis. Cum igitur cuilibet nuntio ab excellentia nostra subditis nostris destinato honorem et reverentiam velimus exhiberi et fidem adhiberi, conniventibus oculis pertransire non possumus nec debemus quod vos dicto archiepiscopo, preter specialitatem discretionis et dignitatis excellentiam que prerogativam venerationis ei meruerunt apud extraneos, saltem tanquam patri vestro spirituali, obedire et credere neglexistis. Imo quod deterius est et gravius ferimus, ipsum qui pro pace vestra et ex parte nostre regie majestatis ad vos venerat in aliquibus graviter offendistis. Nos igitur, communicato principum nostrorum consilio, vobis mandamus et districte precipimus quatenus dictum privilegium Aquisgrani in coronatione serenissime conjugis nostre obtentum, in quo continetur quod vos septem juratos habeatis qui civitati Verdunensi dominentur et quatuordecim scabinos, septem de palatio et septem de vicecomitatu, qui a vobis electi episcopo vestro presententur, et, si eos recipere noluerit, authoritate nostra nihilominus judicetur (*sic*) (*a*), pariter et quod decanus civitatis laicus annuatim subdecanum laicum eligat et sub eadem forma episcopo presentetur investiendus, et quod pro civitate vestra (*b*) munienda et aliis civitatis negotiis exequendis eumdem episcopum quando volueritis requiratis et si vos super hiis juvare noluerit, vos authoritate nostra per totam civitatem et suburbia, videlicet in burgo Sancti Vitoni, Eslacantia et in Prato episcopi, et super omnes illos qui bannum et forum civitatis mar-

(*a*) Vid. documentum subsequens, unde sensus clare definitur.
(*b*) In impresso *nostra*, male.

chizant pecuniam ad munitionem vestram faciendam et alia negotia vestra colligatis, sepefato archiepiscopo Treverensi incontinenti per latorem presentium remittatis. Nos enim dictum privilegium vobis concessum, quod in grave prejudicium imperii et electi vestri principis nostri dignoscitur redundare nec non et ecclesiarum Virdunensium, quarum feudatam familiam et alios eisdem in domibus suis servientes ab omni exactione et tallia seu quacumque exactione, pro quocumque negotio fiant, et predecessorum nostrorum et nostra liberos et immunes esse decreverunt privilegia, licet vos contra ea post iteratam prohibitionem nostram venire presumatis, per sententiam principum nostrorum irritum esse judicavimus et inane, et tenorem ipsius concessum per importunitatem impetrantium et nimiam occupationem concedentis ex maturitate regie considerationis penitus revocantes. Mandamus etiam vobis et sub interminatione regalis offense districte precipimus quatenus memorato archiepiscopo pro nobis et pro ipso de gravi et intolerabili contumacia vestra condignam emendam faciatis; alioquin nos insolentiam vestram graviter puniemus et personas vestras et bona tam in imperio quam in regno quibuslibet exponemus. Majestati etiam nostre magis convenit severitatis in vos manum extendere quam errorem vestrum sustinere. Nolumus enim quod exempli vestri labes perniciosa civitates imperii nobis et episcopis suis subditas ad declinandum consuetum et debitum dominium excitet et invitet. Si vero mandatis nostris tam in reddendo privilegio quam in emenda dicto archiepiscopo pro nobis et pro ipso facienda humiliter et devote parueritis, nos eidem dedimus in mandatis quod iterato personaliter ad vos accedat, et offensarum vestrarum immemor domino vestro electo et ecclesiis Virdunensibus, majori scilicet et Sancti Vitoni et Sancti Agerici, quas sicut ab eodem audivimus enormiter destruxistis et integraliter reedificari volumus et precipimus cum emenda competenti, vos concorditer jura episcopi et nostra que hactenus habuistis et libertates ecclesiarum authoritate nostra faciat inviolabiliter observare.

Datum apud Wormatiam, sexto kalendas maii, indictione decima quinta.

Apud Wormatiam, 26 aprilis.

Henricus Romanorum rex notum facit universis se penitus cassavisse privilegium quoddam a civibus Virdunensibus contra jura imperii et episcopi Virdunensis obtentum; cujus privilegii praecipuos articulos memorat. Jura autem et libertates episcopi ejusdem innovando confirmat.

(Edidit Sudendorf, *Merkwürdige Urkunden für die Deuts. Gesch.*, erst. Th. p. 99, nº XLIX, ex eodem fonte qui supra.)

Henricus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, universis presentem paginam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ad futurorum et presentium notitiam pervenire volumus quod nos privilegium a civibus Virdunensibus a nobis in curia solemni Aquisgrani, in coronatione serenissime et charissime conjugis nostre, anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo vigesimo septimo circa finem mensis martii habita, per ipsorum importunitatem et occupationem nostram contra jura dilecti principis nostri Rudolphi Virdunensis electi et successorum ipsius et in prejudicium regie majestatis impetratum, de consilio dilecti et discreti principis nostri Treverensis archiepiscopi et aliorum principum nostrorum, per sententiam cassavimus, et ad majorem veritatis notitiam quosdam articulos qui in eodem privilegio continebantur in presenti scripto duximus adnotandos : videlicet quod authoritate nostra septem juratos eligere debeant qui civitati Verdunensi dominarentur, et quod subdecanum laicum, qui vulgo submonitor vocatur, major decanus civitatis laicus annuatim eligeret et eum episcopo Verdunensi presentaret investiendum. Si vero vel dictus decanus civitatis laicus subdecanum laicum non eligeret, vel episcopus eum electum etiamsi presentatum non reciperet, ipsi nihilominus eum eligerent et ipse officium suum exerceret. Debebant etiam quatuordecim scabinos eligere, septem de palatio et septem de vicecomitatu, qui electi episcopo presentarentur, et si nollet

ipsos recipere (*a*), ipsi scabini nihilominns authoritate nostra pariter in civitate nostra judicarent. Indulgebat etiam eis qnod pro munitione civitatis vel pro aliis negotiis suis exequendis episcopum sunm ut eos jnvaret reqnirerent; quod si episcopns non faceret, ipsi anthoritate propria collectam facerent tam super homines manentes in civitate quam super homines in subnrbiis manentes, videlicet in burgo Sancti Vitoni et in Escantia (1) et in Prato episcopi, et snper omnes qui forum et bannum marchisant civitatis, volentes snb istius clausule generalis involncro familias ecclesiarum feudatas et eos qni canonicis, clericis et monachis in domibns propriis servinnt comprehendi, licet intentionis nostre non sit nec fuerit eos per privileginm serenissimi patris nostri et nostrum ab omni exactione et tallia sen collecta, pro quocunque negotio civitatis fiant, exemptos et liberos, etiam si illud privilegium civinm Verdnnensinm quod irritavimns vigorem haberet, ad alicnjus onns servitii, tallie vel exactionis aliquatenus obligari; prefatos autem articulos et alios, si qui in dicto privilegio continentnr et totnm ejnsdem privilegii tenorem iniquitatis infectum macnla, sicut supra diximus, penitus revocavimus, cassavimus et decrevimns non tenere. Si vero dicti cives eodem privilegio aliquatenns uti presumant, noverint se gravem regie majestatis offensam incursuros (2). Nos vero sepefato principi nostro R. Virdunensi

(*a*) In impresso *et si vellet ipsos reciperet*, male.

---

(1) In altero autem, sed minus recte *Eslacantia*. Locus et rivus tunc vocati *Escance*, hodie *Glorieux*.

(2) Attamen non multo post Henricum regem ad causam civium contra episcopum Virdunensem se deduxisse, procul dubio post excommunicationem patris sui, discimus ex epistola Gregorii papae qua clerum Virdunensem rogat ut ad solutionem debitorum quibus episcopus premebatur juxta facultates contribuant : « Gregorius, etc., prelatis et clero civitatis et diocesis » Virdunensis, etc..... Ad nostram audientiam noveritis pervenisse quod venerabilis frater » noster Virdunensis episcopus........ propter guerram quam *per biennium et amplius* sustinuisse dinoscitur, pro eo quod cives sui H. filii F. dicti imperatoris fulti potentia et favore, » a civitate sua ipsum cum maxima parte vestrum per violentiam expellentes domos ejusdem » et vestras destruere, bona diripere, abbatiarum claustra confringere..... presumpserunt, » non modica subiit onera, quibus valde deprimitur, debitorum etc...... Datum Perusii, tertio » nonas novembris, anno tertio (3 novemb. 1229). » *Collect. Laporte du Theil*, in Biblioth. Paris., ann. III, n° 78.

electo et ipsius successoribus et ecclesiis ejusdem civitatis jura sua et consuetudines antiquas et libertates, sicut eas in dicta civitate temporibus nostris et predecessorum nostrorum possederunt, innovamus et presentis scripti patrocinio confirmamus et in perpetuum volumus illibata conservari.

Actum apud Wormatiam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo septimo, sexto kalendas maii, indictione quinta decima.

Wormatiae, 29 aprilis. Henricus Romanorum rex Henrico episcopo Wormatiensi, pro eo quod idem episcopus Wimpinam et castrum Eberbach sibi liberaliter recognovit, ad solutionem mille trecentarum marcarum argenti se obligat, datis fidejussoribus idoneis et certis terminis ibidem expressis.

(Edider. Lunig, *Reichsarchiv*, t. XXI, p. 1298. — Schannat, *Hist. Wormat.*, p. 107.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Universis imperii fidelibus quibus presens scriptum innotuerit constare volumus quod venerabilis ac dilectus princeps noster H. Wormatiensis episcopus Wimpinam et castrum Eberbach cum eorum attinentiis absolutis nostre majestati nomine feudi de consensu sui capituli liberaliter recognovit, reservatis sibi vassallis de bonis eisdem ab ipso et ecclesia Wormatiensi ad presens infeudatis. Nos itaque in restaurationem hujus liberalitatis ad persolutionem mille trecentarum marcarum eidem episcopo et ecclesie Wormatiensi vel suo successori, si jamdictus episcopus, quod absit, obierit solutione imperfecta, regalem nostram obligamus personam, et hanc obligationem dilectus et venerabilis princeps noster Th. Treverensis archiepiscopus et H. Einstedensis episcopus cum ipso episcopo ac nomine Wormatiensis ecclesie receperunt. Predicte etiam mille et CCC marce de

massa erunt puri argenti. Fidejussores quoque deputavimus episcopo memorato et sue ecclesie pro pecunia supradicta, videlicet dilectos principes nostros L. comitem palatinum Reni ac ducem Bawarie, L. ducem Austrie, Philippum quoque de Bonlanden et Ph. de Hornvels (1) in solido obligatos, adjicientes quod si ipsi fidejussores ante solutionem decesserint, nos in solvenda pecunia pretaxata episcopo et ecclesie Wormatiensi nihilominus erimus obligati. Sub his etiam terminis constabit solutio: in festo Joannis Baptiste proximo venturo centum marcas, Michaelis CCCC marcas, letare Jerusalem CCCC marcas et in festo Joannis anno revoluto CCCC marcas nostra munificentia persolvet. In cujus facti et obligationis nostre testimonium nostre majestatis sigillo, venerabilis Treverensis archiepiscopi, Einstedensis episcopi, necnon antedictorum fidejussorum L. comitis palatini Reni ac ducis Bavarie et L. ducis Austrie sigillis presentem paginam jussimus communiri.

Data Wormatie, anno Domini MCCXXVII, III kalendas maii, indictione XV.

Henricus Romanorum rex a Waltero et Conrado de Horburg et ab Anselmo et Ulrico de Rappolstein omne jus quod habebant in castro Kaisersberg (in Alsatia) et in suburbio ejus pro ducentis quinquaginta marcis redimit, ea conditione quod nullam civitatem ibidem faciet neque homines eorumdem in dicto castro recipiet. Haguenau, 1° maii.

(Edider. WENCKER, *de Pfalburg.*, supplem. p. 185. — Rectius vero SCHOEPFLIN., *Alsat. diplomat.*, I, 354, n° 440.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus in perpetuum. Sopite dissensiones et jurgia ideo scripture

(1) Verisimiliter *Philippum de Hohenfels.*

testimonio commendantur ut ne tractu temporis possit aliqua dubitatio suboriri; ad notitiam itaque singulorum volumus pervenire quod nos erga fideles nostros Walterum et Conradum de Horburg et Anshelmum et Ulricum filium fratris ejusdem de Rappolstein omne jus quod iidem habere dignoscebantur in castro Keisersperg et in suburbio circa idem castrum quod quadraginta milites capere potest, nobis per emptionem, videlicet pro ducentis quinquaginta marcis, comparavimus, ita quidem quod nullam ibidem civitatem libertate donatam faciemus nec homines prenominatorum fidelium nostrorum in jamdicto castro nostro recipiemus; si vero aliqui ex hominibus ipsorum jam recepti sunt, eisdem restituantur. Ad hujus itaque facti et conventionis majorem et evidentiorem certitudinem presentem paginam conscribi fecimus sigilli nostri munimine communitam.

Testes autem qui interfuerunt hii sunt venerabilis Eistatensis episcopus, L. Bavarie,... Austrie et Styrie duces, R. palatinus comes de Tubingen, H. marchio de Baden, C. burgravius de Nürnberg, E. dapifer de Waldburg, C. et E. pincerne de Winterstetten, et alii quam plures.

Datum apud Hagenau, anno Domini M. CC. vigesimo sexto(1), calendis maii, indictione XV.

Apud Ulmam, 6 maii.

Henricus Romanorum rex ecclesiam in Ursin (Irsee) cum possessionibus a ministerialibus suis et fidelibus imperii eidem collatis sub suae protectionis munimine recipit.

(Edit. ap. Lunig, *Reichsarchiv*, t. XVIII, p. 320.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, omnibus imperii fidelibus in perpetuum. Ad utriusque vite felicitatem nobis prodesse

---

(1) Evidenter *septimo* legendum, cum mense maio ann. 1226 apud Tridentum Henricus moraretur.

non ambigimus si loca divino cultui mancipata curaverimus ampliare et innate nobis pietatis subsidio promovere. Hac igitur ratione ducti, nos attendentes bonam conversationem et novellam plantationem ecclesie dicte in Ursin, volentes et desiderantes ipsam per largos palmites extendi, bona et possessiones que dicta ecclesia in presenti per donationem alicujus possidet, maxime eidem ecclesie per Bertholdum dictum Allec et fratres ejusdem in Frankenhoven per manus nostras pleno jure collocatas, et quamdam curiam in Finichon (*a*) de Hermanno de Mazensizer per manus avi nostri Henrici imperatoris integro jure donatam et quedam bona in Slinger (*b*) de Swigero de Mindelberc et quedam de Henrico de Langwat in eadem villa per manus patris nostri Friderici gloriosi imperatoris tradita, vel in futurum per donationem fidelium ministerialium, civium ac aliorum hominum nostrorum que jurisdictioni nostre majestatis subjacere videntur vel quolibet modo poterit adipisci, rata habere volumus ac firma, proponentes easdem donationes et personas ejusdem jamdicte ecclesie sollicite sub nostre protectionis munimine conservare. Proinde est quod authoritate regia et per gratiam nostram firmissime precipiendo mandamus quatenus nullus ausu ductus temerario memoratam ecclesiam vel personas in possessionibus seu donationibus molestare presumat aut injuriam irrogare. Quod qui attemptare presumpserit, gravem indignationem nostre celsitudinis et offensam se noverit incurrisse. Ad hujus itaque ratihabitionis, confirmationis et protectionis nostre majorem et evidentiorem certitudinem presentem paginam conscribi fecimus sigilli nostri patrocinio communitam.

Data apud Ulmam, anno dominice incarnationis MCCXXVII, pridie nonas maii, indictione XV.

Testes hujus donationis seu concessionis sunt hi subscripti : Sifridus Augustensis episcopus, Ludovicus dux Bavarie, Eberhardus de Waldburch imperialis aule dapifer, Conradus de Winterstetten pincerna, Burchardus de Hochenbruch, Swingerus de Mindelberch, Conradus senior

(*a*) In bulla Gregorii confirmatoria ibidem relata legitur *Sinchon*.
(*b*) In bulla Gregorii *Sclingen*.

de Mazensizer et filii ejus Conradus et Henricus, Rudolphus de Cronburc, Rudolphus de Eggenthall, etc. (*sic*) (*a*).

Apud Werdam, 17 julii.

Henricus Romanorum rex Hartmanno comiti de Dillingen in rectum feudum concedit advocatiam claustri de Herbrechtingen, a Gotefrido de Wolfach resignatam; omne quoque patrimonium in Ebermaringen et Hverwin eidem comiti confirmat, traditum ei a praedicto Gotefrido.

(Edit. in Braun, *Gesch. der Grafen von Dilingen*, anhang 98 n° 1. — Et ap. *Monum. Boic.*, tom. XXX, pars 1ª, n° 683, p. 146; ex origin. in archiv. Diling. episc. August., cujus sigillum periit, remanentibus tantum funiculis sericis rubri coloris.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus hanc literam inspecturis gratiam suam et omne bonum. Decet ea que consilio prudentum virorum fiunt et pie peraguntur, ne prolixitate temporis a memoria cadant, litterarum testimonio perhennare. Qua de re noverint tam presentes quam futuri quod Gotefridus de Wolfach coram nobis et principibus constitutus advocatiam claustri de Herbrehtingen cum omnibus suis pertinentiis que suis usibus serviebant in manus nostras resignavit et contradidit, et ad peticionem suam dilecto fideli nostro comiti Hartmanno de Dilingen in rectum feudum advocatiam concessimus prelibatam. Ad hec omne patrimonium quod habebat apud Ebermaeringen et Hverwin prenominatus G. prefato comiti contradidit et donavit in proprietatem rectam libere tenendam et perpetuo possidendam. Statuimus igitur et sub interminatione gratie nostre districte precipimus ut nullus sit qui predictum comitem in proprietate aut feudo prenotatis impedire audeat vel dampnum in ipsis aut gravamen aliquod irrogare.

(*a*) Verisimiliter *et alii quamplures.*

Testes hii sunt Ludewicus dux Bawarie palatinus comes Reni, Lnipoldus dux Austrie et Stirie, Otto filius ducis Bawarie, Heinricus filius ducis Austrie, C. Burcgravius de Nuorenberc, Comes Hartmannus de Wirttenberc et comes C. filius suus, comes Rupertus de Castello, Comes B. de Greispach et Heinricus filius suns, Fridericus de Truhendingen, Comes C. de Ottingen, Wittegowi senior et junior de Albecke, Albertus de Hurneheim et ambo filii patrui sni, Waltherus de Veimingen et Marquardus Hagelarins, E. dapifer de Walpurc, C. et E. pincerne de Winterstetin, et alii quam plures.

Datum apnd Werdam (1), XVI kalendas augusti, indictione XV.

Henricus Romanorum rex notum facit quod cives de Frankenfurt omni juri renuntiaverunt ab ipsis impetito super pratum, sylvam et pascua curiae Riedern quam pater suus imperator Fridericus conventui de Hegnehe (Haina) contulerat. Geinhausen, 3 augusti.

(Edider. FICHARD, *Entstehung*, p. 354. — BOEHMER, *Cod. diplom. moenofrancofurt.*, I, p. 50.)

Heinricus septimns divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, universis in perpetnnm. Quanto nos fidem ac devotionem ordinis Cisterciensis in multis simns experti, tanto amplius ea que a predecessoribus et parentibus nostris eis amore virtutum collata sunt augmentare proponimus et ab omni scrupulo conservare in posterum eisdem. Hac itaque ratione dncti ad notitiam universorum ex insinuatione presentium cupimus pervenire quod cum a serenissimo domino imperatore patre nostro

(1) Hic interpretandum praecipue ex testium nominibus censemus *Donauwerth* in Bawaria. Verbo autem *Werda* apud Latinos diversi Germaniae loci designantur, scilicet Donauwerth, Kaiserswerth, Woerth-sur-Sauer, et Werden.

dilectis nostris abbati et conventui de Hegnehe curia que Riderin dicitur cum omnibus attinentiis, videlicet pratis, silvis et pascuis, divine remunerationis intuitu collata fuisset (1), cives de Franchenfurt asserentes quod ad ipsorum jurisdictionem et communitatem pratum, silva et pascua jamdicte curie pertinerent, et prenotato abbati et suo conventui in predictis attinentiis per aliquod tempus non modicam injuriam intulerunt. Tandem prelibati cives mandato et petitioni nostre acquiescentes ab infestatione sepefati abbatis et sui conventus desistebant et quicquid juris in eisdem bonis habere videbantur penitus renuntiabant et ad majorem evidentiam et certitudinem litteras cum sigillo sue civitatis abbati et suo conventui in nostra presentia contulerunt (2). Nos vero attendentes laudabilem collationem domini imperatoris et remissam qualemcumque impetitionem civium de Franchenfurt, ad instantiam et petitionem abbatis et sui conventus presentem litteram scribi fecimus, et ne in posterum tractu temporis aliquis scrupulus posset suboriri, sigilli nostri patrocinio eamdem jussimus communiri, auctoritate regia nihilominus firmissime precipientes ne quis ausu ductus temerario sepefatum abbatem et suum conventum in curia sepedicta et suis attinentiis, pratis, silvis ac pascuis gravare presumat vel injuriam irrogare; quod qui attemptaverit indignationem et gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incurrisse.

Testes autem qui premissis interfuerunt hii sunt venerabiles Sifridus Moguntiensis, Theodericus Treverensis archiepiscopi, Heinricus Eistetensis, Heinricus Wormatiensis episcopi, illustris Ludewicus dux Bavarie, Hermannus marchio de Baden, Conradus burgravius de Nurinberch, Ludewicus de Cigenahe, H. de Bilingen (3) comites, Gerlacus de Butingen, Ludolfus burgravius de Frideberc, Eberwinus scultetus de Franchenfurt, et alii quam plures.

---

(1) Vid. supra privilegium Friderici II, dat. apud Gelnhausen 31 januar. 1216.

(2) Adest etenim ap. Boëhmer, *ibid.* p. 50, instrumentum Eberwini sculteti et universorum civium de Frankenfurt quo *ad petitionem incliti domini Romanorum regis et clarissime domine Romanorum regine necnon et domini Gerlaci de Budingen* censui trium librarum de curia Ridern renuntiant. Actum anno ab incarn. Dom. M. CC. XXVII., II kal. augusti.

(3) Verisimiliter *Hartmannus de Dilingen.*

Datum apud Geilnhusen, anno dominice incarnationis M°CC°XXVII°, tercio nonas augusti, indictione quinta decima.

Henricus Romanorum rex approbat et confirmat permutationem factam inter Hugonem Leodiensem et Joannem Metensem episcopos de villa Sancti Trudonis pro curia de Maidières. Geinhausen, augusto.

(Edit. ap. Chapeaville, *Gesta pontif. Leodens.*, t. II, p. 248, ubi adsunt varia de hac permutatione instrumenta, mensibus aprili, maio et junio redacta. — Cf. Lunig, *Reichsarchiv*, tom. XVII, p. 505.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Universis presens scriptum intuentibus notum fieri volumus quod nos solemnem permutationem quam dilecti principes nostri Hugo Leodiensis et Joannes Metensis episcopi fecerunt, videlicet villam Sancti Trudonis cum omnibus appenditiis et pertinentiis suis, dominio et justitia, homagiis nobilium et aliorum pro curia de Maidieres cum appenditiis et pertinentiis suis, approbamus et auctoritate nostra confirmamus.

Datum apud Geilentz (1), anno Domini MCCXXVII, mense augusti (2).

Heinricus dux [Saxoniae] et palatinus comes Rheni sine filio obiit (3), et Bremensis archiepiscopus comitatum Stadensem obti- In Saxonia, augusto.

(1) Ex praecedenti documento clare liquet interpretandum *Gelnhausen*.

(2) Sic; deest indictionis nota.

(3) Vigesimo octavo die aprilis in festo sancti Vitalis potius quam quarto decimo februarii in festo sancti Valentini dux iste obiit. Cf. *Orig. Guelf.*, III, 234. Ex instrumento quasi in formam testamenti redacto, apud Braunschweig julio 1223, nepotem suum Ottonem de Lüneburg haeredem reliquerat. *Ibid.*, IV, 98.

nuit. Heinricus imperatoris filius civitatem Brunswig pro eo quod imperator eam a majore dicti principis filia comparaverat, emptionis titulo impetebat, et dux Bawariae pro eo quod ejusdem junior filia suo filio nupserat jus haereditarium allegabat, cum interim Otto dominus de Luneburg portas Brunswich irrupit et eam in deditionem recepit. . . . . Heinricus rex ut Brunswich obtineret Saxoniam intrat cum duce Bawariae, sed regreditur sine sui propositi actione (1). Albert. Stad., ad ann. 1227.

Mulhausen, 11 augusti.

Henricus Romanorum rex advocatiam curiae in Frickenhausen ad monasterium Ahausen spectantem quam ab episcopatu Herbipolensi in feodo tenuit, Hermanno episcopo Herbipolensi resignat et ab eodem episcopo remissam praedicto monasterio confirmat.

(Edit. in *Monum. Boic.*, t. XXXI, pars 1ª, p. 527, e libr. cop. Wirceb. sign. 12, conscripto circa ann. 1561.)

Heinricus septimus divina favente gratia Romanorum rex et semper augustus, omnibus presentem paginam intuentibus in perpetuum. Ad utriusque vite felicitatem nobis prodesse non ambigimus si loca divino cultui mancipata curavimus ampliare et innate nobis pietatis subsidio promovere. Hac itaque ratione ducti, ex insinuatione presentium ad notitiam universorum volumus pervenire quod cum advocatiam cujusdam curiae in Frickenhusen attinentem abbati et conventui in Ahusen ab episco-

(1) Cum in praelio apud Bornhövede, 22 julii hujus anni, Otto de Lüneburg Waldemari regis Danorum partes fovens ab Henrico comite de Schwerin captus fuisset, Henricus rex et dux Bavariae occasionem opportunam nacti Saxoniam intraverunt; sed male profecerunt, civibus de Braunschweig viriliter fidem Ottoni servantibus : unde privilegium hoc eodem anno 13 septemb. a rege Waldemaro pro fidelitate reportaverunt. Cf. Albert. Stad., loc. citato.— *Origin. Guelf.*, *IV*, 111, — *Hist. arch. Brem.*, *ap.* Lappenberg, 10.

patu Herbipolensi in feodo teneremus, ad instantiam et petitionem dicti abbatis Sifridi et sui conventus necnon divine remunerationis intuitu, dictam advocatiam venerabili Hermanno Herbipolensi episcopo resignavimus sub tali conditione ut idem episcopus prenotatam [advocatiam] libere et sub jure proprio remitteret abbati et conventui memorato; quod etiam incontinenti in nostra presentia coram principibus et testibus subscriptis liberaliter dinoscitur fecisse. Ne igitur ab aliquo successore nostro prelibato abbati et suo conventui super collatione sive remissione nostra et sepefati episcopi aliquis scrupulus possit tractu temporis suboriri, presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri patrocinio communiri, auctoritate regia nihilominus firmissime precipientes quatinus nullus ausu ductus temerario sepedictum abbatem et suum conventum tam in dicta curia quam in aliis possessionibus ecclesie sue molestare presumat vel injuriam irrogare. Quod qui attentaverit, indignationem et gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incurrisse.

Datum apud Mulhehusen, III idus augusti, indictione XV.

Hi sunt testes Hermannus Herbipolensis episcopus, Hainricus Aistetensis episcopus, C. Fuldensis abbas, Ludovicus dux Bavarie, Otto juvenis dux Bavarie, Hermannus marchio de Baden, Conradus burgravius de Nuremberg, Hartmannus comes de Dillingen, Poppo comes burgravius de Henneberg, Gerlacus de Butingen, Fridericus de Truhendingen, Daniel canonicus novi monasterii, Conradus Plebanus de Asehe, Plebanus de Mulehusen, Ulricus notarius aule regie, Lupoldus notarius, Albertus notarius et capellanus episcopi Aistetensis, Lupoldus de Grindelach, Ulricus de Mure, Ludolfus de Seneligen, Eberhardus de Slusselberg, Gotefridus camerarius, Albertus dapifer de Wirceburg et alii quam plures.

Henricus Romanorum rex comitibus Hermanno et Henrico de Waldenberg transmittit protectionem conventus de Walkenried Apud Goslar, 16 augusti.

quamdiu hoc abbati placuerit, cum instanti mandato ut eosdem abbatem et conventum omnibus modis adjuvent.

(Memorat. ap. Boehmer, *Regest. imper.*, p. 229, n° 153, ex originali ap. Hannoveram asservato.)

[Datum apud Goslar, XVII kalendas septembris, iudictione quiuta decima.]

Apud Goslar, 26 augusti.

Henricus Romanorum rex hospitale in civitate Goslariensi a Giselberto quondam advocato Goslariensi aedificatum et dotatum cum omnibus bonis ejus sub protectione sua suscipit, eamdemque domum abbatibus de Walkenried et de Riddagshausen et decano majoris ecclesiae Goslariensis ordinandam committit.

(Edid. Pistorius, *Amoenitates historico-juridicae*, pars VII^{a} et VIII^{a}, p. 2215, ex originali unde sigillum ex filis sericis rubri coloris dependebat.)

In uomine saucte et iudividue Triuitatis. Henricus diviua favente clementia Romauorum rex, semper augustus. Cum ex diviue protectionis auxilio Romauum imperium subsistere debeat et firmari, dignum est eos qui divino cultui et operibus pietatis iuserviunt uou solum ex affectu nostre mansuetudiuis diligere, verum etiam auctoritate regalis providentie pia eorum desideria promovere. Hinc est quod ad uuiversorum Christi fidelium tam futurorum quam preseutium notitiam perveuire volumus quod fidelis uoster Giselbertus quondam advocatus Goslarieusis, divina inspiratione provocatus, hospitale quoddam iu civitate nostra Goslarieusi ad houorem et laudem Dei et gloriose geuitricis ejus Virginis Marie ac beati Martini coufessoris uec nou ad sustentationem pauperum, suis expensis elegauter edificavit et exstruxit et per dilectum principem nostrum Conradum tunc episcopum Hildeusemeusem dedicatum quibusdam prediis suo labore conquisitis de conseusu et bona heredum suorum voluu-

tate liberaliter et honorifice dotavit, que predia suis duximus nominibus exprimenda : duo molendina in predicta civitate sita, quinque mansi in villa Sladem, et VII mansi in villa Etxingeroth, silva quedam et casa in Brunla, ortus quidam prope murum civitatis situs qui vocatur Niger ortus. Hujus autem facti sui statum tali ordinatione firmavit ut ipsa domus hospitalis cum omni dote sua ab omni jure et actione sive dominio heredum suorum libera sit penitus et exempta. Nobis igitur in predicta civitate curiam celebrantibus, ad petitionem prefati G. et amicorum suorum prenominatam domum cum bonis premissis et omnibus quecumque in posterum donatione regum vel principum seu oblatione fidelium aut titulo emptionis seu commutationis vel aliis quibuscumque modis juste poterit adipisci sub nostram et imperii protectionem suscipientes, curam et procurationem ejusdem domus tribus subscriptis personis committimus ordinandam, scilicet de Walckenrede et Riddageshusen abbatibus et decano majoris ecclesie Goslariensis, ita ut eorum ordinatione et consilio eidem domui prepositus ordinetur ab eisdem quamdiu se utilem exhibuerit tolerandus vel e contrario se inutilem gerendo removendus. Ad hujus itaque domus conservationem statuimus et inviolabiliter precipimus observandum ut nulla omnino persona magna vel parva, secularis vel ecclesiastica, sepedictam domum vel personas ibi decumbentes seu possessiones ejus invadere vel aliquo modo perturbare presumat. Quod qui ausu temerario attemptaverit, indignationis nostre offensam tanquam reus lese majestatis se noverit incursurum. Ut autem nostra concessio firma in posterum et inconvulsa persistat, presentis pagine testimonio sigilli nostri appensione signato duximus confirmandam.

Hujus rei testes sunt Hermannus episcopus Herbipolensis, Lodewicus dux Bawarie, Otto filius ejus palatinus comes Rheni, comes Poppo de Hynnenberch, comes Harmannus de Dilie (Dilingen), comes Hermannus de Orlemunde, Conradus borchgravius de Nuremberch, comes Fridericus de..... linghe (Truhendinghe), Gerlacus de Botinghe (Budingen).

Actum anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo vigesimo septimo.

Datum apud Goslar, VII kalendas septembris, indictione XV, regnante domino Henrico Romanorum rege septimo.

Apud Goslar, 27 augusti.

Henricus Romanorum rex ad preces fratrum religiosae domus montis Sancti Petri apud Goslariam qui sunt reginae capellani, ex tenore instrumenti Friderici I imperatoris ann. **1170**, **25** julii, domum eorum cum omnibus bonis ejusdem sub sua protectione recipit.

(Memorat. ap. Boehmer, *Regest. imper.*, p. 229, n° 155, ab originali quod suspectum tamen habet, unum ex diplomatibus refectis arbitratus.)

[Hii sunt testes, etc.

Datum apud Goslar, anno dominice incarnationis MCCXXVII, VI kalendas septembris, indictione XV.]

Apud Goslar, 29 augusti.

Henricus Romanorum rex capellam Sancti Spiritus juxta Pontem regis fratribus ejusdem loci concedit, ea conditione ut memoria progenitorum suorum qui capellam eamdem construxerunt ibidem peragatur.

(Edid. Pistorius, *Amoenitates historico-juridicae*, pars VII[a] et VIII[a], p. 2219, ex originali unde sigillum pendebat ex filis sericis rubri coloris.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis Christi fidelibus gratiam suam et omne bonum. Notum vobis esse volumus universis hanc paginam inspecturis nos capellam Sancti Spiritus juxta Pontem regis (1) sitam fratribus eisdem divine pietatis intuitu cum omni-

(1) Scilicet *Königsbruck*.

bus bonis attinentibus in beneficio porrexisse, quatenus ibidem per eosdem fratres divina procurentur et progenitorum nostrorum memoria quorum studio ac benivolentia eamdem capellam dinoscitur esse constructam diligentissime peragatur. Ut autem hec nostra donatio in posterum rata permaneat et inconvulsa, presenti pagina sigilli appensione signata duximus confirmandam.

Hujus rei testes sunt Hermannus episcopus Herbipolensis, dux Bavarie Lodewicus filiusque suus Otto, Hartmannus comes de Dilinghe, Bertoldus (1) frater de domo Theutonica, et alii quamplures.

Actum anno incarnationis dominice millesimo ducentesimo vigesimo septimo.

Datum apud Goslar, IV kalendas septembris, indictione XV.

Henricus Romanorum rex monasterium Halsburnen (Heilsbronn) in specialem recipiens protectionem, ei interdicit ne cuiquam ex parte sua equum praestet, nisi in speciali expeditione sua per buttiglarium suum de Nurinberc ab ipso requirendum. Anspach, 18 septembris.

(Edit. in WOLKERN, *Histor. diplomat. Norimb.*, *II*, 57, n° 7. — HOCKER, *Heilsbr. antiquitaten-schatz*, *II*, 113, n° 3. — FALKENSTEIN, *Cod. diplomat. antiq. Nordgav.*, 49, n° 32. — SCHUTZ, *corp. Hist. Brandenb.*, sylloge 67, n° 30. — *Monum. Boic.*, tom. XXX, pars 1ª, p. 150, n° 684.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus presens scriptum intuentibus in perpetuum. Ex insinuatione presentium ad noticiam universorum volumus pervenire quod attendentes dilectorum nostrorum fidelitatem abbatis et conventus in Halsburnen ac devota obsequia que progenitoribus nostris ac nobis exhibuerunt et exhi-

(1) Verisimiliter *de Tannenrode*, cujus frequenter in documentis hujus temporis mentio fit.

bent incessanter, ipsos in personis et rebus ipsorum in nostram specialem recepimus protectionem, auctoritate regia firmissime inhibentes ne quis ausu ductus temerario ipsis in personis aut rebus gravamen vel injuriam inferre presumat; quod qui attemptaverit, gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incurrisse. Preterea memorato abbati et suo conventui districte et auctoritate presentium inhibemus ne alicui, sive sit de familia nostre curie sive non, deferenti nostras litteras et impetranti ex parte nostra equum exhibere vel conferre presumant eidem, nisi in speciali nostra expeditione per buttigularium nostrum de Nurinberc ab ipsis duxerimus requirendum; et ne super premissis ab aliquo inposterum possent vexari presentem paginam sigilli nostri patrocinio communitam jussimus prelibato abbati et suo conventui exhiberi.

Datum apud Onoluesbahc, anno dominice incarnationis millesimo C°C°XXVII°, quartodecimo kalendas octobris, indictione prima.

Anspach, 9 septembris.

Henricus Romanorum rex abbatissam de Kitzingen et conventum cum omnibus ejus bonis sub sua protectione recipit, praecipiens Butiglario de Nurnberg ut ab omni pignoris aut spolii impetitione idem claustrum defendat.

(Edid. Franz Anton. Jæger, *Geschichte Frankenlands*, pars III, Beyl. p. 352.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus hee littere ostense fuerint gratiam suam et omne bonum. Noverint tam presentes quam futuri quod nos dilectam nostram abbatissam de Kizzingen cum universo conventu suo ac ipsum claustrum cum omnibus bonis suis ubicumque locorum sitis sub nostram et imperii specialem recepimus protectionem, nolentes ut occasione advocatorum seu colonorum suorum ab aliquo debeant pignorari. Mandamus igitur sub interminatione gratie nostre districte precipientes ut nullus sit qui ausu ductus

temerario bona prenominati claustri ratione pignoris aut spolii impetere audeat vel distrahere aut auferre. Quod qui facere presumpserit, iram nostram gravem sentiet et offensam, et precepimus fideli nostro C. butilario de Nurenberc ut a tali invasione sepefatum claustrum debeat efficaciter defensare et ablata pignora requirere districta severitate.

Datum apud Onoldspacum, XIII kalendas octobris, indictione prima.

Henricus Romanorum rex civibus Ratisponensibus nunciat solemnes nundinas circa festum omnium Sanctorum in civitate Herbipolensi annuatim fore peragendas, eosque invitat ut sub suo conductu et speciali protectione ad easdem veniant, eo jure et libertate fruituri quibus de sua gratia gaudent nundinae suae apud Franchenfurt et Werde (Donauwerth). Apud Wimpinam. 21 septembris.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXX, pars 1ª, p. 151, nº 685, ex originali cujus sigilli pars superest ex segmento membranaceo appendens. Versio Germanica impressa habetur in LUNIG, *Spicileg. eccles.*, zw. Theil, p. 947.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis advocatis, scultetis et universis civibus Ratisponensibus gratiam suam et omne bonum. Fidelitati vestre duximus intimandum dilectum principem nostrum Hermannum venerabilem Herbipolensem episcopum, de nostra permissione et bona voluntate, sollempnes nundinas circa festum omnium Sanctorum in civitate Herbipolensi publice indixisse annuatim omnibus frequentandas; proinde est quod mandamus fidelitati vestre firmiter certificando quatinus ad memoratas nundinas sub nostro securo conductu et protectione speciali veniatis et recedatis, eo jure et libertate velut omnibus nundinas nostras apud Franchenfurt et Werde exercentibus dinoscimur de nostra gratia contulisse. Preterea noveritis quod omne judicium et libertatem, quemadmodum in aliis nundinis nostris habere dinoscimini, vo-

bis et comiti vestro in antedictis nundinis conferimus de gratia nostre celsitudinis et ad instantiam et consensum episcopi prelibati. Ut autem hec nostra concessio et indulgentia libertatis robur firmitatis obtineat in perpetuum, presentem literam scribi fecimus et sigillo nostre celsitudinis communiri.

Datum apud Winpinam, anno dominice incarnationis millesimo CC°XX septimo, undecimo kalendas octobris, indictione prima.

Apud Wimpinam, 22 septembris.

Henricus Romanorum rex fratribus domus hospitalis Theutonicorum Sanctae Mariae in Jerusalem ecclesiam Sancti Blasii in Mulhausen cum jure patronatus et omnibus attinentiis confert et contradit libere tenendam et perpetuo possidendam.

(Inedit. ex originali in arch. Reg. Dresdensi, n° 277. — Adest ibidem copia ejusdem privilegii authentica sub forma vidimationis redacta apud Mulehusin, V idus junii ann. 1252, per Rudolfum abbatem de Rifinstein et B. praepositum in Burin.)

Henricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Ad utriusque vite felicitatem prodesse nobis non ambigimus si loca divino cultui mancipata curaverimus ampliare et eorum commodo pio intenderimus cum affectu. Qua de re noverint tam presens etas quam successura posteritas quod nos attendentes et vultu placido respicientes devota obsequia et obsequiosam devotionem dilectorum fidelium nostrorum fratrum domus hospitalis Teuthonicorum sancte Marie in Jerusalem que laborioso nobis ac progenitoribus nostris et fideli exhibent et exhibuerunt famulatu, ecclesiam sancti Blasii in Mulhusen quam nunc de manu nostra possidet Albertus capellanus noster, et cujus donatio ac jus patronatus ad nos et imperium spectare de ratione dinoscitur, cum jure patronatus et omnibus attinentiis suis dicte domui ac fratribus ejusdem contulimus et contradidimus libere tenendam et perpetuo possiden-

dam. Statuentes et sub interminatione gratie nostre districte precipientes ut nulla unqnam persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, hanc donationem nostram infringere audeat vel ei alicujus ingenii scrupulo contraire. Quod qui ansu ductus temerario facere presumpserit, indignationem tremendi judicis nostreque celsitudinis gravem offensam se noverit incursurum. Ad hujus itaque donationis nostre robur perpetuo valiturum presens exinde privilegium conscribi et sigillo nostro jussimus insigniri.

Testes hii sunt Hermannus Herbipolensis, Heinricus Eistedensis episcopi, Ludewicus dux Bawarie palatinus comes Reni, burgravius Magdeburgensis, Hermannus marchio de Baden, Cunradus burgravius de Nurenberc, Hartmannus comes de Wirtinberc, Cunradus comes de Gruningen, Hartmannus comes de Dilingen, Henricus de Niffen, Fridericus de Truhendingen, Cunradus prepositus de Tanne, Eberhardus dapifer de Walpurc, Dietho de Ravenspurc, Godefridus de Solzburc, Liuboldus senior de Grindelach, Cunradus de Smidelvelt, Cunradus de Erringen et alii quamplures.

Actum apud Winpinam, anno dominice incarnationis M° CC° XXVII°, decimo kalendas octobris, indictione prima.

Henricus Romanorum rex compositionem denuntiat inter se et comites de Ferreto patrem et filios ordinatam, scilicet de castro Egensheim, de foro septimanali apud Amelrichswilre, de curia apud Rulinsheim et de ministerialium communi subjectione. Apud Wimpinam. 24 septembris.

(Edid. Schoepflin, *Alsat. diplomat.*, tom. I, p. 362, n° 454, ex authentico in tabul. Argentor.)

Henricus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus hanc litteram inspecturis gratiam suam et

omne bonum. Noverint tam presentes quam futuri quod talis inter nos et comites de Ferreto patrem et filios, mediante consilii nostri prudentia, ordinata est compositio et confederatio reformata. Dicti comites de Ferreto castrum et proprietatem castri Egensheim cum suis attinentiis nobis contulerunt et a nobis in rectum feudum receperunt, primum nobis hominium liberaliter facientes, et forum septimanale quod apud Amelrichswilre celebrabatur nostre celsitudini contulerunt, eo videlicet pacto et condicto ut curiam apud Rulinsheim cum suis pertinentiis et communitatem de quodam sarto apud Columbariam pro qua lis erat inter nos ipsis in feudum concessimus libere tenendum et perpetuo possidendum. Waltherus et Petrus et Maliatus de Egensheim ac alii ministeriales quos prius communes habebamus, in antea communes erunt et tenentur nobis et comitibus communiter subservire; statuentes et sub interminatione gratie nostre districte precipientes ut nullus sit qui contra hanc compositionem venire audeat aut alicujus ingenii scrupulo immutare. Ad hujus autem facti nostri perhennem memoriam presens scriptum sigillo nostro jussimus insigniri.

Actum apud Wimpinam, VIII kalendas octobris, indictione I.

Apud Augustam, 1° octobris.

Henricus Romanorum rex sententiam a principibus imperii latam denuntiat qua Gerardus de Gelre et Gisilbertus de Amstel comites non tenentur adimplere promissa et laudamenta facta Rudolfo de Koverden, Meinzoni de Grabsdorf et fautoribus eorum, pro eo quod iidem excommunicati et exleges non se expurgaverunt de crimine sibi objecto.

(Edid. Lacomblet, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. Band, p. 77-78, n° 146, ex Redinghoven, *Samml.*, *III*, fol. 4.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis

imperii fidelibus quibus hee littere ostense fuerint gratiam suam et omne bonum. Significandum duximus universitati vestre quod a principibus et magnatibus imperii talis coram nobis lata est sententia quod universa promissa et laudamenta que fecerunt dilecti fideles nostri comites G. de Gelre et Giselbertus de Amesteille et singuli et universi qui cum ipsis captivati fuerunt et eorum fidejussores Rudolfo de Kofordia (1) et fratribus suis Friderico et Gotefrido, Meinzoni de Grabsdorf, Henrico filio ipsius et fautoribus eorum tenere non debent, nec sunt aliquatenus exequenda, pro eo quod iidem malefactores prenotatus R. (a) et sui fautores excommunicati fuerunt et processu temporis per excommunicationem facti fuerunt exleges. Cum itaque per vulgarem et communem sententiam premissa talia irrita sint et inania, nec malefactores sepedicti coram nobis et imperio compareant expurgaturi se de scandalo excommunicationis et quod exleges facti sint, mandamus dictis comiti Gelrensi, G. de Ameisteille et universis fautoribus et fidejussoribus eorumdem sub intimatione gratie nostre et auctoritate imperii firmiter precipientes quatenus facta promissa et laudamenta hominibus excommunicatis non impleant vel exsolvant, nisi primitus coram nobis et imperio compareant malefactores sepefati et expurgent se de crimine quod annotatum est eis et quo primum fuerant vulgariter maculati. Ad cujus sententie robur perpetuo valiturum presentem litteram conscribi et sigillo nostro jussimus insigniri.

Actum apud Augustam, anno dominice incarnationis M. CC. XXVII, kalendis octobris, indictione prima.

Heinricus Romanorum rex abbati Faucensi (Füssen) ejusque successoribus indulget sedationes rixarum inter rusticos et man- Apud Augustam, 10 octobris.

(a) In impresso *A.*, male.

(1) Scilicet *Koverden.*

sarios monasterii ejusdem et exactionem reddituum, absque praeposito regio, nisi propter contumaciam hominum eorundem aut magnitudinem facti advocandus esset.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXX, pars 1ª, p. 153, nº 686, ex originali cujus sigillum appendet ex filis sericis rubri et flavi coloris. — Exhibetur quoque a STILLFRIED, *Monum. Zoller.*, I, 35.)

Heinricus septimus divina favente clementia Romanorum rex, semper augustus. Cum omnes petitiones religiosorum virorum libenti animo velimus exaudire, justas tamen ipsorum preces nobis porrectas tanto promptius tenemur admittere quanto magis salutem anime orationibus ipsorum apud Deum credimus augmentari. Hinc est quod significante nobis R. (1) abbate monasterii Fancensis intelleximus quod quandoque rixe inter homines rusticos sive mansarios et servientes ejusdem monasterii oriuntur, quas idem abbas vel quilibet successor suus aut pena pecuniaria vel corporali castigatione de facili posset sedare, corrigere et emendare; preterea significavit idem abbas quod a mansariis dicti monasterii redditus possessionum suarum de facili exigere valeret, sed sine preposito de Schonengov exigere non audet nec rixas emendare : quod in grave dampnum eidem monasterio non est dubium evenire. Unde sepedictus abbas nostre celsitudini humiliter supplicavit quatenus emendationes servorum suorum seu sedationes rixarum inter homines rusticos et mansarios ejusdem monasterii et exactionem redditu um possessionum suarum sibi dignaremur indulgere. Nos igitur precibus suis annuentes, eidem abbati et omnibus successoribus suis sedationes rixarum cum sanguinis effusione vel sine sanguinis effusione factarum et emendationem servorum et exactionem reddituum suorum in perpetuum duximus indulgendum, nisi forte defensorem vel advocatum qui tunc pro tempore a nobis vel successoribus nostris fuerit constitutus, videlicet prepositus de Schonengov vel alius quicumque, abbas vel successores sui propter contumaciam homi-

(1) Scilicet *Rudigero*.

num eorundem aut magnitudinem facti, ut si forte excessus hominum propter sanguinis effusionem secularem judicem requirerent, duxerit advocandum. Statuimus itaque et sub interminatione gratie nostre districte precipimus ut nulla umquam persona humilis vel alta, ecclesiastica vel secularis, hanc nostram libertatem et indulgentiam dicto abbati et successoribus suis factam infringere audeat vel alicujus ingenii scrupulo suffocare. Quod qui facere presumpserit, nostram et imperii gravem offensam se noverit incurrisse. Ad hujus etiam facti nostri perhennem memoriam presens privilegium conscribi et sigillo nostro jussimus insigniri.

Testes hii sunt L. dux Bawarie, C. burcgravius de Nuorenberc, H. comes de Dilingen, Fridericus de Truhendingen, C. (E.) dapifer de Walpurc, C. pincerna de Winterstetin, et alii quam plures.

Datum apud Augustam, anno dominice incarnationis M^mo^CC^mo^XXVII^mo^, VI idus octobris, indictione prima.

Henricus Romanorum rex, ad petitionem abbatis de Wezzinsbrunnen, Ludewico duci Bawariae villam de Panzingen et advocatiam ejus committit defendendam et procurandam, quamdiu regi et abbati placuerit. Apud Augustam, 10 octobris.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. VII, p. 396, n° XVIII.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus he litere ostense fuerint gratiam suam et omne bonum. Significandum duximus universitati vestre quod nos de fide et honestate dilecti consanguinei nostri Ludowici ducis Bawarie presumentes, ad petitionem abbatis de Wezziusbrunnen, commisimus ei villam Panzzingen et ejus advocatiam fideliter defendendam et procurandam ipsiusque procurationem ac defensionem habendam, quousque dum nostre et abbatis dicte ecclesie placuerit voluntati; statuentes et firmiter precipientes ut

nullus sit qui contra hanc commissionem nostram venire audeat vel ausu temerario impedire. Ad hujus etiam facti nostri perhennem memoriam presens scriptum sigillo nostro jussimus insigniri.

Datum apud Augustam, VI idus octobris, indictione prima.

[. . . . . . octobri ?] Henricus Romanorum rex mandat Hermanno Lupo ut allodium Bibirbach pertinens ad monasterium Wezzinsbrunnen usque ad reditum suum defendat.

(Edit. ap. Leutner, *Histor. monast. Wessofontani*, et in *Monum. Boic.*, t. VII, p. 396, n° XIX, ad ann. 1228.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fideli suo Hermano Lupo gratiam suam et omne bonum. Mandamus tibi et firmiter precipimus ut allodium in Bibirbach quod monasterium in Wezzinsbrunen multo jam tempore in quieta habuit possessione, ad opus prefati monasterii nostra auctoritate protegas et defendas, nec sustineas in allodio illo aliquem jam predicto monasterio inferre injuriam. Si vero comes Ludewicus (1) sive alius quicunque invadere presumpserit, tu illud usque ad reditum nostrum in nostra conserves protectione (2).

. . . . . . , 17 octobris. Henricus Romanorum rex ministerialibus suis licentiam tribuit ut possessiones suas tam in imperio et ducatu Sueviae quam in

(1) Agitur de Ludovico comite de Œttingen.

(2) Cum notae chronologicae omnino desint, mandatum istud ejusdem generis ac praecedens ad hunc locum referendum censemus.

proprietate sua sitas hospitali [Sancti Johannis] Jerosolymitano conferre, vendere ac commutare possint.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXXI, pars 1ª, p. 530, e transumpto variorum privilegiorum ordini Sancti Johannis per Adolphum regem ann. 1295 et Ludowicum IV regem ann. 1323 collatorum.)

Heinricus divina favente clementia Romanorum rex semper augustus in perpetuum. Si loca divino cultui mancipata ex innate nobis pietatis subsidio curaverimus ampliare, prodesse nobis ad utriusque vite presentis ac future non ambigimus felicitatem. Hujus itaque rei gratia ad notitiam universorum ex insinuatione presentium volumus pervenire quod omnes proprietates in imperio, in ducatu Suevie ac in proprietate nostra sitas quas ministeriales nostri per totum regnum nostrum dilectis fidelibus nostris fratribus hospitalis Jerosolymitani divine remunerationis intuitu conferre voluerint, vendiderint, sive quocumque modo dictis fratribus commutaverint, ratum habere volumus et firmum. Proinde est quod auctoritate regia firmiter inhibemus ne quis ausu ductus temerario memoratos fratres in bonis suis, velut prelibatum esse dinoscitur, collatis ipsis, vel quocumque modo legitime sibi conquisierint, gravare vel injuriam irrogare presumat. Quod qui attemptaverit, gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incurrisse. Ad hujus itaque facti nostri perhennem memoriam, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri patrocinio communiri.

Testes autem qui premissis interfuerunt hii sunt Ludwicus illustris dux Bawarie, Rudolfus palatinus de Tuewingen, comes Hartmannus de Wirtemberg, comes Hartmannus de Dillingen (1), Conradus pincerna de Winterstet, Dietzo de Ravenspurg et alii quam plures.

Datum (2) anno dominice incarnationis M. CC. XXVII, XVI kalendas novembris, indictione prima.

---

(1) In impresso *Wisingen*, male.

(2) Locus peracti negotii non est expressus; per testem autem primum videtur denotari Augusta ubi rex cum eo fuit tunc temporis, ut ex praecedentibus documentis patet.

Constantiae, 20 octobris.

Henricus Romanorum rex, ad preces Reinoldi praepositi ecclesiae Sancti Lucii Beneduranae in dioecesi Curiensi, illud monasterium ab omni advocatia in perpetuum liberum declarat.

(Memorat. ap. Eichhorn, *Episcopat. Curiens.*, p. 319, ubi notae chronologicae tantummodo exhibentur. Perperam autem *Friderico* Romanorum regi hoc instrumentum adscribit.)

Datum Constantie, anno M. CC. XXVII, vigesimo octobris.

Apud Turegum, 1° novembris.

Henricus Romanorum rex coenobium de Wettingen Cisterciensis ordinis cum personis et rebus in specialem suam possessionem recipit, scultetis officiatisque suis mandat ut ab omni injuria idem protegant, et ab omni exactione eximit domos quas in Tiguro aliisque civitatibus suis abbas et conventus acquirere poterunt.

(Edid. Herrgott, *Geneal. Habsburg.*, cod. probat., t. II, 234.)

Heinricus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit in perpetuum. Ad vite utrinsque presentis et future felicitatem nobis non ambigimus profuturum si loca divino cultui mancipata curaverimus ampliare et eis suisque ne graventur indebite studuerimus pia sollicitudine providere. Hujus itaque rei gratia ad notitiam universorum cupimus pervenire quod nos attendentes honestatem et devotionem ordinis Cisterciensis, domum et cenobium Wettingen de novo fundatum et edificatum in personis, rebus et possessionibus quas nunc possident et in posterum poterunt adipisci in nostram specialem recepimus protectionem, auctoritate

regia nihilominus scultetis et officiatis nostris per gratiam nostram firmissime precipiendo mandantes ut cum ab abbate dicti cenobii et ejus conventu requisiti fuerint, omnem ipsis irrogatam injuriam loco nostri studeant emendare et ne offendantur ab aliquibus diligentissime providere. Quicumque vero ex ipsis officiatis nostris in executione jamdicti mandati nostri fuerint negligentes, offensam nostre celsitudinis se noverint incursuros. Preterea de mera benignitate regia indulgemus et recognoscimus abbati et conventui prelibato quod omnia bona et possessiones proprietatis que ministeriales et burgenses nostri, divine remunerationis intuitu, sive per contractum emptionis vel per commutationem ipsis contulerint rata habebimus et firma eadem. Ipsis auctoritate presentium confirmamus insuper quod si in civitatibus nostris, in Thurego ac aliis, domum sibi quocumque modo acquirere poterunt vel comparare, dinoscatur de nostra bona voluntate esse, et eamdem domum et ipsi inhabitantem ab omni exactione precarie et collecte volumus esse immunem, inhibentes sub obtentu gratie nostre ne quis ausu ductus temerario prenotatum abbatem et suum conventum in premissis molestare presumat, quia gratia nostra perpetuo expers erit quousque ipsis duxerit satisfaciendum. Ad hujus itaque facti et indulgentie nostre majorem certitudinem presentem paginam scribi fecimus et sigilli nostri patrocinio confirmari.

Testes autem qui interfuerunt hii sunt Conradus venerabilis abbas Sancti Galli, Ludowicus illustris dux Bavarie, comes Wernherus de Kiburch, comes Hartmannus de Diliugen, comes Mangoldus de Nellenburg, Heberhardus dapifer de Walpurch, Conradus pincerna de Winterstetten, Rudolfus de Arbun, Burckardus et Walterus de Hoenvels.

Datum apud Thuregum (1), anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo (2), kalendis novembris, indictione prima.

---

(1) Sic per corruptelam pro *Tigurum* (Zürich).

(2) Tam ex indictionis numero quam ex itineris serie hoc privilegium ad ann. 1227 recte pertinere videtur.

Apud Basileam, 4 novembris.

Henricus Romanorum rex hospitali Sancti Joannis Jerosolymitani omnia confirmat bona quae ministeriales civesque sui et imperii illuc contulerunt aut collaturi sunt.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXXI, pars 1ª, p. 531, ex transumpto variorum privilegiorum ord. Sancti Johannis in Jerusalem per Adolphum regem ann. 1295 et Ludowicum IV regem ann. 1323 collatorum.)

Heinricus septimus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ad vite utrinsque presentis et future felicitatem nobis prodesse non ambigimus si loca divino cultui mancipata curaverimus ex innate nobis pietatis subsidio ampliare et eis suisque ne graventur indebite studuerimus pia sollicitudine providere. Hujus itaque rei gratia innotescat universis quod nos attendentes honestatem ac devotionem dilectorum fidelium nostrorum magistri et fratrum hospitalis Sancti Johannis Jerosolymitani, omnia bona et possessiones que ministeriales cives nostri et imperii amore virtutum ipsis conferre voluerint vel contulisse dinoscuntur, vel si qui se ad religionem ipsorum transferre voluerint, de mera benignitate regia ratum habere volumus et firmum, ipsis idem auctoritate presentium confirmantes. Proinde est quod auctoritate regia firmiter inhibemus ne quis ausu ductus temerario memoratum magistrum et fratres ipsius in prenotatis possessionibus molestare vel gravare presumat vel in eisdem aliquam injuriam irrogare. Quod qui attemptaverit, indignationem et gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incurrisse. Et ad majorem evidentiam presentem paginam ipsis scribi fecimus et sigilli nostri patrocinio communiri.

Datum apud Basileam, anno Domini MCC. XXVII, pridie nonas novembris, indictione prima.

Henricus Romanorum rex monasterio sanctimonialium apud Regispontem quoddam praediolum ibidem situm, scilicet in sacra sylva, cum decimis et juribus concedit, totius litis inter sanctimoniales easdem et Henricum plebanum de Cochenheim seriem memorans necnon et nomina quinque primarum hujus loci abbatissarum. Apud Hagenowe, 13 novembris.

(Edid. SCHOEPFLIN, *Alsat. diplomat.*, tom. I, p. 361, n° 451, ex tabul. abbat. Regispont. Magni momenti est ad historiam juris.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, omnibus hanc paginam litterarum intuentibus gratiam suam et in eterni regis mansione gloriari. Quia rerum gestarum memorie ordinem adversatrix oblivio perturbare et mortalium mentibus penitus eripere consuetum, idcirco que legitime geruntur in tempore litterarum solent beneficio perpetrari. Noverit itaque universe successionis posteritas quod nos regio habito consilio, divina se instillante opitulatione, prediolum apud Regispontem situm sanctimonialibus ibidem in honore Dei et sancte matris ejus die noctuque servientibus sub speciali titulo concessionis subjugavimus, affirmantes idem prediolum sub tali juris regula vigere sub qua Sacra Silva hactenus permansit; illud etiam addentes quod si aliquis sive clericus sive laicus vivens sub regimine civili vel spirituali in predicto prediolo sanctimoniales impulsaverit vel aliquo gravamine concusserit, decimas vel jura aliqua ab eis exigendo, offensam regiam se sciat incurrisse. Ut hec autem concessionis causa legitima a cunctis maneat inconvulsa, exaudita petitione sanctimonialium, sigillo nostro decrevimus communiri; nec hoc reticendum est quomodo aut qualiter hoc prediolum majestati nostri sit subjugatum. Vir nomine Ulricus bone conversationis prediolum sepe dictum primus cepit excolere et inhabitare. Prima abbatissa ejusdem loci

Adelheidis nomine fuit de Vechenheim (1), cui successit germana sua nomine Agnes sub cujus tempore frater quidam nomine Reinholdus idem novale excoluit. Tertia vero abbatissa Utta nomine sub cujus tempore quidam presbyter Rudolphus nomine in eodem novali vineam plantavit. Quarta vero abbatissa Agnes nomine fuit de Rode. Quinta abbatissa Utta nomine fuit de Surburc, sub cujus regimine nos cum antedicto prediolo cenobium in Regisponte legitimatione perpetua forma concessionis dotavimus. Nec hoc est pretermittendum quod iste quinque abbatisse de novali sepedicto decimas nullas persolverint, sed Henricus plebanus de Cochenheim sub tempore quinte abbatisse de predicto novali decimas exegit; quibus negatis, sicut Cistercei ordinis norma exposcit, ad Metensem civitatem abbatissam appellavit. Scultetus vero meus (*sic*) de Hagenowe convocatis partibus utrisque ad diffiniendam appellationis causam diem constituit, hanc viris discretis cum consensu partis utriusque committens scilicet Cunrado Hoselino et Henrico militi de Winstein et Richardo Lamperto de Steigen ut ipsi secundum ministerialium meorum sententiam terminarent; Heinricus vero de Vinstein ad diem preordinatam non venit, sed responsorialem misit; cujus absentiam plebanus de Cochenheim videns litis causam a prenominatis viris Cunrado et Richardo Lamperto (*a*) non permisit diffiniri. Ministeriales vero mei plebanum sub tali forma exhortantes ut cenobium sepedictum omni occasione sepulta in sui juris regula permitteret perseverare; quo non concedente, surrexit Cunradus Hoselinus et a presentibus sciscitabatur si judicio nostro ad obtinenda jura regalia posset presidere, qui una voce et communi consilio annuerunt. His ita gestis Wolfelinus super plebanum et suos complices coram Cunrado movens querimoniam quod jura nostri predii jamdudum obnubilassent et quicumque in hoc proposito vellet perseverare, eum a tali proposito, eo quod juris sententia dictaret, vellet revocare; cui data sen-

(*a*) In Schoepfl. *Lamperto et Richardo*, male.

(1) Vechenheim castrum fuit prope Cochenheim quod hodie Kauchenheim (corrupte Kauffenheim) appellatur, in vicinia cœnobii Regispontani.

tentia idem Wolfelinus cum sex viris discretis, Gerardo scilicet de Gries, Trutmanno de Schweigusen, Erlewino de Pfaffenhofen, Folchelino et filio suo, Rudegero Vasnach, et per privilegium Sancte Adelheidis juramento attestante sepedictum prediolum ad majestatem regiam pertinere comprobavit. Primo placito interfuit Utta abbatissa cum generali capitulo in decollatione Johannis Baptiste et plebanus de Cochenheim cum suis parochianis quorum nomina hec sunt : Fridericus Schrodel, Winmarus, Dicmarus cum duobus filiis suis, Cunradus senex cum filio suo, Wolfelinus de Littheim omnesque de Rieth a maximo usque ad minimum, Rudolfus hospitalarius de Stephensfeld, Cunradus Meisa, Cunradus decanus de Selsa, Ulricus decanus de Surburc; secundum placitum fuit in vigilia Mathei Evangeliste cui interfuit Wiricus cellarius de Selsa ferens privilegium Sancte Adelheidis, cujus tenorem plebanus de Schweighusen sub quercu (1) Vechenheim cunctis audientibus recitavit, in quo omnia jura regalia declarabantur, assignans fines predii nostri in Cochenheim. His ita gestis et predio ab illatis injuriis enucleato, Wolfelinus ad memoriale sculpsit crucem, Cunradus in alia arbore, Folchelinus assignavit lapidem in via publica et alium lapidem in clivo cui due cruces sunt intexte. Ligneam vero crucem posuerunt in Cochenheimer Bruna (?) et sic authoritate nostra litem que vertebatur inter sanctimoniales et Henricum plebanum de Cochenheim nullo renuente discusserunt. Testes hujus rei sunt hi Conradus monetarius, Gottefridus gener ipsius, Conradus Risenberger, Wernerus senex, Volquinus Sumer de Bettenstorff, Otto de Rottershoven et frater ejus Fridericus de Suffelheim, Walterus scolasticus de Selsa et prior de Novo Castro. Ut autem hec compositio rata permaneat et inconvulsa, presens exinde privilegium conscribi et sigillo nostro jussimus communiri.

Cujus rei testes sunt Berengerus Spirensis episcopus, Cuno abbas de Wizenburg, Cunradus prepositus de Tanne, Cunradus pincerna de Win-

(1) Judicia medio aevo sub altis arboribus frequenter haberi solita, tum in Germania tum in Gallia et Italia, opus quid dicto est?

terstett, Fridericus dapifer de Walburc, Henricus de Ravenspurc, Cuno et Albertus fratres de Sumerouwe, et alii quamplures.

Actum apud Hagenowe, anno dominice incarnationis M. CC. XXVII, idibus novembris, indictione prima.

Apud Hagenowe, 16 novembris.

Henricus Romanorum rex Arnoldo de Gimmenich et omnibus in advocatia Assindensi eidem succedentibus notum facit se in speciali sua protectione ecclesiam Sanctae Mariae Sanctique Nicolai apud Stoppenberg suscepisse, mandatque ne aliquam exactionem vel obsequia ab eadem ecclesia exigere praesumant.

(Edit. ap. Tross, *Westphalia*, ann. 1826, 7 octob. — Lacomblet, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. Band, p. 78, n° 147.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, fidelibus suis A. de Gimelich necnon universis in officio et procuratione advocatie Assindensis (1) eidem succedentibus gratiam suam et omne bonum. Ad eterne vite premium scientes nobis certissime profuturum quod ecclesias Dei et earum personas pio et favorabili respiciamus affectu, ipsarum paci et promotioni per omnia intendimus. Hujus itaque rei gratia ex insinuatione presentium notum esse volumus universis quod nos ecclesiam Sancte Marie beatique Nicolai apud Stouphenberg et homines ac bona eidem ecclesie attinentes sub nostram et imperii specialem recepimus protectionem, volentes ut de nostre gratie largitate omnia bona que dicta ecclesia nunc possidet et in posterum Deo concedente acquisierit possidenda ab omnium advocatorum exactione et gravamine de cetero libera sint et exempta, auctoritate regia nichilominus firmissime inhibentes ne quis advocatorum seu

(1) Scilicet *Essen* in Westphalia.

procnrationem habentium advocatie Assindensis aliqnam exactionem vel obsequia ab hominibns et bonis sepefate ecclesie exigere vel extorquere presumat; quod qui attemptaverit, gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incursurum et divine potestatis in anima sna sentiet ultionem.

Datum apud Hagenowe, anno dominice incarnationis M. CC. XXVII, XVI kalendas decembris, indictione I.

Henricus Romanorum rex a Conrado abbate Sancti Johannis in Turthal in praesentia sua constituto advocatiam omnium possessionum ecclesiae ejus recipit, nunquam ab imperio alienandam, jura a se vel a vice-advocato suo exigenda definit, eumdemque abbatem et successores ejus in capellanos suos annumerat. Apud Nurenberc, 20 decembris.

(Edid. NEUGART, *Cod. Allemann. diplomat.*, t. II, p. 154, n° DCCCCXIII.)

Heinricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus in perpetunm. Licet ex snscepto regni gubernaculo omnibus imperii fidelibus simus debitores ad justitiam exhibendam et ad juris defensionem eorumdem, diligentius tamen viros religiosos oculo benigniori respicere tenemnr et eis suisque ne graventur indebite pia solicitudine providere. Hujus itaque rei gratia dilectus fidelis noster Cunradns abbas Sancti Johannis in Turtal certam habens fiduciam super benignitate ac providentia majestatis nostre ad nostram apnd Nurenberc accedebat presentiam, et coram testibus subscriptis commisit nobis et ab ipso recepimus advocatiam omninm possessionum ecclesie et cenobio suo attinentium nt amodo sub omnimoda tuitione nostra ipsam tueri debeamus. Promisimus e contra abbati et omnibns ejns successoribus ac presenti scripto profitemur qnod eamdem advocatiam nunquam a nobis et imperio alienabimus ratione infeodationis, obligationis vel cujnscnmque alienationis, sed loco nostri constitnemus ibidem advo-

catum pro tempore vel vice advocatum, quousque nostre insederit voluntati. Preterea memoratns abbas quosdam homines snb certis terminis constitntos de nostro consensu excepit, videlicet in valle Clostobil et Starchenbah, Elbrechinber et Rotinrisinum et circa locum et cellam Sancti Petri iufra tales terminos residentes Snindin, Dufin (1), Starchinbach et Engilcinberc; ita quod homines infra prenotatos terminos ab omni exactione et servitute quantum ad uos liberi sint et immnnes, et ad prenotata loca tam nos quam vice advocatns noster unnquam accedemns uisi predictus abbas vel ejus successor duxerint nos invitandum, ut quicquid ibidem fuerit proclamatum pro causis et necessitatibus dicti monasterii rite peragamus et quicquid per emendam vel correctionem a dictis hominibus per jndicium haberi poterit media pars cedat nobis, reliqua vero abbati prelibato. Insuper ad instantiam sepedicti abbatis firmiter promisimus quod a quolibet mansu ejnsdem advocatie tam nos quam vice advocatus noster uihil amplius quam mensuram nnam avene qne in vulgari dicitur Schefel et quatuor solidos annuatim exigamus. Quicquid vero per judicium per totam advocatiam exactum vel conquisitum fuerit, inter nos et abbatem equaliter dividatur. Indulgendo itaque recognoscimus eidem abbati vel ejus successori quod ministeriales nostri de bonis suis divine retributionis intuitu duxerint conferendum eisdem, quod ratum habebimns et firmum. Volentes itaque sepefato abbati tanquam benemerito et ejus successoribus specialem gratiam exhibere, ipsos in dilectos capellanos nostros recepimus, et in curia nostra ad prosequendas ipsorum querimonias vel alia de causa ipsi cum octo equitaturis ab officiatis curie nostre in expensis necessariis et honestis pleuarie procurentur. Et ut omnia premissa a nobis et successoribus nostris firmiter observentur presentem paginam sigillo nostre celsitudinis duximus roborandam.

Testes qui interfuerunt hii sunt Heinricns venerabilis Wormatiensis, Heinricus venerabilis Eistetensis episcopi, Heinricus Augusteusis electus, Ludewicus illustris dux Bawarie, Gerlacus de Butingen, fratres de Niffa,

---

(1) Scilicet Schwendi[bach] et Tüffen[bach], rivi qui in Neccarum devolvuntur.

Fridericus de Druhendingen, Eberhardus dapifer et filius ejus de Walpurc, Conradus pincerna de Wintersteten, fratres de Summerowe, Heinricus de Ravensburc, Conradus de Schmidevelt, et alii quamplures.

Datum apud Nurimberc, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo septimo, tertio decimo kalendas januarii, indictione prima.

ANNO 1228. — INDICTIONE I.

Henricus Romanorum rex Eberhardo Salzburgensi archiepiscopo scribit se sententiam in favorem ecclesiae Salzburgensis contra ecclesiam Gurkensem super regalibus latam (1), sicut pater suus ipse fecit (2), renovasse et episcopo Gurkensi mandasse ut regalia ab ipso archiepiscopo recipiat, licentiam eidem concedens ut praedictum episcopum, si opus fuerit, auxilio ducis Austriae et marchionis Istriae ad id coerceat. Apud Egram, 1° januarii.

(Memorat. ap. KLEINMAYR, *Nachricht. von Juvavia*, p. 250, et ap. CHMEL, ex copia authentica, ann. 1431.)

Datum apud Egram, kalendis januarii, indictione I.

---

(1) Cf. supra privilegium Henrici VII, dat. apud Aquisgranum 29 martii 1227, p. 312.

(2) Cf. supra privilegium Friderici II, dat. Brundusii, septembr. 1227, p. 20 et 21.

Apud Ulmam, 21 februarii.

Henricus Romanorum rex notum facit comitem Diethelmum de Toggenburg quidquid juris in advocatia abbatiae Sancti Johannis Baptistae in Turthal habere aestimabat coram se resignavisse; unde abbas et conventus loci ejusdem se in advocatum ecclesiae ipsorum unanimiter elegerunt.

(Edid. Neugart, *Cod. Allemann. diplom.*, t. II, p. 156, ex collect. diplom. MSS. Em. de Haller.)

Henricus septimus divina favente clementia Romanornm rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptnm ostensum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ut ad nostre posteritatis notitiam ea que coram nobis tractantur perveniant certiora, litterarum testimonio commendantur et inscriptis eorum nominibus ac testibus qui gerendis negotiis affuerint, futuris calumpniis obviamus. Ad notitiam itaque universorum ex insinuatione presentium cnpimus pervenire qnod constitutus in presentia nostra apud Ulmam civitatem nostram dilectus fidelis noster abbas Sancti Johannis Baptiste in Turtal per privileginm ecclesie sue probavit sufficienter quod sibi et conventni sno libere liceret auctoritate apostolica eligere advocatum; et si idem advocatus in aliqno res ecclesie distraheret vel dilapidaret ant personas ipsorum in aliqno presnmeret aggravare, ipso advocato reprobato, alinm possent idoneum eligere advocatum; verum cnm eodem tempore comes Diethelmus de Tocchenburc in nostra presentia esset constitntus, qni eamdem advocatiam ratione successionis ad tempns tenebat et ipsa abutendo dicto abbati et suo conventni in bonis et personis snis non modica gravamina et violentias sepius inferebat, ad instantiam et petitionem nostram qnicqnid jnris in eadem advocatia se estimabat habere coram nobis et principibus ac testibns subscriptis publice resignavit, fide corporali prestita nobis firmiter promittendo quod tam ipse quam pneri sni eamdem advocatiam requirere nunquam presumant. Memoratus itaqne abbas et conventus suns

super providentia nostre celsitudinis confisi, nos in advocatum ecclesie ipsorum unanimi consilio elegerunt, se et sua nostre speciali protectioni devote supponentes. Nos vero futuris calumpniis obviare cupientes premissa scribi fecimus et sigillo nostre celsitudinis nec non venerabilis Eistetensis episcopi et ducis Bawarie precepimus communiri.

Testes qui interfuerunt hii sunt Henricus venerabilis Eistetensis episcopus, Ludewicus illustris dux Bawarie, Rudolphus palatinus comes de Towingen, Hartmannus comes de Dilingen, Cunradus burgravius de Nurinberc, Fridericus de Druhendingen, fratres de Nifa, Eberhardus dapifer de Walburc et filius suus, Cunradus pincerna de Winterstete, Dieto de Ravensburc, fratres de Sumerow, Burchardus de Hochenburc, Eberhardus in Walse, Eberhardus de Fronhoven, Rudolfus de Arbuna, Ulricus dapifer de Sancto Gallo, Anselmus de Justingen et alii quamplures.

Datum apud Ulmam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo octavo, decimo kalendas marcii, indictione octava (1).

Henricus Romanorum rex ex mandato patris sui imperatoris warandiam quam archiepiscopo Coloniensi de Monte Martis fecerat in praejudicium abbatis Corveiensis revocat, eumdemque abbatem in possessionem dicti montis mittit cum omni jure ejus. Apud Ulmam, (februario.)

(Edider. SCHATEN, *Annal. Paderb.*, tom. II, p. 5. — FURSTENBERG, *Monum. Paderborn.*, p. 107. — LUNIG, *Reichsarchiv*, t. XVIII, p. 102. — SEIBERTZ, *Gesch. von Westf.*, t. II, p. 231.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ad notitiam universorum volumus pervenire nos mandatum domini imperatoris patris nostri recepisse quod nequaquam ratam

(1) Indictio tamen perperam transcripta.

habere vellet warandiam quam in solemni curia nostra apud Herbipolim (1) fecisse dinoscimur de Monte Martis (2) archiepiscopo Coloniensi in abbatis dilecti principis nostri prejudicium Corbeiensis, et quod eumdem abbatem in possessionem dicti montis remitteremus, eidem plenam warandiam prestando, predictus dominus noster imperator nobis firmiter injunxit. Nos vero mandatum domini imperatoris patris nostri conservare et implere in omnibus cupientes, auctoritate presentium in possessionem ejusdem montis dictum principem nostrum abbatem Corbeiensem mittimus cum omni jure, nullam jurisdictionem in ejusdem montis possessione recognoscentes archiepiscopo Coloniensi. Mandamus itaque per gratiam nostram firmiter precipientes quatenus nullus ausu ductus temerario memoratum abbatem in possessione sepedicti montis impedire vel molestare presumat; quod qui fecerit, gravem indignationem nostre celsitudinis se noverit incursurum.

Testes hii sunt Henricus venerabilis Eistetensis episcopus, Henricus (a) illustris dux Bavarie, comes H. de Dilingen, F. de Druhendingen, E. dapifer de Walpurc, C. pincerna de Winterstede, et alii quamplures.

Datum apud Ulmam, anno Domini M. CC. XXVIII, indictione prima.

Apud Ezelingen, 23 martii.

Henricus Romanorum rex praeposito, capitulo et universo clero apud Tigurum omnes libertates, jura et privilegia eisdem a praedecessoribus suis indulta confirmat.

(Memorat. a Meyer von Knonau, Regest. ap. *Archiv für Schweiz. Gesch.*, I, 91.)

Datum apud Ezelingen, anno dominice incarnationis M. CC. XXVIII, decimo kalendas aprilis, indictione II (3).

(a) Evidenter legendum *Ludowicus*.

(1) Verisimiliter mense novembri ann. 1226. Warandiam istam nec non mandatum Friderici II ibi memoratum nusquam reperire potuimus.

(2) Scilicet *Eresburg* sive *Marsberg*.

(3) In hoc privilegio indictionis numerus unitate abundare videtur.

Henricus Romanorum rex privilegium Berengero abbati de Odenheim a Friderico II imperatore ann. 1219, 6 aprilis, de advocatia ejusdem abbatiae concessum, Degenhardo abbati renovat et confirmat, conditionibus ibidem expressis quibus eadem advocatia nomine suo procuranda sit. Haguenau, 29 martii.

(Edidit WIGAND, *Wetzlarsche Beitr.*, 1, 137. Coll. cum Chartul. abbatiae de Odenheim, fol. 19, in archivo Carlsruhensi.)

In nomine sancte et individne Trinitatis. Henricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augnstus. Licet ex incepto regni gubernaculo ecclesias divino cultni mancipatas et personas earumdem specialiter defendere teneamur, propensins tamen virorum religiosorum qui ultro et de mera voluntate ipsorum se nostre snbmittunt potestati, promovere debemus et proponimus diligere. Proinde est quod tenore presentinm notnm esse volumus universis quod bone memorie Berngerus venerabilis abbas de Odenheim et conventns ejusdem post mortem comitis Popponis de Lanffen advocati olim dicte ecclesie privilegio suo uti volentes, de communi assensu et consensu capituli sui et confratrum suorum serenissimum dominum imperatorem Fridericnm secundum genitorem nostrum et omnes snccessores snos, imperatores vel reges romanos qui pro tempore post eum successerint, vocaverunt ad advocatiam dicte ecclesie et eum elegerunt in advocatum in Odenheim quod vnlgariter dicitur Castvogt. Ad cujus vero abbatis imitationem dilectus noster abbas Degenhardus de Ottenheim snccessor ejusdem predictam advocatiam de consensu confratrum snorum nobis contulit et recognovit. Nos vero videntes jnra ipsius ecclesie potissimum per dictum dominum imperatorem et per nos successoresque nostros in antea defendi et manuteneri advocatiam predictam exercendo, eorum vota admisimus et eorum electioni de advocatia jam dicta in nos et successores nostros

collata nostrnm benignum prebuimns assensum. Et nt scripta eidem abbati et successoribus suis in ecclesia Odenheim de cetero firmins a nobis et successoribus nostris observentur, fide promisimus quod nos ac successores nostri nunquam alienemus sepefatam advocatiam a nobis et imperio vel attinentia ejnsdem, videlicet Gartahe, Westheim, Michelnveldt, Angelachen, Diefenbacb, Hnsen, Hanchohefhnseu, Eichelberg, Reitencheim. Addimus etiam et in presenti privilegio declaramus quod nos vel sncccessores nostri non substituemus dicte ecclesie aliquem procuratorem, commissarium vel advocatum, nisi enm qui pro tempore in partibns illis officinm villicationis nostre vel imperii habuerit; et quod in terminis ecclesie nullnm castrnm, nullam mnnitionem, nullam civitatem liberam edificemns per nos vel aliquos alios permittamns edificari, et nullnm jns patronatus ecclesiarum parochialium et locationis earum auferemus predicto abbati et ejus snccessoribus, sed ipsi sua gaudeant libertate in locatione suarum ecclesiarum. De abundantiori etiam munificentia et gratia nostra et ob meritum magne devotionis quam abbas dictus et ejns conventus ad nostre serenitatis dominium satagunt exhibere, concedimns et presenti privilegio in perpetnum confirmamus dicte ecclesie de Odenheim omnia jura sna, sicut in privilegiis imperatorum Henrici quinti et Friderici proavi nostri nec non domini Friderici genitoris nostri divorum angustorum manifeste continetur, et omnes possessiones que nunc tenet vel in antea juste poterit adipisci cum omnibus appenditiis, vineis, agris cultis et incultis, silvis, molendinis, aquis et aquarum dednctibns, piscinis, pratis et animalinm pascnis; sub eadem gratia nostra et protectione et advocatia ecclesiam Kirchem qne est filia ecclesie Odenheim cum omnibus appenditiis suis recipimus ac tenemus. Declaramns etiam qnod licet in privilegiis predictorum imperatorum prohibitnm sit quod advocatus nullum scultetum habeat in villa Odenheim et de furibus et protervis tertiam tantum partem accipiat advocatus et ipse abbas duas partes et advocatus nullam exactionem in bomines ecclesie sive in terminis ecclesie sive extra terminos facere debeat, dictus abbas et conventns ejusdem pro favore et gratia nostra condescenderunt nobis in quatuor istis articulis boc modo : abbas eliget scultetum unum in villa Odenbeim qui erit scultetus noster et ejusdem abbatis, quem cum

ipse elegerit villicus noster provincialis auctoritate nostra procuratorem et judicem super homines ecclesie substituet eumdem et de furibns et protervis et petitionibus in hominibus ecclesie factis sive in terminis ecclesie sive extra terminos mediam partem ex parte nostra accipiat scnltetus et mediam partem abbas. Si autem scultetus idem abbatem ipsum et homines snos offenderit indebite, abbas prefatus et ejus successores liberam habebunt electionem in alium scultetnm faciendam. Si vero aliquo casu vel suggestione qnalibet ipsa advocatia sive possessiones qualescumque eidem attinentes de cetero de manu nostra vel successorum nostrorum alienata fuerint sive per infendationem vel impignorationem vel quocumqne ingenio alienationis, vel predictornm aliquid diminutum seu subtractum fuerit ipsi ecclesie, abbas dicte ecclesie qni pro tempore fuerit et ejns capitnlum liberam babeant potestatem ipsam advocatiam in alium quemcumque voluerint transferro et ipsum sibi statnere advocatum, et nullum illi exhibebunt servitium cui erat collata advocatia per manus nostras vel snccessorum nostrorum. Statnimns etiam et presenti privilegio decernimus ut quecnnque persona ecclesiastica vel secularis predictas ecclesias et omnia supra concessa impedire vel diminnere presumpserit, centum libras auri componat, quarum medietas camere nostre, altera vero injuriam passis persolvetnr. Ut autem hec rata et firma permaneant in perpetuum presens privilegium scribi fecimns et sigillo nostre celsitudinis commnniri.

Hujns rei testes sunt Conradus Hildesheimensis, Bertholdus Argentinensis venerabiles episcopi, Cuno abbas de Wihenburc (Weissenburg), Conradus prepositns de Than, Wolfelmus prepositus de Furburc, comes Henricus de Elsatia, Gerlacns de Guetingen (*sic*), Philippus de Bits, Fridericus et Engelhardus marescalci de Hagenowe, Egelolfus de Gemundingen, Leutfridus de Landesburc, Wernherus et Conradns de Hagestatt, Bertoldus de Arnesberc, Henricns de Giseliugen, Conradus dictns Monachus, Hermannus camerarins, Henricus Spisarius et alii quamplures.

Signnm domini Henrici septimi Romanorum regis. (*Monogramma.*)

Datnm apnd Hagenowe, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo octavo, qnarto kalendas aprilis, indictione prima.

Bopardiae, [aprili?].

Henricus Romanorum rex sententialiter definit quod in actione quam domina de Heymesberg, vidua Philippi de Bonlanden, et filii ejus in episcopum Spirensem intentaverunt super solutione duarum millium et ducentarum marcarum, praedicta domina ex probationibus ab eodem episcopo allatis in petitione sua refelli debeat.

(Inedit. ex *libro obligationum eccles. Spir.* in archivo Carlsruh. II, fol. 169, et memorat. a BOEHMER, *Regest. imper.*, addit. p. LXXXVI.)

[Aderant sigilla Bambergensis et Wormatiensis episcoporum. Testes... marchio de Baden, Eberhardus de Eberstein, Gerlacus de Budingen, burgravius C. de Nuremberc, et alii quamplures.]

Datum Bopardie, anno dominice incarnationis M. CC. XXVIII (1).

Apud Wetzlar, 22 aprilis.

Henricus Romanorum rex decano capituli Sanctae Mariae et advocato Aquensi capitulum Sancti Adalberti apud Aquas vice comitis Juliacensis et Walrami de Montjoie procurandum committit.

(Edider. LEDEBUR, *Archiv*, XI, 158.— KREMER, *Akadem. Beitr.*, III, 159.)

Datum apud Wetflar, XXII aprilis (2).

(1) Cum desit notatio mensis, supplendam fortasse arbitramur ex altero privilegio dato apud Bopardiam, 2 *aprilis*, deficiente qualibet sive anni sive indictionis nota, quo Henricus Romanorum rex monasterium Marienberg juxta Bopardiam in sua speciali protectione recipit et immune declarat ab omni exactione in hominibus et possessionibus, eidem confirmans elemosynas a Ludewico ejusdem loci sculteto anno 1221 collatas. Cf. GUNTHER, *Cod. Rhenomosellanus*, t. II, p. 391.

(2) Annus incertus. In anno tamen 1228 sat bene se locus itineri accommodat.

Henricus Romanorum rex collationem villae Kadelcamp ecclesiae Frankenfordensi in antiquis temporibus a praedecessoribus suis factam confirmat. Francfort, [aprili?].

(Ediderunt WURDTWEIN, *Dioces. Mogunt. in archidiac. distinct.*, t. II, p. 421, n° 134. — BOEHMER, *Cod. diplomat. Moenofrancofurt.*, t. I, p. 53.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis tam presentibus quam futuris hoc presens scriptum inspecturis in perpetuum. Cum quedam villecula nomine Kadelcamp (1) in quadam nostra comicia sita a predecessoribus nostris, regibus scilicet Karolo et Ottone, ob remedium animarum suarum ecclesie in Frankenvort fuit collata et hoc nobis constitit per privilegia ipsorum nobis ostensa antiqua annorum octingentorum et octoginta, nos tantorum virorum tam pium factum ratum habentes, quoniam jura ecclesiarum discreta deliberatione a nostris predecessoribus pie ac legitime instituta et libertates diminuere nolumus, sed augere, in anime nostre remedium, etiam nostra auctoritate et regia majestate confirmamus et nostri sigilli appositione roboramus, inhibentes sub obtentu gracie regie majestatis ne quis ministeralium nostrorum sive officiatorum predictam villeculam vel exactionibus vel aliis gravaminibus, quoque hactenus actum sit ibidem, nostra auctoritate deinceps aliquatenus molestare sive gravare presumat. Quod si quis contra hoc fecerit, sciat se offensam regiam incurrere et indignationem.

Datum Frankenwort, anno Domini MCCXXVIII, indictione prima (2).

(1) Verisimiliter *Kelkheim*.

(2) Sic in duobus, deficiente notatione mensis. Ad mensem aprilem, praesertim ex sequenti documento, se lector, si velit, referat.

Apud Frideberg, 1° maii.

Henricus Romanorum rex mandat sculteto in Francfort et burgravio in Friedberg ut coenobium de Arnsburg protegant super exemptione tributorum eidem coenobio pro domo ejusdem in Wetzlar concessa.

(Memorat. ap. Boehmer, *Regest. imper.*, p. 231, n° 178, ex copia authentica anni 1614.)

Datum apud Frideberg, I° maii, indictione prima.

Apud Straubing, 14 maii.

Otto filius ducis [Bavariae] Ludwici apud Straubing praesente rege Henrico cum multis aliis principibus in festo Pentecoste gladio accingitur, ubi Ulricus primus Laventinensis episcopus ab archiepiscopo [Salzburgensi] in episcopum consecratur. Isti autem principes interfuerunt : Henricus rex filius Friderici imperatoris, Ludwicus Bavariae, Leupoldus Austriae, Bernhardus Carinthiae, Otto Meraniae duces; Henricus marchio de Andechs; episcopi Eberhardus Salzburgensis, Hermannus Wurtzburgensis, Eckebertus Babenbergensis, Gebhardus Pataviensis, Sifridus Ratisponensis, Siboto Augustensis, Henricus Aistettensis, Rudegerus Chymensis, Carolus Seccoviensis, Ulricus Laventinensis. Hermanni Altah. *Annal.*, ap. Œfele, *Rer. Boic. Script.*, t. I, p. 671, et ap. Boehmer, *Fontes*, t. II, p. 501. — Cf. *Chronic. Salisb.*, ap. Pez, t. I, p. 353.

Henricus Romanorum rex mandat sculteto et universis civibus in Oppenheim ut ecclesiam de Hane contra Philippum de Hohenfels aliquid indebite ab eadem exigentem manuteneant et protegant. Nuremberg, 26 junii.

(Edid. REMLING, *Urkundl. Gesch. der abt. und klöster in Rheinbaiern*, pars 2ª, Beil., p. 360.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis H. sculteto et universis civibus in Oppenheym gratiam suam et omne bonum. Cognitione privilegii Hegenensis ecclesie (1) super quadam exactione indebita que in ipsam quondam fieri solebat, intelleximus quod Ph. de Hoinfels dictam ecclesiam pro eadem exactione indebite molestet et res ipsius auferendo modis omnibus in eamdem ecclesiam desevire nitatur. Cum igitur nostrum sit innocentium causas nostre defensionis auxilio tueri, maxime tamen eorum qui vero et comprobato testimonio innocentes esse dignoscuntur, universitati vestre mandamus firmiter precipientes quatinus antedictum Ph. commonitum efficaciter habeatis ut supramemorate ecclesie ablata restituat et amplius a tali vexatione et a quolibet gravamine indebito eam quietam esse permittat. Quod si renuerit, vobis precipimus ut sepedictam ecclesiam cum omnibus bonis suis manutenentes ab impetu et gravamine quocumlibet defensetis, et ei ad componendam mansionem, sicut et ceteris religiosis concessum est, in civitate vestra aream prebeatis.

Datum apud Nurimbergck, VI calendas julii, indictione prima.

Henricus Romanorum rex pro salute animarum avorum suorum Nuremberg, 1ª julii.

(1) Ista ecclesia in instrumentis hujus aevi diverse nominatur *Haynes*, *Heyne*, *Hane*, *Hahn*.

magistro et ordini [fratrum militiae Christi] in Livonia civitatem et castrum Reval cum Jerwen, Harrien et Wierland donat a se et ab imperio in feodum tenenda.

(Memorat. ap. NAPIERSKY, *Index corporis historico-diplomat. Livonie, Esthonie, Curonie*, etc., tom. II, p. 275, ex collectione Hiarnii, fol. 131, in arch. reg. Stockholmensi.)

Datum apud Nurenberg, kalendis julii, [anno Domini] M. CC. XXVIII.

Norinberg, 20 julii.

Henricus Romanorum rex Ottoni duci Meraniae et palatino comiti Burgundiae bona sua apud Lussinum cum omnibus attinentiis concedit.

(Inedit. in archivo Paris., *Trésor des chartes*, J, 610, n° 1, ex originali unde sigillum cum filis sericis appendet. — Adest etiam copia in arch. praefect. ap. Vesontionem, *Chambre des comptes*, L. 204.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ex insinuatione presentium notum esse volumus universis quod nos attendentes devotam fidelitatem et obsequia dilecti principis nostri Ottonis illustris ducis Meranie et Palatini comitis Burgundie, bona nostra [apud] Lussinum (1) cum omnibus attinentiis de mera benignitate et de plenitudine nostri consilii concessimus eidem. Mandantes et auctoritate regia firmissime precipientes quatinus nullus ausu ductus temerario memoratum ducem in bonis et antedictis feodis a nobis ipsi concessis gravare vel molestare presumat. Quod qui attemptaverit, gravem offensam

(1) Sic; legendum autem *Luxovium* (*Luxeuil*). Cf. litteras ejusdem regis 29 decembr. ad hunc annum.

nostre celsitudinis se noverit incursurum. Ad majorem itaque evidentiam prelibate nostre concessionis presentem paginam sigillo nostre celsitudinis jussimus communiri.

Datum apud Nurinberc, anno dominice incarnationis M° CC° XX octavo, tredecimo kalendas augusti, indictione prima.

Henricus Romanorum rex ecclesiae Maguntinae confert jus quod sibi circa abbatiam Laurissensem [Lorsch] competebat. Nürnberg, [julio].

(Edidit. Gudenus, *Cod. diplomat.*, tom. II anecdot., p. 55, n° 36, minus tamen integre ut putat Boehmerus.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis ad quorum notitiam presens scriptum pervenerit salutem in perpetuum. Quecumque facta memorie commendanda si scriptis autenticis muniantur, plus valoris obtinent et vigoris et difficilius enervantur. Inde est quod nos gratia specialis dilectionis quam habemus ad venerabilem et dilectum principem nostrum dominum Sifridum archiepiscopum Maguntinum propter merita sua bona et ecclesie Maguntine obseqnia, que..... progenitoribus nostris avis ac nobis noscitur impendisse, jus quod nobis circa abbatiam Laurensem merito competebat contulimus memorate ecclesie Maguntine (1). Quod ut ratum et inviolabile observetur, cartam istam sigillo nostro fecimus roborari.

Cujus facti testes sunt Albertus archiepiscopus Magdeburgensis, Henricus episcopus Eystetensis, Ludewicus comes palatinus Reni et dux Bavarie, Lupoldus dux Austrie, Otto dux Meranie, Henricus marchio Istrie, Boppo comes de Henneberg, Conradus burcgravius de Nurmberc, Fridericus de Truhendingen, Bertoldus frater domus Theutonie, Willi-

(1) Cf. duo diplomata confirmatoria, Friderici scilicet imperatoris et Henrici nostri, mense aprili 1232.

brandus majoris ecclesie Magdeburgensis, Conradus majoris ecclesie Spirensis prepositi, Henricus majoris ecclesie Augustensis prepositus et protonotarius imperialis aule (1), Tegenhardus vicedominus Magdeburgensis, Arnoldus scolasticus ibidem, Henricus prepositus Pingwensis, Ernestus comes de Glichen, Fridericus de Kelberowa, Reynhardus de Torvelt, Henricus de Ockenheim, Ebirhardus dapifer de Waldburg, Conradus pincerna de Winterstedeu, Henricus de Gisilling, Conradus de Werda camerarii t alii quamplures.

Acta sunt hec Nuremberc de consensu principum predictorum, anno gratie MCCXXVIII (2), indictione I°.

Apud Ulmam, 18 augusti.

Henricus Romanorum rex Eberhardum Salzburgensem archiepiscopum juxta resignationem a Ludovico duce Bawariae factam de comitatu in Pinzgau jure regalium in perpetuum investit, terminos que ejusdem comitatus definit.

(Memorat. ap. KLEINMAYR, *Nachrich. von Juvavia*, p. 365 et 436, addito tamen hoc documenti fragmento quod exhibemus.)

.... [Comitatum scilicet] superiorem incipientem in monte qui dicitur Havenoere ubi oritur fluvius Salza et decurrit per planum usque ad locum qui dicitur Walherainoede per longum, per latum vero prout montes ex utraque parte continent cacumina terminantia comitatum. Inferiorem autem a predicto loco Walherainoede per longum et planum sicut dicta aqua Salza decurrit, donec ipsi torrens qui dicitur Tuenta (Dientenbach) influat juxta Bongen et ex altera parte per Salveld (Salfelden) et Loveram (Lofer) et usque ubi Sal fluvio ripa influit que dicitur

---

(1) Scilicet *de Tanne*. Nonne idem qui supra p. 364, tanquam Augustensis electus memoratur, sed postea non confirmatus Sibotoni cessit?

(2) Deest notatio mensis, procul dubio *Julii*.

Steinbach. Per latum autem in montibus circumquaque positis, prout a suis summitatibus sunt aque Alpium decurrentes........

Datum apud Ulmam (1), XV kalendas septembris, anno Domini M. CC. XXVIII.

Henricus Romanorum rex alienationem quorumdam hominum abbatis de Weingarten Conrado de Smalnegge a se factam revocat et testatur quod homines praedictae ecclesiae nemini infeodabit vel nullomodo a potestate sua alienabit. Apud Ulmam, 19 augusti (?).

(Inedit. In archivo Stuttgartensi ex originali, unde sigillum segmine membranaceo pendens, sacculo insutum, penitus est confractum.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ex insinuatione presentium ad noticiam universorum cupimus pervenire quod dilectus fidelis noster abbas de Wingarten ad nostram accedens presentiam, presentibus duce Austrie, duce Bawarie, Babinbergensi, Eistetensi, Constantiensi, Curiensi episcopis, abbate Sancti Galli, dapifero de Walpurc, pincerna de Winterstete, nec non aliis quam pluribus, ostenso nobis privilegio ecclesie sue, sufficienter probavit quod homines ecclesie sue a nostra potestate alienare [vel] infeodare nullomodo deberemus. Cum igitur quadam suggestione circumventi ex hominibus dicti abbatis Cunrado de Smalnegge, sicut ipse asserit, concesserimus, quod fecisse non recolimus, auctoritate presentium idem factum revo-

(1) Dux Bavariae Ludewicus una cum Ottone filio suo qui ut palatinus comes Rheni tunc temporis Heidelbergae residebat, obviam Henrico regi apud Ulmam et Esslingen venit, pro confirmatione hujus compositionis cum archiepiscopo Salzburgensi apud Straubing undecimo die julii mensis praecedentis factae. Vid. LANG, *Baier. Jahrb.*, p. 74. Quam etiam confirmavit rex Romanorum Adolphus ann. 1295, ut monet Kleinmayr.

camus, et firmiter protestamur quod omnia in supradicto privilegio contenta observare volumus inconvulsa, homines supradicte ecclesie nolentes alicui de cetero infeodare, vel quocunque modo a nostra potestate alienare. Et ad majorem evidentiam presentem paginam sigillo nostre celsitudinis munitam abbati exhiberi jussimus memorato.

Datum apud Ulmam, XIIII kalendas augusti (1), indictione prima.

Apud Esszelingen, 23 augusti.

Henricus Romanorum rex ad relevandam inopiam claustri Sancti Blasii in Nigra Sylva ei facit gratiam ut nullus scultetorum vel officiatorum suorum ab abbate vel praepositis aut ministris dicti monasterii aliquid extorquere vel ad conferendum eos coarctare praesumat.

(Edid. Gerbert, *Hist. Nigrae Sylvae*, Cod. diplom., III, 132, n° 91.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus hanc nostram (*sic*) litteram inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ex innata nobis benignitate tenemur quorumlibet fidelium imperii oppressiones relevare et eorum inopie subventionis beneficio providere. Hinc est quod nos pia animadversione considerantes oppressiones et inopiam claustri Sancti Blasii in Nigra Sylva, honestatem ecclesie [et] religionem personarum, hanc eis fecimus gratiam et dedimus libertatem de consilio et inductu tam ducis Bawarie quam ducis Austrie et Styrie ut nulli scultetorum nostrorum, bajulorum, balistariorum vel clientum seu etiam familie domine regine dilecte consortis nostre ab abbate vel prepositis aut ministris seu advocatis dicti monasterii vestes, equos vel so-

(1) Cum sit documentum plane authenticum, sed rex apud Nürnberg XIV kal. augusti moraretur, suspicari licet in notatione diei mendum per incuriam notarii irrepsisse. Forsan legendum *XIV kal. septembr.* (19 augusti).

marios liceat extorquere, aut ad conferendum eos alicujus ingenii scrupulo coartare; mandantes et sub interminatione gratie nostre districte precipientes ut nullus sit qui ausu ductus temerario hanc nostram libertatem dicte ecclesie factam infringere audeat vel aliquo ingenio perturbare. Volumus enim ab ipsis personaliter exigere juxta nostre beneplacitum voluntatis. Ad cujus facti nostri robur in posterum valiturum presens eis privilegium indulsimus nostro typario insignitum.

Datum apud Ezelingen, anno dominice incarnationis MCCXXVIII, X kalendas septembris, indictione I.

Henricus Romanorum rex, consilio principum quorum jus est Romanorum regem eligere, confirmat jura, gratias et libertates nobilium terrarum Austriae et Styriae, sicut ab antiquis Romanorum imperatoribus et regibus usque ad se devenerunt; conceditque Leupoldo duci et successoribus ejus ut omnia quocunque modo ipsis collata sine impedimento recipiant et in ipsorum pileo regalis coronae diadema solemniter ferre possint. Ezelingen, 24 augusti.

(Edider. LUNIG, *Reichsarchiv*, t. VII, p. 6. — SCHRŒTTER, *Oestr. Staatsrech.*, t. I, p. 147; coll. cum cod. *Hist. prof.* 136 (nunc 9078), fol. 29 v°, 30 v°, in biblioth. Imper. Vindob. Exhibetur quoque ap. *Chronic. Gottwic.*, I, 390, fac simile dimidii documenti cum figura sigilli. Forma autem scripturae in hoc fictitio originali minime saeculo decimo tertio ineunti convenit. Plura insuper adsunt in instrumenti redactione unde magna de ejus sinceritate suspicio oriatur : quod etiam Boehmerus privilegiis Austriacis ann. 1359 sub Habsburgica domo fabricatis assimilat, cum animadvertat mentionem peculiarem principum electorum, tempore quo jus eligendi ad omnes adhuc principes spectabat, et collationem privilegii non domino terrarum sed terris ipsis factam, omnino ab usitata forma abhorrere (Cf. *Regest. Imper.*, p. 232, n° 185.) Nomina autem testium cum notis chronologicis plane rectis ex quodam privilegio authentico desumpta fuisse videntur.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Dignum est nimirum et consentaneum possibilibus rogatibus regiam majestatem omni tempore annuendo largissime subvenire ipsosque benigniter adimplere. Noverit igitur omnium Christi nostrique regni fidelium etas et successura posteritas quod nos principum quorum jus quemque Romanorum regem est eligere beneplacito, consilio et favore, omnia jura, gratias et libertates cunctasque bonas consuetudines nobilium terrarum, scilicet Austrie et Styrie, que usque ad nos ab antiquis imperatoribus Romanorumque regibus plenarie devenerunt, de quibus etiam rite et rationabiliter noster et sacri regni dilectus Leopoldus dux Austrie et Styrie antiquorum imperatorum Romanorumque regum litteris, quas certitudinaliter lesione qualibet proculcata vidimus, plenius nos instruxit (*a*); et cum divina gratia regia perfectissime perfruimur potestate, procul dubio nostram regalem bene condecet largitatem ut nostros et sacri regni principes eorumdemque terras juribus et gratiis specialibus sublimemus. E quibus specialiter magnificum et sacro regno fidelissimum summum nostrum principem Leopoldum ducem Austrie et Styrie easdemque suas terras sequentibus juribus, gratiis et libertatibus volumus honorare. Primo quod si aliquis alicui ducum Austrie et Styrie quacunque censeretur dignitate suarum terrarum provincias et talia cetera quocunque nomine nuncupationeque censeantur, que aut a regali magnificentia seu a principibus spiritualibus concessionis collationisve officio derivaretur (*sic*), legare (*b*), dare, obligare, vendere contingeret, eosdemque venditores sive obligatores hujusmodi regalis nostra majestas nec aliquis hominum aliqualiter valeat impedire. Si autem eadem venditio, obligatio, datio, legatio evenire contingeret tam repente quod nec regia sublimitas nec hujusmodi collatores possent aliquatenus requiri, ducibus Austrie et Styrie predictis in eorum juribus ob hoc nullum eveniat penitus detrimentum. Etiam idem generosus (*c*) princeps Leopoldus dux Austrie et Styrie coram nostre majes-

(*a*) Deest aliquid ad sensum complendum : *confirmamus* aut hujusmodi.

(*b*) In fac simile *logare* (*locare?*).

(*c*) Etiam idem gene]. Huc usque fac simile, notis tamen chronologicis additis.

tatis oculis et electorum Romani regni culminis inquisitione et sententia obtinuit post solemnem et...... suarum antiquarum litterarum recitationem omnia sua jura seu feuda, cujuscunque sint conditionis, in equo residens recipiat, talibus collationibus magnifice preditatus. Preterea eidem illustrissimo principi Leopoldo duci Austrie et Styrie cunctisque suis sequacibus hanc largiter concedimus dignitatem ut in sui principatus pileo nostre regalis corone diadema solemniter ferre possint, volentes largius omnes suas terras seu ditiones, districtus et cetera ad hujus modi pertinentia vel que in posterum poterint obtinere habere cuncta jura, libertates, gratias bonasque consuetudines quas duces olim terrarum jam dictarum pie recordationis in commendabilem ex antiquis consuetudinem perduxerunt aut quas recenter a nostre manibus excellentie susceperunt, quibusvis impedimentis inviolabiliter procul motis; demum mandantes et sub interminatione gratie nostre districte precipientes ut nullus sit qui ausu ductus temerario strenuissimum principem Leopoldum ducem Austrie et Styrie prefatum suosque sequaces audeat impedire vel alicujus ingenii scrupulo molestare. Quod qui facere presumpserit, offensam nostre celsitudinis se noverit incursurum. Ad quarum et gratiarum concessarum perhennem memoriam presentem eis litteram conscribi et sigillo nostro jussimus insigniri.

Testes hi sunt Ludovicus dux Bavarie palatinus comes Rheni, Ulricus ac Ludovicus comites de Ferreto, Conradus burggravius de Norimberg, Fridericus de Truhendingen, Eberhardus dapifer de Walpurc, Chonradus pincerna de Winterstetten, Conradus de Smidelfelt et alii quamplures.

Acta apud Ezelingen, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo octavo, nono kalendas septembris, indictione prima.

Henricus Romanorum rex omnem exactionem collectarum sive obsequii quam officiati sui exigere solebant a curiis abbatissae As- Apud Wimpinam, 27 augusti.

sindiensis (Essen), scilicet Irensel, Bruckhof et Brecke, libere et absolute dimittit.

(Edid. Lunig, *Reichsarchiv*, t. XVIII, p. 334, n° XV.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Cum oppressiones et indemnitates fidelium nostrorum et maxime ecclesiarum benigno subsidio respicimus, ad salutem vite utrinsque nobis non ambigimus profuturum. Proinde est quod nos attendentes devotionem ac honestatem dilecte principis nostre abbatisse Assindiensis, omnem exactionem collectarum sive cujuslibet obsequii quam solebant quidam officiati nostri exigere et extorquere sive juste sive injuste a curiis dicte abbatisse, videlicet Irensel, Bruckhoff et Brecke, dimittimus libere et absolute, mandantes et regia auctoritate districte precipientes quatenus nullus officiatus noster sive schultetus aliquis exactionem cujuscumque servitutis a prenominatis curiis presumat exigere vel extorquere. Quod si fecerit, nostram celsitudinem noverit offendisse, quia tenemur et constanter proponimus memoratam abbatissam cum omnibus bonis ecclesie sue ab omnibus injuriatoribus assidue defensare; et ad majorem evidentiam presens scriptum sigillo nostre celsitudinis roboratum dicte abbatisse jussimus exhiberi.

Datum apud Wimpinam, sexto kalendas septembris, indictione prima.

Apud Wimpinam, [augusto?] Henricus Romanorum rex advocatiam superiorem in Scharre et Virnheim ab ecclesia Laurissensi (Lorsch) post tres palatinos, Conradum scilicet, Henricum patrem et Henricum filium in beneficium adeptus, monasterio Schonaugiensi de bonis ibidem positis exemptionem advocatiæ et cujuslibet exactionis confirmat.

(Edider. Guden., *Sylloge varior. Diplomat.*, p. 164, cum anno 1228. — Scheid,

origin. Guelf., t. III, p. 858, n° 173, ex diplomatario Schonaug., fol. 164, cum anno 1229. Extat ibid., n° 172, privilegium Ottonis comitis palatini Rheni de re eadem, dat. Heidelberc, ann. Dom. 1228. Privilegium tamen regium rescriptum et ab originali forma discrepans videtur.)

Henricus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus in perpetuum. Rege regum ut confidimus ordinante ad hoc in solio regali nos consedisse et gladium judiciarie potestatis accepisse recognoscimus, quatinus primum per nos ipsos justitie Dei subjecti, ceterorum denique jura quorsum nostra potestas extenditur studeamus fovere; personis tamen et locis ecclesiasticis, presertim claustralibus, tanto propensius nos conservare convenit sua jura quanto frequentius, ut pote inermes pariter et imbelles, diversis perversorum injuriis pregravantur. Sane constare volumus universis quemadmodum sufficientibus et scripture et vocis vive assertionibus evidenter comperimus quod cum olim preclari principes, dominus Cunradus scilicet palatinus comes Rheni, ac successores ipsius, videlicet Henricus dux Saxonie dictus sed et Henricus ejusdem Henrici filius, advocatiam haberent super bona ecclesie Laurissensis in Scharra et ejus circumferentia, hanc libertatis gratiam monasterio Schonaugiensi successive fecerunt ut quidquid de bonis illis in Scharra sive in Virnheim idem monasterium obtineret, tanta in eis per omnia libertate gauderet ne cuiquam exactionis seu advocatii juris aliquod inde deberet omnino, expresse quidem possessiones Schonaugienses semper excipientes quotiens advocatiam in feudo porrexerunt. Nos vero quoniam post excessum vite principum jam dictorum, prefate advocatie dominium principale de Laurissensi ecclesia in beneficio adepti rationabiliter obtinemus, libertatem Schonaugiensium inibi preconcessam nequaquam imminuere, verum juxta regalem munificentiam potius amplificare volentes, patenter decernimus dilectos fratres Schonaugienses prenotatas possessiones suas ita liberrime possidere in perpetuum quod nullus omnino super eisdem cujuslibet exactionis aut juris usurpatione ipsos in posterum audeat inquietare. Quod si quis huic nostre auctoritatis privilegio contraire presumpserit, regie serenitatis (a) offensam non immerito poterit formidare.

(a) In impressis *severitatis* male.

Ut autem hec rata et salva permaneant presentem paginam sigilli nostri appensione duximus confirmandam.

Datum apud Wimpinam, anno Domini MCCXXVIII (1).

Testes Diethernus prepositus de Wimpina, Heinricus prepositus Sancti Germani in Spira, Ulricus notarius noster, clerici; de laicis, Gerlacus de Budingen, Rudolphus de Hohenhart, Marquardus de Bonvelt, Eberhardus de Winterstetten pincerna, Heinricus (?) dapifer de Walpurch, Willehelmus dispensator noster de Wimpina, Gumbertus scultetus ibidem, Ludewicus et Heroldus frater ejus de Obernkeim et alii quamplures.

Esslingen, 31 augusti.

Henricus Romanorum rex praeposito et fratribus apud Adelberg indulget ut quaecunque bona ministeriales, cives et homines sui ecclesiae ipsorum erogare voluerint, libere recipere et pacifice possidere ipsis liceat.

(Edid. Besold., *Docum. rediv. monast. Würtemb.*, t. I, p. 29.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Henricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus in perpetuum. Cum nos more predecessorum nostrorum divorum augustorum loca divino cultui mancipata promovere intendimus et ampliare, non solum ad future vite premium, verum etiam ad salutem presentis vite nobis non ambigimus profuturum. Hinc est quod nos attendentes honestatem et bonam conversationem dilectorum fidelium nostrorum prepositi et suorum confratrum apud Adelberch, attendentes nihilominus devota obsequia que die noctuque Jesu Christo jugiter impendunt, de mera benignitate regia

---

(1) Ad hunc annum et locum documentum istud sat bene pertinere censemus, licet nomina testium cum praecedentibus et sequentibus non concordent. Privilegium Ottonis comitis palatini Rheni parum lucis affert ad elucidandam quaestionem, quum ignoretur utrum istud immunitatem regiam confirmaverit an ex consulto in immunitate regia mentio ejusdem omissa fuerit.

eisdem fratribus indulgendo duximus annuendum ut quecumque bona ministeriales, cives et homines nostri divine remunerationis intuitu erogare voluerint ecclesie ipsorum, libere ipsis recipere liceat et pacifice possidere. Auctoritate itaque regia firmissime inhibentes ut nullus ausu ductus temerario memoratos fratres in bonis ipsorum, quemadmodum supra notatum est, gravare vel molestare presumat. Quod qui attemptaverit gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incursurum. Et ad majorem evidentiam prelibati facti nostri presentem paginam sigillo nostre celsitudinis jussimus communiri.

Testes qui interfuerunt hii sunt venerabilis Magdeburgensis archiepiscopus, Babenbergensis, Constantiensis, Eystettensis, Curiensis, Wormatiensis episcopi, Sancti Galli et de Augia abbates, de Austria et de Bavaria duces, marchio de Baden, comes H. de Wirtemberg, comes de Dilingen, palatinus comes de Tuwingen, burgravius de Nuremberg, Fridericus de Troehendingen, dapifer de Walpurch, pincerna de Winterstetten, Cunradus de Wiusperch, E. A. et C. de Stouphen, et alii quamplures.

Datum apud Esselingen, II kalendas septembris, indictione prima.

Henricus Romanorum rex una cum Leupoldo Austriae duce sigillum suum cuidam documento Eckberti Bambergensis episcopi apponit, quo idem episcopus Ludevicum ducem Bawariae et filium ejus Ottonem de bonis fratrum Alrami et Alberti de Hals a se coram rege judicialiter acquisitis investit. Esslingen, [augusto].

(Memorat. ap. Lang, *Regest. Boic.*, t. II, p. 176.)

Testes hujus rei sunt Rudolphus palatinus de Tübingen, Hermannus marchio de Baden, Cunradus burgravius de Nuremberg, Hartmannus comes de Dillingen et alii quamplures.

Datum apud Ezelingen (1). . . . .

(1) Eodem tempore idem episcopus eumdem ducem investivit de bonis quondam Alberti

Nordlingen, 6 septembris.

Henricus Romanorum rex monasterio Waltsassen quinque jugera vinearum in loco Bachlait juxta villam Eduggesvelt donat.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom XXX, pars I[a], p. 156, n° 688, ex originali cujus sigillum periit, remanentibus tantum filis sericis rubri viridisque coloris.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus hee litere ostense fuerint gratiam suam et omne bonum. Quia Deo autore stransitoriis (transitoriis) opibus undique stipamur et fascibus terrenis per omnia fulcimur, decrevimus juxta apostoli vocem vera pro falsis, eterna pro caducis, sempiterna pro terrenis commutare et aliqua illarum opum pro mercede vite eterne in opus Dei destinare. Sciant igitur tam moderni quam futuri quod ob remedium anime nostre et parentum nostrorum quinque jugera vinearum in loco que (qui) dicitur Bachlait juxta villam Eduggesfelt beate Marie semper virgini servisque Dei in Waltsassen degentibus libere et quiete omni exactione semota dedimus possidenda. Et ne in posterum hec donacio possit annichilari, sigilli nostri inpressione firmiter roboravimus.

His testibus venerabili Hermanno Erbipolensi episcopo, illustri duce Bawarie Ludewico, illustri duce Lupoldo Austrie, domino Gerlaco de Butinge, dapifero de Waltbur, pincerna de Winterstede, domino Lupoldo de Grintela et fratre ejus, domino (1) Hertwico magistro cocorum.

Datum apud Nurdelinge, VIII idus sempebris (septembris), indictione prima (2).

---

comitis de Bogen inter Patavium et Ratisponam positis, coram testibus iisdem. *Ibid.*, loc. supr. citato.

(1) Notandus est hic titulus *Dominus* contra solitam formam ministerialibus datus.

(2) Recte *secunda*, pro computandi modo apud Graecos et a Suevis constanter usitato. Sed fortasse hic notarius indictione Caesarea utitur usque ad 24 septembris prolongata.

Henricus Romanorum rex Herbipolensi episcopo ducibusque Austriae et Bavariae corporali fide praestita promittit quod nunquam bona quae ab ecclesia Laureacensi possidet alienabit, eamdemque ecclesiam cum personis et rebus sub sua speciali protectione recipit.

[Nordlingen, 7 septembris.]

(Edid. Besold, *Docum. rediv. monast. Würtemb.*, t. I, p. 730.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Cum nos loca divino cultui mancipata promovemus ac defendimus [et] eis suisque ne graventur indebite pia sollicitudine providemus, clementiam ac prudentiam quam circa viros religiosos more divorum progenitorum nostrorum habere tenemur apertius declaramus. Proinde est quod ad notitiam universorum cupimus pervenire nos dilectis principibus nostris, videlicet venerabili Herbipolensi episcopo, Austrie et Bawarie ducibus, corporali fide prestita firmiter promisisse quod nunquam aliqua bona que ab ecclesia Laureacensi (1) possidemus a nobis alienabimus obligando, vendendo vel infeodando. Si vero alicujus suggestione fuerimus circumventi quod aliqua bona prelibate ecclesie quocunque modo a nobis alienabimus, nullum robur habere volumus firmitatis. Preterea memoratam ecclesiam in personis et omnibus bonis eidem ecclesie attinentibus sub nostram et imperii specialem recepimus protectionem, mandantes et regia auctoritate districte precipientes quatinus nullus ausu ductus temerario memoratis personis in bonis ipsorum ullam presumat injuriam irrogare. Quod qui attemptaverit, gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incursurum. Ad majorem itaque securitatem presentem paginam celsitudinis nostre sigillo necnon venerabilis Herbi-

(1) *Lorch* in Suevia, duobus leucis Gmundia distans.

polensis episcopi, Austrie et Bavarie (1) ducum jussimus communiri. Datum apud Nordelingen, anno dominice incarnationis M° CC° XX° octavo, septimo idus septembris, indictione prima (2).

1...... septembri?)

Henricus Romanorum rex, ad petitionem Conradi abbatis in Keisheim, jure advocati adprobat et confirmat concambium quo Walcuonus plebanus de Horburc prædicto abbati et ejus monasterio silvam, Ger dictam, pro dote quadam ad ecclesiam Horburc spectante tradidit.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXX, pars I^a, p. 157, n° 689, ex originali cujus sigillum periit. Memoratum autem in de Reisach, *Gesch. der Grafen von Lechsgemünde*, p. 39.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris imperpetuum. Religiosi pauperes Christi qui non armis actualibus contra hostes visibiles dimicant, verum adversus aerias potestates die noctuque viriliter decertant et pro statu totius Ecclesie precibus indefessis incessanter exorant, necesse habent ut ad res temporales in suis contractibus muniantur et ad excludendas futuri temporis insidias autoritatem regie majestatis efficaciter sortiantur. Quia igitur ecclesiam in Keisheim pro religione sui specialius diligimus, eidem in suis negotiis et contractibus omnimodam securitatem et pacem desideratam procuramus. Innotescat itaque tam presentibus quam futuris quod petitionem venerabilis Cuonradi abbatis in

---

(1) Ludewicus dux Bavariae hic ad ultimam vicem in documentis regiis apparet. Rex enim Henricus septemdecim annos natus, audita patris sui in terram sanctam transfretatione, tunc temporis se ipsum emancipare coepit, tutelamque ducis respuit cui etiam anno sequente bellum indixit.

(2) Vid. supra p. 388, not. 2.

Keisheim regali clementia clementer exaudimus, et concambium illud atque commutationem, qua Walcuonus plebanus in Horburc predicto abbati C. et suo conventui silvam que vulgo Ger dicitur cum dote parvula ecclesie Horburc attinente, mediantibus et adtestantibus ministerialibus nostris, commutavit, jure advocati adprobamus et ratam habemus; et ad subruendas in posterum calumpniose impetitionis molestias universas presentem eis paginam pro securitate et quiete conscribi jussimus, quam etiam nostri appositione sigilli perpetuo valituram communimus.

Acta sunt hec dominice incarnationis anno M.CC.XXVIII (1).

Testes hujus rei sunt Hartmannus comes de Dillingen, Berhtoldus comes de Lechesgemunde et filius ejus Henricus, Fridericus de Truhendingin et filius ejus, Eberhardus de Walburc dapifer, Cunradus pincerna de Winterstetin, Marquardus notarius imperii, Ulricus et Cunradus fratres de Werde, Sifridus Castelin, Henricus de Brunnese, Ruodolfus de Clinginstene, Regilo de Altoluesheim, et alii quamplures.

Henricus Romanorum rex concessionem pedagii in valle Amarini ab imperatore patre suo abbati Murbacensi factam confirmat. Hagenau, 25 decembris.

(Edider. LUNIG, *Reichsarchiv*, continuat. I, *Spicileg. Eccles.*, p. 972. — SCHOEPFLIN, *Alsat. diplomat.*, I, 364. Apud priorem deest notatio mensis.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex [semper] augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Cum serenissimus dominus imperator pater noster dilecto principi suo et nostro pedagium in valle Amarini concesserit quousque

---

(1) Cum loci et diei deficiat omnino notatio, ad hunc mensem, rege sive apud Nordlingen sive in conterminis locis adhuc morante, ex vicinitate coenobii Kaysersheim juxta Donauwerth documentum reponendum duximus.

sue insederit voluntati (1), hinc est quod nos attendentes devota et sincera obsequia ejusdem dilecti principis nostri venerabilis abbatis Murbacensis que nobis et imperii exhibuit et exhibet incessanter, idem pedagium secundum premissam domini imperatoris concessionem ipsi abbati ex plenitudine nostri consilii duximus concedendum, et ad majorem securitatem premissorum presens scriptum sigillo nostre celsitudinis roboratum prelibato abbati dilecto principi nostro precepimus exhiberi.

Datum apud Hagenoum, anno Domini MCCXXIX, octavo kalendas januarii (2).

Haguenau, 29 decembris.

Henricus Romanorum rex Simoni abbati et conventui in Luxovio dat licentiam muniendi eorum civitatem, irritumque declarat si quid contra tenorem privilegiorum ecclesiae Luxoviensis per concessionem vel infeodationem factum fuerit.

(Edit. ap. *Mémoires et docum. inédits sur la Franche-Comté,* tom. III, p. 519, ex *Dissertat. historiq. de l'Acad. de Besançon*, annor. 1762-1764. Coll. cum Cod. cui titulus *Chartulaire de Luxeuil,* in Biblioth. Vesont., n° 41.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, dilecto principi suo Simoni venerabili abbati et conventui in Luxovio nec non civibus (3) loci ejusdem gratiam suam et omne bonum. Fidelitati vestre duximus significandum quod nos attendentes debitam devotionem ves-

---

(1) Vid. supra p. 78.

(2) Deest in duobus indictionis nota; sed ex sequenti documento clare liquet ad ann. 1228 praesens quoque scriptum referendum esse, quum forsan notarius regius anno nativitatis 1229 in hoc Natali festo incipiente usus fuerit.

(3) Haec verba *cives*, *civitas* notanda sunt, quum referant historici villanos Luxovienses non ante ann. 1291 a Theobaldo de Faucogney ipsorum domino fuisse manumissos.

tram qua nobis et imperio estis astricti, auctoritate presentium liberam vobis auctoritatem indulgemus ut vestram civitatem libere muniatis fossatis et muris secundum quod vobis videbitur expedire; et si quecunque persona in his vos impedire presumpserit, gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incursuram. Ad majorem itaque securitatem presens scriptum nostre majestatis sigillo roboratum vobis precepimus exhiberi. Preterea si per concessionem vel infeodationem dilecto nostro duci Meranie (1) cum villa vestra vel aliquibus bonis ecclesie vestre que nobis et imperio dinoscuntur attinere, fecisse dinoscimur (*a*), que rationi sunt et tenori privilegiorum vestrorum contraria et minus legitime peracta, nolumus ut ullum robur obtineant firmitatis, quia omnem justitiam et libertatem vestre ecclesie nobis dilecte intendimus vobis in omnibus et contra versutiam quorumlibet conservare.

Datum apud Hagenov, anno Domini MCCXXVIII, IV° kalendas januarii, indictione II°.

(*a*) In impresso *dinoscuntur*, et supra *dinoscimur*, male. In Cod. lacuna.

---

(1) Vid. supra p. 376. Non tamen de advocatia, ut quidam putaverunt, sed tantummodo de bonis quibusdam apud Lussinum (Luxovium) hic agitur. Advocatia autem Luxoviensis ad comitem Barrensem pertinebat, et postea transiit ad Theobaldum Campaniae comitem et regem Navarrae hujus nominis secundum, tenore foederis dicti *de pariage* inter ipsum et abbatiam initi vigesimo sexto die julii 1258.

ANNO 1229. — INDICTIONE 2.

Apud Wormatiam, 17 januarii.

Henricus Romanorum rex ad supplicationem Gualteri abbatis Sancti Gisleni in Hannonia, jura, libertates, servos et ancillas omniaque bona eidem ecclesiae concedit et confirmat.

(Edid. MIRAEUS, *Oper. diplomat.*, tom. I, p. 744, coll. cum origin. in arch. Bruxellensi, cujus sigillum periit. Infra notas chronologicas adest monogramma, sed deest forma solita : *signum domini*, etc.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex. Universis imperii fidelibus notum fieri volumus quod fidelis noster Gualterus abbas monasterii Sancti Gisleni in pago Hainan ad celsitudinis nostre magnificentiam veniens supplicavit ut nos ipsi ecclesie sue jura, libertates et omnia bona ad eamdem ecclesiam pertinentia confirmare dignaremur. Nos igitur dicti abbatis petitionibus aurem benignam prebentes, dicto abbati et ecclesie sue jura et libertates, servos quoque et ancillas ad eamdem ecclesiam pertinentes, omnia etiam bona auctoritate regia communimus, concedimus, confirmamus et confirmando sigillo aureo sublimitatis nostre corroboramus, atque ipsum locum et omnia sibi pertinentia in nostram defensionem suscipimus, precipientes ut nullus dux, nullus comes, nullus marchio, aut aliqua alia persona ipsum monasterium perturbare vel super rebus ad ipsum pertinentibus molestare presumat.

Testes qui premissis interfuerunt hii sunt : Sifridus venerabilis Maguntinus archiepiscopus, Hermannus Herbipolensis episcopus, Henricus Wormatiensis episcopus, Otto prepositus Aquensis, Henricus comes de Seina, Cunradus burgravius de Nurimberch, Ludewicus comes de Zi-

ginhage, Gerlacus de Butingin, Hermannus de Mulinarche, Gotfridus de Hohinloch, Everhardus dapifer de Walpurg, Cunradus pincerna de Wintersteten, Cunradus pincerna de Clinginburc, Cunradus de Smidevelt, Ulricus de Truchtelingin, Cunradus de Winsperc, fratres L. L. et E. de Grindelahe, et alii quamplures.

Datum apud Wormatiam, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vicesimo nono, XVI kalendas februarii, indictione II. (*Monogramma.*)

Henricus Romanorum rex ratam habet venditionem factam comiti Gelrensi per abbatem et capitulum Laurente. Apud Wormatiam, 18 januarii.

(Edit. ap. BONDAM, *Charterboek der Hertog. van Gelderl.*, t. I, p. 365.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus. Universis hoc visuris constare cupimus quod nos vendicionem bonorum in Gent dilecto fideli nostro comiti de Gelren per abbatem Conradum et capitulum Laurente (1) factam, quia de nostro consensu facta est, per omnia gratam habemus et ratam. Ad cujus rei evidentiam presentem cedulam sigillo nostro fecimus roborari.

Datum apud Wormatiam, XV kalendas februarii, indictione II.
Acta anno incarnationis Domini M° CC° XXVIII°.

Henricus Romanorum rex in contentione inter Marquardum abbatem Uterinae vallis [Eussernthal] et rusticos de Goderamstein super Spirae, 20 januarii.

---

(1) Verisimiliter abbatia de Oostbroek apud Trajectum, divo Laurentio consecrata.

cujusdam sylvae communionibus, visis privilegiis ejusdem ecclesiae, sententialiter definit ut ista liberam sylvae communionem habeat.

(Edid. Wurdtwein, *Nova subsidia*, tom. XII, p. 142, n° LI.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustns, universis presens scriptum intnentibus veritatis testimonium acceptare. Talentnm cum lucro certum est enm reportare qni sibi credita non abutitur potestate. Cum itaque divina Providentia in romani regni gubernacnla nos vocaverit (1), mente firma statuimus ut ubicumque cognoverimns juste ac rationabiliter ordinata, ea solidemus et injuriarum actionibns locum denegemus. Quare tam presentibus quam posteris notum esse volumus quod Marqnardo abbate et fratribus suis de Uterina Valle ex una parte et rusticis de Goderamstein et eorum complicibns ex altera coram nobis litigantibus super quibusdam silve commnnionibus que Almenda est appellata, diligenter hinc inde auditis partibns visisqne et auditis predicti clanstri privilegiis, cnm ab inclito genitore nostro Friderico glorioso Romanorum imperatore et ab aliis predecessoribns nostris, tum a loci illius fnndatore Rabodone pie memorie Spirensi episcopo eidem clanstro indnltis, sententialiter ordinavimus et juxta prelibatorum tenorem privilegiorum firmum esse decrevimus ut in silva fundo prefati monasterii adjacenti, de qua fuit contentio, conventus ipse ad omnem suam ntilitatem liberam habeat communionem. Ceterum si quando propter extraneos sen vastatores commnnis silva cnstodienda est, secundum qnod in fundatoris privilegio ordinatum est teneatur. Ut etiam contra sepedictam ecclesiam maligno spiritu aliquando degrassantibns obicibus resistatur validioribus, privilegia a predecessoribus nostris eidem ecclesie tradita rata haberi et firma volentes, statuimus nt si memorati rustici hnic nostre pagine ausu temerario obviare presnmpserint, pene subjaceant centum marcarum auri.

Testes hnjns nostre ordinationis sunt Berengerus Spirensis episcopus,

(1) Notandum quod hic prima vice rex de se ipso tanquam regnum gubernante loquitur.

Cuno abbas de Wizenburg, C. prepositus, Sifridus decanus, Cuno scolasticus majoris ecclesie Spirensis, Stephanus scolasticus ad Omnes Sanctos Spirensis, Eberhardus de Walpurg dapifer regis, C. de Winterstede pincerna regis, Ulricus de Trutelingen, Lupoldus de Grindela, Herwicus de Rorburc (1) magister coquine, H. de Scharphenecke, H. de Crophesberc, Elbuinus Niger Spirensis scultetus, Elbuinus Albus, C. filius Bernhardi, Ditmarus thelonearius, Bertholdus Benzo cives Spirenses.

Ut autem hec nostra ordinatio firma et inconvulsa permaneat presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus communiri.

Actum Spire, anno dominice incarnationis M° CC° XXIX°, V kalendas februarii, indictione prima (2).

Henricus Romanorum rex monasterio Montis Angelorum (Engelberg) collationes confirmat quas iidem fratres receperunt de rebus ad imperium, ad ducatum Sueviae et ad sua patrimonialia bona pertinentibus. Constantiae, 18 maii.

(Edit. ap. *Versuch einer Darstellung des Stift. Engelberg*, p. 112, et memorat. a Boehmero, *Regest. imper.*, p. 233, n° 194.)

Datum Constantie, anno dominice incarnationis M. CC. XXIX°, XV kalendas junii, indictione secunda.

Henricus Romanorum rex burgraviis et universis de Namurco, Bovins et Sansun mandat ut cum comes Namurcensis obierit, ipsi Oettingen, 3 junii.

---

(1) Recte autem *de Rotenburg*.

(2) Indictio erronea seu male transcripta, cum ex notatione loci et anni non nisi secunda esse potuerit.

castra, munitiones et civitates comitatus Ferrando comiti Flandriae libere tenenda et perpetuo possidenda assignent.

(Edid. De Reiffenberg, *Monuments pour servir à l'histoire des provinces de Namur, de Hainaut*, etc., tom. I, p. 137. Coll. cum originali in arch. Bruxell.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis burcgravio castri et universis civibus civitatis Namucencis, burcgravio de Bovins, burcgravio de Sansun (1) et universis consortibus et infeudatis de comitatu Namucensi gratiam suam et omne bonum. Recognoscentes dilecto consanguineo nostro Ferrando comiti Flandrie comitatum Namucensem cum omnibus attinentiis suis in feudo contulisse, prudentie vestre regia auctoritate precipiendum duximus et mandandum ut quia comes Namucensis diem clausit extremum, castra, munitiones et civitates cum attinentiis dicto comiti Flandrie assignetis libere tenenda et perpetuo possidenda. Si quis vero quicquam juris in sepedicto comitatu habere se confidit, coram nobis et principibus proponat et comes Flandrie plenam ei justitiam exhibebit.

Datum apud Oetingen (2), tertio nonas junii, indictione secunda.

Nuremberg, 17 junii.

Henricus Romanorum rex Henrico comiti de Ortenburg dilecto consanguineo suo et ejus haeredibus jus concedit fodiendi aurum, argentum aliaque metalla invenienda in bonis ejus quae ad se et imperium ex antiquo jure approbato pertinere noscuntur (3).

(1) Scilicet *Bouvignes* et *Sansons*.

(2) In inventario, *Dettinghem*; alias etiam *Metingen*. Œttingen autem, qui sat bene in originali legitur, melius itineri convenit.

(3) Per hanc concessionem prima vice mentio fit juris feudalis ex quo Ortenburgica domus bona sua ab imperio tenebat. Henricus iste, frater Rapotonis hujus nominis secundi, palatini Bawariae, a rege consanguineus vocatur propter matrem ejus Elisabeth a domo Guelfica oriundam.

(Memorat. ap. HUSCHBERG, *Gesch. des Gesammt-hauses Ortenburg*, p. 79-80, ex antiquo copiali regesto in arch. Monacensi et ex MSS° quod *Gallisch* vocat.)

Datum apud Nurmberg, [anno Domini] M. CC. XXIX, XV kalendas julii.

[In Bavaria, junio, julio circiter.]

Henricus Romanorum rex collecto exercitu terram ducis Bawariae hostiliter ingreditur illumque cogit ut a vexatione imperatoris Friderici desistat, obsidibus ab eodem duce promissis, sed postmodum non datis (1). Cf. infra *epist. Henr. ad episcop. Hildens.*, **2** *sept.* **1234**.

[In castris in interclusione Argentinae, augusto, septembri circiter.]

Rex reversus de Bawaria cum triumpho alium colligit exercitum ad obsidendum apud Argentinam (2) Othonem cardinalem qui Alemanniam intraverat ad humiliationem imperatoriae majestatis; sed ad instantiam multorum principum exercitum suum solvit (3). Cf. infra *epist. Henr. ad episcop. Hildens.*, **2** *sept.* **1234**.

---

(1) Vid. supra p. 115 et not. 2. De tempore cui haec expeditio, alioqui prorsus incognita, conveniat, cf. BOEHMER, *Regest. imper.*, p. 233.

(2) « Argentinenses obtinuerunt triumphum contra quatuor[decim] civitates sub episcopo » Bertholdo et.... comite Alberto de Habechburch. Accidit haec clades apud Bladolzheim (Blo- » delsheim) VI idus junii. » *Notae Hist. Argent.* ad ann. 1228. « Cum etiam regis indignatio » super hoc accensa fuisset, augmentato postmodum exercitu [comites Pfirritenses et civitates » regis] sequenti anno villas episcopi plurimas incendio concremantes depopulati sunt. » *Annal. Argent.* ap. BOEHMER, *Fontes*, t. II, p. 106, ad ann. 1228 « Rex itaque cardinalem illum cum » haberet suspectum, omnia sibi de civitate exire volenti obcluserat non minus itinera. » CONR. DE FABAR. ap. PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, II, 181.

(3) Vid. supra p. 231, not. 1.

Apud Uberlingen, 23 octobris.

Henricus Romanorum rex Eberhardo abbati de Salem hanc immunitatem confirmat quod de domibus seu possessionibus ipsius monasterii nulla steura nec aliud exactionis genus ei imponi debeat.

(Edider. LUNIG, *Reichsarchiv*, t. XVIII, p. 511. — SARTORIUS, *Apiar.*, p. 50. — HERRGOTT, *Geneal. Habsburg.*, cod. probat., t. II, p. 235, n° CCLXXXVII.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis scultetis suis eorumque concivibus per Sueviam constitutis gratiam suam et omne bonum. Quoniam quidem monasterium de Salem hanc immunitatis gratiam apud patrem et avum ceterosque antecessores nostros hactenus habuisse dinoscitur quod de domibus seu possessionibus quas in civitatibus et circa civitates ipsorum habuit, nulla steura nec aliud exactionis genus eidem monasterio imponebatur; nos predecessorum nostrorum munificam imitantes clementiam eamdem emancipationis gratiam sepedicto monasterio in manum venerabilis et dilecti nostri Eberhardi abbatis regia liberalitate indulgemus et presentis scripti munimine confirmamus. Mandamus igitur et per serenitatem gratie nostre firmiter precipimus ne quis officiatus vel subofficiatus noster memorato monasterio pro domibus seu aliis possessionibus suis tallias vel si quod est aliud postulationis vel stipendii genus imponere presumat. Quod si quid contra hanc nostre exemptionis libertatem attemptatum fuerit, omnino irritum esse volumus et infectum.

Datum apud Uberlingen, anno Verbi incarnati M.CC.XXIX, X kalendas novembris, presentibus venerabilibus Conrado de Sancto Gallo abbate, Henrico curie nostre prothonotario, Guntero comite de Kevernberg, Rodolfo comite de Habesburg, Hartmanno comite de Kiburg, Ulrico de Klingen, Arnaldo de Warte, Eberhardo dapifero, Conrado pincerna de Winterstetten, Henrico de Ravensburg et Dietone patre suo, aliisque quampluribus.

Henricus Romanorum rex abbati et conventui de Petri domo (Petershausen) indulget ut si domum aliquam in civitatibus imperii fuerint adepti, nullam inde dare precariam teneantur. Apud Uberlingen, 23 octobris.

(Edid. LUNIG, *Reichsarchiv*, t. XVIII, p. 413.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis universis officiatis et civibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Cum ex innata nobis regia benignitate loca divino cultui mancipata ampliare studuerimus, ad salutem utrinsque vite nobis non ambigimus profuturum. Hinc est quod nos attendentes devotionem et honestam conversationem dilectorum nostrorum abbatis et conventus de Petri domo, de nostre celsitudinis gratia indulgemus eisdem quod si aliquam domum per emptionem vel donationem in nostris civitatibus adepti fuerint, ab omni exactione precariarum inhabitator ejusdem domus sit absolutus, nec ipsi occasione ejusdem domus ullam dare precariam teneantur. Quapropter mandamus vobis firmissime precipientes quatenus prenotato abbati et suo conventui memoratam nostram gratiam et indulgentiam ratam ac firmam conservetis, alioquin gravem offensam nostre celsitudinis incurretis. Nos vero ad majorem evidentiam et robur valiturum premissorum presens scriptum nostre celsitudinis sigillo jussimus communiri.

Datum apud Uberlingen, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo vigesimo nono, X kalendas novembris, indictione tertia.

Henricus Romanorum rex civibus de Trajecto liberam auctoritatem indulget ipsorum civitatem muris, fossatis ac aliis munitionibus muniendi. Gelnhausen(?), 26 novembris.

(Inedit. ex cop. chartacea in archivo reg. Bruxellensi, *Conseil d'État*, 188, n° 1.)

H. Dei gratia Romanorum rex semper augustus, fidelibus suis sculteto, scabinis et universis civibus de Trajecto gratiam suam et omne bonum. Noverit fidelitas vestra quod nos petitionem vestram gratanti animo duximus admittendam, devotionem et prudentiam vestram in hoc commendantes, et de plenitudine nostra ac auctoritate regia liberam auctoritatem et potestatem vobis indulgemus ut civitatem vestram muris, fossatis ac aliis munitionibus contra quoslibet inimicos imperii et nostros diligenter ac utiliter muniatis. Quicumque vero in premissis vos attemptaverit impedire, gravem offensam nostre celsitudinis se sentiet incursurum.

Datum apud Gandenhusen (1), VI kalendas decembris, indictione III^a.

Nurenberg, 13 decembris.

Henricus Romanorum rex revocat omne quod burgenses Leodienses durante vacantia sedis (2) contra jura praedicti episcopatus fecerant.

(Memorat. ap. BOEHMER, *Regest. imper.*, Uneinreihb. Stücke, p. LXXXVII, ex copia extr. ap. Leodium.)

Datum Nuremberg, anno incarnationis dominice MCCXXIX, idus decembris, indictione tertia.

---

(1) Sic; verisimiliter tamen in originali male transcripto *Geilenhusen*.

(2) Hugo episcopus Leodiensis 12 april. hujus anni obierat; cui successit Johannes 29 maii.

ANNO 1230. — INDICTIONE 3.

Legatus Leodium..... veniens (1) ab advocato Aquensi et Arnoldo de Gimmenich et aliis fautoribus imperatoris fugatur et vix evadens in castro Hoyo recipitur (2). Pro qua injuria sibi illata excommunicationis sententiam in Leodiensem civitatem promulgat exire praecipiens totum clerum (3). Eadem etiam excommunicatione postea Aquenses ligat pro eo quod episcopum Mutinensem de Prutia post [Januario februario.]

(1) Iste autem 19 decembris 1229 Constantiae morabatur, ex privilegio monasterio Sanctae Mariae Magdalenae indulto, dat. Constantie, anno Domini M CC XXIX, XIV kalendas januarii, indictione II, ap. LEIBNITZ, *Access. Hist.*, t. 1, append. 8. « Peragratis superioribus Alemanniae partibus, Otto sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, postmodum episcopus Portuenais, venit Leodium dominica in Septuagesima (Sexagesima?) in qua canitur tractus : *Commovisti Domine terram et conturbasti eam*, quae erat septimo kalendas februarii (26 januarii) anno praescripto 1231, ut Johannem tunc praesulem Romanae Ecclesiae fœdere consimili copularet. » ÆGID. AUREAV. ap. CHAPEAVILLE, II, 259.

(2) « Qui legatus in vigilia sancti Valentini (13 febr.) Hoyum veniens honorifice a Johanne episcopo recipitur in castro Hoiensi. » ALBERIC. ad ann. 1230. « Et cum idem cardinalis transacto tempore (scilicet post concilium Herbipolense, ut narrat), exiret portam civitatis Leodiensis, quidam de mandato regis, ut dicitur, ipsum interficere voluerunt. Unde et crimen illud quod unus vel duo ribaldi attentabant, cardinalis in totam civitatem retorsit, et hac occasione ipsa civitas fere per annum gravi interdicto subjacuit. » *Idem*, ad ann. 1231.

(3) Cf. ÆGID. AUREAV. loc. supr. citato, et *Hist. monast. S. Laur. Leod.* ap. MARTENE, *Ampliss. collect.*, t. IV, p. 1098. Qui narrant cleros Leodienses, cum super praebendis suis inter omnes aequaliter dividendis cardinali valde resisterent, in auxilium suum praesidem Aquensem advocasse. Quo audito, Otto cum episcopo urbe egressus, populum sibi minas injecisse ratus, Leodium interdicto supposuit. Postquam autem rex Henricus ducem Ardennae (scil. de Limburg) huc misisset ad veritatem inquirendam, episcopum regalibus exuit : unde sententia gravior, rixae in urbe et facinora commissa. Pace tamen inter Papam et imperatorem conclusa, sententiam legatus relaxavit. Unde patet Ægidium errasse, rem totam ad ann. 1231

legationem suam redeuntem (1) dicti fautores imperatoris Aquisgrani ceperant. Godefr. Mon. Colon. *Annal.* ap. Struve, I, 397, ad ann. 1228.

Apud Spiram, 22 januarii.

Henricus Romanorum rex notum facit universis quod cum domus quaedam lapidea in Esslingen sita attineat ecclesiae in Esslingen pleno jure, canonici majoris ecclesiae Spirensis super eadem domo minime molestari debeant.

(Inedit. ex *lib. obligat. eccles. Spir.*, I, f. 73, v°, in archivo Carlsruhensi.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonnm. Cum ex suscepto regni nostri gubernaculo unicuique jus suum conservare teneamur (2), inde est quod ea qne geruntur coram nobis et per judicium et approbatas sententias diffiniuntur, ne tractu temporis aut calliditate cujuspiam possint obfuscari vel retractari, memorie litterarum sepius commendamus. Ex insinuatione igitur presentium no-

---

referendo. Aliud insuper argumentum ex diplomatibus desumimus cum 24 nov. 1230 rex Henricus civibus Leodiensibus promittat quod nunquam cum episcopo Leodiensi aliquem tractatum habebit nisi ipsorum libertates ille recognoscat; paulo post tamen, scilicet 20 januar. 1231, in curia cui aderant dux de Limburch, Wilhelmus advocatus Aquensis et Arnoldus de Gimmenich, episcopum eumdem quem vocat dilectum principem et consanguineum suum in gratia sua colligat et confoederationes a Leodiensibus factas revocet. Concordiam igitur sub finem anni 1230 restauratam clare discimus.

(1) Hanc legationem Albericus ad ann. 1228 his verbis memorat: « In Prutia vero quae est » ultra Poloniam et ultra Pomeraniam episcopus Mutinensis Guillelmus missus a papa legatus.» Iste autem episcopus apud Naumburg 6 febr. 1230 morabatur (vide infr. docum. 9 junii 1231, not. 1), et mense augusto apud Ceperanum jam in Italiam reversus super pace testimoniales litteras dedit (vid. supra p. 220). Itaque excommunicatio de qua hic agitur ad mensem aprilem vel maium circiter hujus anni 1230 reponenda videtur; quod magis etiam Ægidium Aureavall., saltem in notatione anni, errore arguit.

(2) Vid. supr. p. 396 not. 1.

tum esse volumus quod constituti coram nobis apud Spiram dilecti fideles nostri prepositus, decanus totumque capitulum Spirense ecclesie majoris per testes ydoneos et sufficientes probaverunt quod domus lapidea in Esselingen sita prope cymiterium attineat ecclesie in Esselingen pleno jure, que etiam cum omnibus attinentiis majori ecclesie Spirensi dinoscitur attinere. Ne igitur super eadem domo prenotati canonici possent in posterum ab aliquo molestari, presens scriptum nostre sigillo celsitudinis roboratum ipsis precepimus exhiberi.

Testes qui interfuerunt hii sunt G. de Hohinloch, R. de Kiselawe, C. de Rietberg, L. de Schippha, C. pincerna de Dingenberc (1), F. de Tanne, C. de Witirstat (2), H. de Scharphinecke, Rindesmule, E. de Hertingisberg, H. de Crophisberg et alii quamplures.

Datum apud Spiram, anno dominice incarnationis M. CC. XXX, undecimo kalendas februarii, indictione tertia.

Henricus Romanorum rex civibus de Columbaria, Schlettstadt et Kaisersberg procuratorique suo de Wigersheim mandat ne aliquod genus exactionis exigant ab abbate et conventu Parisiensi de transitu, venditione et emptione bonorum in ipsorum civitatibus. Hagenau, 15 februarii

(Edid. Hugo, *Sacr. antiq. monum.*, tom. II, p. 293, ex confirmat. Carol. IV, ann. 1354.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, fidelibus scultetis et universis civibus de Columbaria, de Schlettsatt, de Keisersperg, et procuratori de Wigersheim gratiam suam et omne bonum. Universitati vestre duximus significandum quod nos divine pietatis intuitu dilectis nostris abbati et conventui Parisiensi talem fecimus gratiam et dedimus

---

(1) Verisimiliter *Clingenberc.*
(2 Verisimiliter *Winterstettin.*

libertatem ut bona ipsorum libere absque theloneo vestras transeant libere civitates et quid emerint vel vendiderint tamen nullus vestrum ab ipsis aliquod genus exigat exactionis vel requirat, sed in premissis regia nostra authoritate liberi permaneant et immunes; verumtamen ipsos una cum bonis ipsorum, sicut nostram diligitis gratiam obtinere, habeatis recommendatos et commissos, prout a vobis duxerint requirendum. Quod qui non fecerit, gravem iram nostre serenitatis cum dispendio rerum suarum se noverit gravius incurrisse.

Datum apud Hagenove, XV kalendas martii, indictione tertia.

.... 20 februarii. Henricus Romanorum rex procuratori Burgundiae, sculteto civibusque de Berno et universis mandat ne quis fratres domus Sanctae Mariae Theutonicorum in Jerusalem impedire audeat in collatione ecclesiae de Kunitz quam imperator pater suus eidem domui liberaliter contulit.

(Edit. in *Soloth. Wochenbl.*, ann. 1828, n° 23, p. 234.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis procuratori Burgundie pro tempore constituto necnon sculteto et universis civibus de Berno et universis hanc litteram inspecturis gratiam suam et omne bonum. Innotuit celsitudini nostre certo certius quod serenissimus dominus imperator pater noster ecclesiam de Chuniz domui Theutonicorum Sancte Marie in Jerusalem cum omni jure et libertate ac fundo liberaliter contulit libere tenendam et perpetuo possidendam. Veniens itaque ad nos prepositus seu plebanus ejusdem ecclesie quedam nostris auribus instillavit de quibus tamen nulla haberi poterat certitudo; postmodum venientes et fratres dicte domus Theutonicorum puram nobis ostenderunt per privilegia veritatem. Volentes igitur eamdem eis ecclesiam a quorumlibet vexatione pro juribus defensare, mandamus vobis

sub pena gratie nostre districte precipientes ut nullus sit qui sepedictos fratres ausu ductus temerario in collatione prefate ecclesie audeat impedire vel damnum aliquod irrogare. Quod qui fecerit, iram nostram gravem sentiet et offensam.

Datum anno dominice incarnationis M. CC. XXIX, decimo kalendas martii, indictione tertia.

I.

Henricus Romanorum rex Nicolaum archiepiscopum Bisuntinum de regalibus investit, ejus privilegia confirmat, cleroque et civibus mandat ut ei de omnibus justitiis et rationibus ecclesiae Bisuntinae plene respondeant. Apud Ulmam. 17 martii.

(Edid. SUDENDORF, *Merkwürdige urkund. für die Deutsch. Gesch.*, erst. Theil, p. 105, n° LIII, ex confirmatione imperatoris Rudolfi II, 24 septembris 1588; coll. cum copiis recentioribus in collect. DROZ, *Titres de l'archev. de Besançon*, tom. II, f. 455, in Biblioth. Paris.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, infeudatis, ministerialibus, clero et civibus, necnon universis imperii fidelibus Bisuntine ecclesie, quibus he littere ostense fuerint, gratiam suam et omne bonum. Accedentem ad presentiam nostram dilectum principem nostrum Nicolaum venerabilem archiepiscopum Bisuntinum (1) benigne et eo quo decuit et debuimus accepimus honore. Dictante quoque communi sen-

(1) Discimus ex epistola (Regest. Gregor. IX, ann. II, n° 90) decanis et capitulis Sancti Johannis et Sancti Stephani Bisuntinis directa summum pontificem, cum in electionem archiepiscopi infra terminum praescriptum ipsi consentire non potuissent, Nicolaum de Flavigniaco Lingonensem decanum in antistitem ipsis providisse. Exponit autem papa quod hunc tandem elegerit, postquam Johanne eorum archiepiscopo ad cardinalatum cum titulo episcopi Sabinensis translato, electionem de abbate Sancti Benigni Divionensis primo factam propter formae vitium cassavisset. Dat. Perusii, X kal. martii, ann. II (20 febr. 1229).

tentia principum, de regalibus Bisuntine diocesis investivimus eumdem, mandantes universitati vestre per nostram et imperii gratiam firmiter precipiendo quatenus prenominato archiepiscopo de omnibus justitiis et rationibus ecclesie Bisuntine plene respondeatis et tanquam domino vestro per omnia intendatis. Scientes quod ipsum sincere diligimus et fovemus, nihil eorum que commodo suo conducere potuerint et honori omittentes et veluti precipuum imperii principem promoventes, et omnia jura eidem reddidimus que predecessores sui a nobis vel nostris predecessoribus hactenus tenuerunt.

Datum apud Ulmam, XVI kalendas aprilis, indictione tertia.

II.

Altera praecedentis mandati forma de investitura regalium Nicolao archiepiscopo Bisuntino concessa.

(Edit. *ibid.*, n° LIV; coll. cum copiis recentioribus, ibid. ut supr. fol. 457.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, infeudatis, ministerialibus, militibus et civibus universis imperii fidelibus Bisuntine ecclesie quibus hee littere ostense fuerint, gratiam suam et omne bonum. Accedentem ad nos venerabilem principem nostrum Nicolaum archiepiscopum Bisuntinum de regalibus dioecesis Bisuntine investivimus, et omnia jura eidem reportari fecimus que predecessores sui a nobis vel predecessoribus nostris obtinere hactenus communi principum dictante sententia meruerunt; eumdemque principem nostrum sincere diligere volumus et fovere in tantum ut quicumque ipsum offendit, majestatem nostram se noverit offensurum; mandantes universitati vestre per nostram et imperii gratiam firmiter precipiendo quatenus prenominato principi nostro jura sua sine diminutione aliqua illibata et integra conservetis ipsumque et honorem suum et bona sedis sue juribus defen-

datis, [et] contra malefactores suos manum auxilii vestri cum opus fuerit extendatis.

Datum apud Ulmam, XVI kalendas aprilis, indictione tertia.

III.

Altera praecedentis mandati forma in qua additur ut universa officia sua archiepiscopus Bisuntinus debeat pro voluntate commutare, exceptis principalibus quatuor officiis.

(Edit. *ibid.*, n° LV; coll. cum copiis recentioribus, ibid. ut supra, fol. 458.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, infeudatis, ministerialibus necnon universis imperii fidelibus Bisuntine ecclesie quibus he littere ostense fuerint, gratiam suam et omne bonum. Accedentem ad presentiam nostram Nicolaum venerabilem archiepiscopum Bisuntinum benigne et eo quo decuit et debuimus recepimus honore. Dictante quoque communi sententia principum de regalibus Bisuntine dioecesis investivimus eumdem, mandantes universitati vestre per nostram et imperii gratiam firmiter precipiendo quatenus prenominato archiepiscopo de omnibus justitiis et rationibus ecclesie Bisuntine plene respondeatis et tanquam domino vestro per omnia intendatis. Ad hec obtinuit in sententia more solito et consueto prenominatus princeps noster quod universa officia sua si vult juxta beneplacitum suum per homines ecclesie debeat immutare, exceptis quatuor principalibus, videlicet officiis dapiferi, pincerne, mareschalli et camerarii, permittendo ex antiquo jure imperii ut monetam et theloneum et his similia pro sua voluntate collocet et immutet. Scientes quod ipsum sincere diligimus et fovemus, nibil eorum que commodo suo conducere potuerint et honori omittentes et velut imperii principem promoventes.

Datum apud Ulmam, decimo sexto kalendas aprilis, indictione tertia.

Geinhausen, 9 aprilis.

Henricus Romanorum rex fratres monasterii de Burnebach (Brumbach) a qualibet exactione officialium suorum perpetuo liberos declarat, excepto quod nuntii sui transeuntes apud ipsos congrue recipiantur.

(Edid. Guden., *Sylloge varior. diplomat.*, p. 592.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Heinricus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus omnibus in perpetuum. Regalis magnificentie deposcit clementia ut omnibus quidem fidelibus in suis necessitatibus subveniamus; hos autem precipue quos rex regum et dominus dominantium ab hujus mundi vanitatibus ereptos peculiares sibi statuit servitores ut in suo felici proposito valeant perseverare, quantum possumus ipso cooperante teneamur adjuvare et eorum precibus benevolas regie pietatis aures omni difficultate remota clementer accommodare. Noverit igitur universitas fidelium quod licet universam ordinis Cisterciensis fraternitatem sub alis nostre protectionis defensare parati simus, precordiales tamen nostros fratres de Burnebach tanquam in sinu benevolentie majoris exceptos tali gratia pre ceteris donavimus ut ab omni advocatorum, scultetorum vel quorumlibet officialium nostrorum quacumque exactione liberi perpetuo sint et absoluti; ea videlicet conditione ut nobis apud Wirtzeburg vel serenissima conjuge nostra sive in illo confinio existentibus, neque equi in eorum curiis hospitentur nec exactiones ab eis quoquomodo exigantur. Et ut breviter omnia concludamus, nulla penitus ab eis servitia requiri volumus, excepto quod nuntii nostri transeuntes cum necessitas ingruerit apud ipsos congrue recipiantur. Ut ergo prescripta libertatis donatio prefati cenobii firma permaneat in perpetuum, presentem eis paginam donavimus sigilli nostri auctoritate roboratam.

Hujus facti testes sunt Gerlacus de Budingen, Godefridus de Hohinloch,

Conradus pincerna de Clingenburg, Waltherus pincerna de Limpurg, Engelhardus de Nideken, Ludevicus de Schyphe, Fridericus de Kesselbach, Conradus de Winsperg, Ludolphus de Frideberg burggravius, Hertwicus magister coquine de Rodinburc, et alii quamplures idonei.

Acta sunt hec anno gratie M. CC. XXX, V idus aprilis.

Data apud Geilnhusen.

Henricus Romanorum rex dilectis fidelibus suis civibus Leodiensibus recognoscit et confirmat libertates et jura universa ibidem expressa, quae Albertus quondam Leodiensis episcopus eisdem civibus contulerat.

Geilnhausen, 9 aprilis.

(Edid. Foullon, *Histor. Leod.*, tom. II, p. 390 et 388, ex originali unde sigillum regis erat appensum.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus VII divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus. Convenit clementie nostre celsitudinis piis et justis petitionibus et maxime iis quibus fidelitas et honestas suffragatur benignum et favorabilem prebere assensum et eorum paci et tranquillitati operam impendere diligentem. Hinc est quod nos ad imitationem predecessorum nostrorum dilectis fidelibus nostris civibus Leodiensibus propter devota et preclara obsequia que imperio exhibuerunt et nobis poterunt exhibere, consuetudines, libertates et jura universa que pie memorie Albertus Leodiensis episcopus ipsis civibus contulit, sicut inferius notata sunt, plene eis recognoscimus et inviolabiliter semper observari et custodiri jubemus (1). Cives Leodienses non

(1) Quae sequuntur usque ad notas chronologicas de verbo ad verbum renovantur ex privilegio Philippi Romanorum regis, dato apud Duram, ann. Dom. incarnationis 1208, tertio nonas junii, indictione XI. *Ibid.*, p. 388, et ap. Louvrex, *Recueil*, I, 2.

debent talliam neque scotum neque debent exercitum neque aliquem equitatum, sed si aliquod castrum ecclesie vel domus defensalis obsessa vel ab hostibus occupata fuit, episcopus primum per quindecim dies cum auxiliis suis militibus, oppidanis et villanis ad repellendos hostes movebit arma et ante castrum vel domum sedebit; infra tamen hos quindecim dies debet episcopus rem et negotium nuntiare civibus Leodiensibus et mandare ut sint parati et si opus fuerit post hos quindecim dies in auxilium venire; transactis autem his quindecim diebus, si illud forefactum non fuit emendatum, debet episcopus Leodiensis mittere cum quadraginta militibus liberum advocatum ecclesie, scilicet advocatum Hasbanie, qui armatus in ipsa majore ecclesia accipiet vexillum beati Lamberti cum impositione juramenti quod illud portabit fideliter nec illud nisi mortuus aut captus deseret; sic quod ipso ducente et previo producetur Leodiensis exercitus usque ad locum ubi erit episcopus, ibique cum episcopo cives Leodienses in armis tamdiu morabuntur donec si Deus permiserit forefactum illud ad honorem ecclesie et episcopi emendabitur. Civis Leodiensis sive vir vel femina non debet citari neque excommunicari ad Sanctam Mariam nisi per synodalium sententiam, nisi contingat culpam talem esse unde synodales non debeant judicare. Si servus alicujus in civitate Leodiensi manserit et in eadem mortuus fuerit, possessio ejus et tota supellex cum omni integritate uxori ejus et liberis debet cedere vel propinquis ipsius si habuerit vel distribui in eleemosynam ubi eam ille servus moriturus dudum constituit, et si domino servi placuerit, corpus illius tantum deferri licebit; quod de servis diximus, idem de ancillis dictum esse volumus, nisi forte infantes habeant de quibus justum est et bene conceditur ut ad servitutem dominorum suorum transeant. Nullus advocatus potest a cive Leodiensi sub advocationis titulo aliquod servitium sive talliam sive scotum exigere, nisi forte ille voluerit libenter dare. Ab aliquo cive qui sit communicandus vel injungendus non debet quispiam aliquam exigere pecuniam, sed si a communicato vel injuncto aliquid ex charitate datur, hoc cum benedictione Dei gratanter accipiatur. Civis Leodiensis vir vel femina non potest cogi ab aliqua justitia ad faciendum judicium propter inculpationem aliquam, nisi coram judicibus

illud offerat et facere velit per voluntatem spontaneam. Civis Leodiensis quamdiu coram villico et scabinis stare in justitia volet, ad majorem justitiam trahi non potest. Si quis civium propter suam culpam abjudicatus fuerit, de corpore ipsius debita justitia fiat, tota vero possessio ejus et supellex uxori et infantibus sive propinquis de jure cedat. Si quis civium terram extra civitatem alicubi in episcopatu tenet, nullum inde scotum, nullam inde talliam debet, neque potest cogi ut fiat ibi villicus sive forestarius sive synodalis aut scabinus. In aliqua domo que sit in Leodiensi banno non licet villico neque scabinis ad querendum furem vel furtum vel faciendum spifinium intrare, si non fiat per voluntatem illius qui in eadem domo manet. In aliqua Leodiensi ecclesia, in taberna, in domo aliqua non licet villico neque scabinis nec eorum ministris ut precipiant quod aliquis veniat ad justitiam vel propter catallum seu propter aliam culpam. Si alicui libero homini ad faciendam legem suam unus aut duo liberi homines defuerint, bene licebit civibus Leodiensibus cum eo et pro eo juvare, si tamen de causa defuit. In civitate Leodiensi non debet panis aliter vendi quam quatuor pro denario, nisi modius tritici ematur pro decem solidis vel pro majore pretio; similiter cerevisia non debet aliter vendi quam pro denario quatuor bitterii, nisi sit tam carum tempus quod pro quadraginta denariis et obolo ematur brasii modius. Nullus civis debet capi vel teneri sine judicio scabinorum. Si furtum vel preda vel raptum vel aliquis captus per civitatem Leodiensem ducitur, a justitia civitatis usque ad rectum faciendum detineatur. Nullus afforaneus vel nullus pugil potest de jure civem Leodiensem ad duellum appellare, vel si quis adversus civem dicere habeat, recto et justitia per villicum et scabinos fieri debet. Mulier Leodiensis quando ibit ad purificationem dabit unam candelam et faciet suam oblationem. In Leodio de venditione vini debet bis in anno institutio et assensio ex concilio ecclesie et civium fieri. Tres bannos habet episcopus de jure in anno, primum de vino si suum proprium fuerit, in Pascha secundum de siccis carnibus propriis ante quadragesimam, tertium autem in festo Sancti Johannis Baptiste de segete sua. Octo diebus ante Natale et octo post Natale, octo etiam ante dimissionem carnium et octo post, octo

quoque ante Pascha et octo post Pascha ibit civis Leodiensis per civitatem libere ita quod eum nullus possit pro aliquo debito infra hos dies in jus trahere. In civitate Leodiensi non licet cauponibus ut revendant carnes emere alevia sive recentia sive sint salsa, neque pisces salsos sive recentes, nec volatilia neque venationem priusquam cives emerint, deinde ministri ecclesiarum, servientes clericorum et clientes civium. Post horam vero nonam hec omnia cauponi emere licebit, sed inde decet tale forum reddere quale dederat prius ille qui vendidit. In civitate Leodiensi vir cujus est officium illuc vendere non debet ille plus quam summam illam que last vulgariter dicitur similiter emere aut in solarium suum reponere a festo Sancti Martini usque ad natalem Domini. Si carnifex porcum aut vaccam aut bovem ad interficiendum emerit et illam serviens alicujus clerici vel civis habere voluerit, carnifici tot solidos vel denarios quot ipse bestiam illam emerat reddet et illam recipiet, et si fieri non potest alio modo unum tantum denarium dabit, et de lucro ille qui vendit illic postquam summam illam que last appellatur vendiderit aliam emere recenter (*a*) poterit. Si quis civis de aliquo debito coram justitia fuit convictus, precipere debet ei villicus ut hoc debitum vel solvat, vel nisi fidejussores dederit ante solis occasum et si neutrum fecerit, turrim episcopi aperto ei ostio ingrediatur, nec inde, licet apertum sit ostium, donec debitum solverit egrediatur. In civitate Leodiensi si quis hereditatem aliquam acquisiverit et eam in pace et sine calumnia per annum unum et diem tenuit et decensavit, illam de cetero in quieta pace possidere debet nec ab aliquo ad reclamandum in jus trahi de jure potest. Ad cujus rei memoriam presens inde privilegium conscriptum sigilli nostri caractere jussimus communiri.

Datum apud Gelnhusen, anno dominice incarnationis M. CC. XXX, V idus aprilis, indictione III.

(*a*) Forsan *licenter*.

Henricus Romanorum rex notificat per sententiam principum in curia sua fuisse judicatum quod Henricus major filius ducis Lotharingiae possit se intromittere de bonis quae defuncta matre possidet, si idem dux alienare aliquid velit de bonis eisdem. Apud Frideberg, 28 aprilis.

(Edider. BUTKENS, *Troph. du Brab.*, I, 78. — LUNIG, *Cod. Germ. diplom.*, II, 1095. — PERTZ, *Monum. Germ. hist.*, t. IV, p. 266. Coll. cum *Regist. des Chart. de Brab.*, B fol. 5 verso, in arch. Bruxell.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, omnibus ad quos presens scriptum pervenerit gratiam suam et omne bonum. Notum facimus quod cum Henricus major filius illustris principis ducis Lotharingie matrem habuerit et illa sit mortua, per sententiam principum in curia nostra est judicatum, si idem dux de bonis que possidet aliquid alienare vel in manus transferre vellet alienas, dictus Henricus se de eisdem bonis posset intromittere et ea occupare licenter ad usus suos et tenere.

Datum Frideberge, anno gracie millesimo ducentesimo tricesimo, proxima tercia (*a*) dominica post festum Pasche, IIII° kalendas maii, indictione III°.

Otto Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis apostolicae Sedis legatus episcopis Monasteriensi, Paderburnensi et Osnaburgensi mandat ut favorem et auxilium impendant abbati de Bredelar fratribusque praedicatoribus Conrado de Huxaria (Höxter) Tornaci, 13 maii.

(*a*) Hanc vocem *tertia* ap. Pertz omissam, valde tamen necessariam ex codice restituimus.

et Ernesto de Osnabrück, quibus ad reformationem cleri tam regularis quam secularis officium visitationis commisit.

(Edid. SCHATEN, *Annal. Paderb.*, t. II, p. 7, ad ann. 1230.)

Venerabilibus in Christo patribus Monasteriensi, Paderburnensi et Osnaburgensi episcopis, Otto miseratione divina Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis apostolice Sedis legatus salutem in Domino. Cum ex injuncto nobis legationis officio ad statum et reformationem ecclesiarum legationis nostre intendere teneamur, quia per loca singula discurrere non possumus per nos ipsos, viros de quorum discretione et honestate confidimus nos interdum oportet dirigere qui suppleant vices nostras. Unde cum dilectis in Christo abbati Bredelarensi ordinis Cisterciensis, fratribus Conrado de Huxaria priori provinciali fratrum predicatorum Theutonie et Ernesto Osnabrugensi ejusdem ordinis (1), de quorum vita et scientia plenam in domino fiduciam obtinemus, nostris dederimus districte litteris in preceptis ut in monasteriis tam monachorum quam canonicorum regularium nec non et in conventibus ac decanatibus clericorum secularium, cum etiam vos multiplicibus occupati ad hec sicut credimus intendere non possitis, impendant visitationis officium, vice nostra corrigendo et reformando tam in capite quam in membris que correctionis et reformationis officio videbunt indigere (2); paternitatem vestram rogamus et exhortamur in Domino qua fungimur vobis aucto-

(1) De visitatoribus per alias Alemanniae partes ordinatis ab eodem legato et de severitate qua in remissos monachos usi fuerunt, cf. CONR. DE FABAR. ap. PERTZ, *Monum.*, II, 182, et *Chronic. Erphord.* ap. BOEHMER, *Fontes*, II, 389. Quum autem Dominicani propter ordinis novitatem ardentemque zelum caeteris invisi forent, haec praecipua causa fuit cur maxima pars cleri tam acriter cardinali obstiterit. Vide infra sub hujus anni fine et ad initium sequentis.

(2) Extant ap. SCHATEN, *ibid.*, p. 15 et seqq., litterae Conradi et Ernesti super divisione episcopatus Paderburnensis, datae anno incarnationis M CC XXXI, indictione IV, XII kalendas februarii, et confirmatio super divisione ecclesiae sancti Odelrici in Paderburn ab episcopo Bernardo concessa « prout idem dominus Otto..... *tunc temporis* Teutoniae legatus dividi » mandavit.... Acta sunt hec anno Domini M CC XXXI, indictione IV, anno pontificatus III, » idus januarii. »

ritate precipiendo mandantes quatenus predictis visitatoribus favorem vestrum, consilium et auxilium efficaciter impendatis, ita quod vobis sit meritorium apud Deum et status ecclesiastici ordinis comprobemini zelatores, nos quoque sollicitudinem vestram debeamus ex hoc merito commendare et negligentiam redarguere durius non cogamur.

Datum Tornaci, III idus maii (1).

Series instrumentorum quibus Henricus Romanorum rex Odam in abbatissam Nivellensem noviter electam regalibus investit, si quid de bonis ejusdem ecclesiae alienatum fuerit per judicium Ekkeberti Bambergensis episcopi, Henrici de Niffen, Friderici de Truhendingen et Anselmi de Justingen ad unitatem revocat, eamdemque et omnia bona ejus sub sua et imperii speciali protectione recipit.

Apud Nuremberg, 8, 10 et 11 junii.

I.

(Inedit. in archivo Bruxellensi ex cod. cui titulus *Chartulaire de Nivelle*, fol. 19 verso.)

---

(1) Non dubitandum quin ad ann. 1230 nos recte referamus, cum alterum ejusdem cardinalis instrumentum pro monasterio de Burtscheid, ap. QUIX, *Gesch. von Burtscheid*, p. 227 exhibeatur, ex originali ita dato : Tornaci, VI idus maii, anno Dom. M CC XXX. Nescimus an huic loco conveniat quod *Chron. Andrens. monast.*, ap. DACHERY, *Spicileg.*, II, 867 ita narrat : « Rex Alemanniae sanctae Romanae ecclesiae legatum in Daciam transmissum ne per » regnum suum transitum faceret inhibuit et Valentianis diu moram facere coegit. » Sed legationem et iter ejusdem cardinalis per Daciam non nisi in secunda hujus anni 1230 parte reponenda ex rerum ordine censemus : « Cardinalis Alemanniae dominus Otto fuit in Dacia et dis» sensionem quae in electione Rigensis episcopi emerserat in Livonia perfecte determinavit, » ita quod illum qui eligebatur ex parte Bremensis capituli cassavit et Nicolaum de Medeborch » canonice electum consecravit. » ALBERIC., *Chronic.*, p. 536, ad ann. 1230. Cf. ALB. STAD., ad ann. 1229, et GRUBER, *Origin. Livon.*, p. 267.

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis universis infeodatis, ministerialibus, scabinis, villicis et burgensibus abbatisse Nivellensi attinentibus gratiam suam et omne bonum. Cum ex insinuatione Nivellensis capituli nobis constitit Oda (1) concanonica Nivellensis concordi electione esse electa in abbatissam, mandamus universitati vestre per gratiam nostram firmissime precipientes quatenus prelibate abbatisse quam investivimus regalibus pleno jure de omnibus justitiis et rationibus suis intendatis et obediatis ad plenum tanquam dilecte principi nostre, fidelitatem et homagia et alia jura in quibus teneamini eidem impendentes. Quod qui non fecerit, gravissimam iram nostram in [se] (*a*) sentiet et offensam, quia indempnitati ejusdem studiosius duximus precavendum. Ut autem in premissis nullam habeatis ambiguitatem, presentem litteram ipsi tanquam dilecte principi nostre indulsimus sigilli nostri munimine roboratam.

Datum apud Nuremberg, VI idus junii.

II.

(Inedit. *Ibidem*, fol. 18 verso, 19 recto.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ad notitiam universorum cupimus pervenire quod nos omnia bona ecclesie Nivellensi attinentia sub nostram et imperii specialem recepimus protectionem, in irritum revocantes quidquid de bonis jamdicte ecclesie indebite esse dinoscitur alienatum. Privilegia vero et

(*a*) Forsan *incurrisse*.

(1) Inter Hiburgim (vid. supra p. 313) et Odam istam historici memorant alteram abbatissam nomine Bertham, quae non diu præfuisse videtur.

omnia jura a nostris predecessoribus ipsi ecclesie indulta illibata et firma proponimus conservare. Inde est quod sub obtentu nostre gratie firmiter precipimus quatenus nullus ausu ductus temerario bona prenotate ecclesie sibi usurpare presumat aut in aliquo dampnificare. Quod qui fecerit, gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incursurum, et dampna que eidem ecclesie fecerit ab ipso requiremus.

Datum apud Nuremberch, IIII° idus junii, indictione III.

III.

(Inedit. *Ibidem*, fol. 621 recto.)

E. Dei gratia Babenberiensis episcopus, universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum. Noverit universitas vestra quod nos apud Neurenberc presentes fuimus in aula regali ubi serenissimus dominus noster H. Romanorum rex et semper augustus per judicium (a).... abbatisse Nivellensi quod spectet ad ecclesiam vel abbatiam Nivellensem, que omnia sunt sub tuitione dextere regalis, ad unitatem revocavit. Si etiam per negligentiam dictorum antecessorum suorum privilegiis dicte ecclesie vel abbatie fuerit derogatum in aliquo, ipsum irritum decernens privilegia et libertates ipsis ab antecessoribus suis collatas approbavit.

Actum anno Domini millesimo ducentesimo tricesimo, mense junii.

IV.

(Inedit. *Ibidem*, fol. 17 verso.)

H. de Nymphe, Fridericus de Truhendingen, Anselmus de Justingen,

(a) Plura desunt, sed facile ex documento sequenti supplentur.

universis presentes litteras inspecturis salutem et omne bonum. Noverit universitas vestra quod nos apud Neurenberc presentes fuimus in aula regali ubi serenissimus dominus noster H. Romanorum rex et semper augustus per judicium episcopi Babenberiensis et nostrum si quid alienatum fuerit peraute cessores [suos] venerabili domine O. Dei gratia abbatisse Nyvellensi quod spectet ad ecclesiam vel abbatiam Nyvellensem, que omnia sunt sub tuitione dextere regalis, ad unitatem revocavit. Si etiam per negligentiam dictorum antecessorum suorum privilegiis dicte [ecclesie] vel abbatie fuerit derogatum in aliquo, ipsum irritum decernens privilegia et libertates ipsis ab antecessoribus suis collatas approbavit.

Actum anno Domini M° CC° XXX°, mense junio.

V.

(Inedit. *Ibidem*, fol. 1 recto et fol. 383 verso, ex confirmatione imperatoris Caroli IV. Dat. Pragae ann. 1348, 2 idus julii.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum fuerit ostensum gratiam suam et omne bonum. Cum nos omnia bona ecclesie Nyvellensis sub nostram et imperii specialem protectionem receperimus, et quia eadem ecclesia a nostris progenitoribus est fundata, mandamus sub obtentu gratie nostre universitati vestre firmissime precipientes ut nullus ausu temerario ductus dilectam principem nostram venerabilem abbatissam ejusdem loci vel burgenses ejus occasione alicujus guerre suscepte inter ducem Brabantie vel comitem Flandrie aut inter alios in personis aut rebus dampnificare presumat. Quod qui attemptaverit nostre gratie totaliter expers erit quousque lesum sufficienter emendaverit et ex integro restituerit ablata.

Datum apud Nuremberch, III ydus junii, indictione tertia.

Henricus Romanorum rex Ottoni palatino comiti Rheni villam Waltdorf cum omnibus attinentiis ejus remittit. Apud Egram, 17 junii.

(Edid. HOEFER, *Zeitschrift für archivkunde*, pars II, p. 511, n° 23; ex libro copiali in archiv. Carlsruh.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum fuerit exhibitum gratiam suam et omne bonum. Ut ad nostre posteritatis (*a*) notitiam ea que geruntur a nobis perveniant certiora, litterarum testimoniis commendamus ne tractu temporis possint obfuscari. Innotescat igitur universis quod nos dilecto nostro principi illustri O. palatino comiti Rheni villam Waltdorff remisimus cum omnibus attinentiis que ad eamdem villam spectare dinoscuntur. Et ad majorem securitatem presens scriptum sigillo nostre celsitudinis communitum prenotato palatino comiti Rheni precepimus exhiberi.

Datum apud Egram, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo, quinto decimo kalendas julii, indictione tertia.

Henricus Romanorum rex de providentia consilii sui Judaeis Ratisponensibus libertatem a suis progenitoribus obtentam auctoritate regia confirmat, ut aurum et argentum emere et vendere in civitate Ratisponensi possint nec ante judicem nisi quem ipsi elegerint in causa trahi debeant; denique possideant absque contradictione cujuslibet quaecumque decem annis in potestate habuerint. Nuremberg, 30 junii.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXXI, pars 1ª, p. 538, ex transumpto anni 1499, — et ap. GEMEINER, *Vom ursprung Regensb.*, p. 73.)

(*a*) In impresso *prosperitatis*, male.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus hanc litteram inspecturis gratiam suam et omne bonum. Universitati tam presentium quam futurorum duximus declarandum quod nos de providentia consilii nostri universis Judeis Ratisponensibus talia jura et libertates que a nostris progenitoribus et predecessoribus habuerunt auctoritate regia confirmamus. Dantes eis hanc libertatem et jus ut aurum et argentum emere debeant et vendere in civitate Ratisponensi, et nullatenus ante judicem nisi quem ex parte eorum elegerint et accipient debent in causam trahi vel alicui respondere et nec clericus nec laicus potest vel debet a Judeis aliquid evincere vel protestari, nisi Judeus testimonio intersit et unus sit ex testibus. Quecumque bona in potestate eorum decem annis habuerint et tranquille possiderunt absque contradictione cujuslibet postmodum possidebunt et habebunt. Mandamus ergo et sub pena gracie nostre districte precipimus ut nullus sit qui ausu ductus temerario prefatis Judeis suprascripta jura et libertates infringere audeat aut alicujus ingenii scrupulo perturbare. Quod qui fecerit a nostra gratia est exclusus. Ad cujus etiam facti nostri robur in posterum valiturum presens privilegium conscribi et sigillo nostro jussimus insigniri.

Datum apud Nurnberg, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo, II kalendas julii, indictione tercia.

Weissenburg, 13 julii.

Henricus Romanorum rex sententiam promulgat a Peregrino abbate de Wilzburg coram se obtentam : ut bona in Ruderen ejus monasterio ratione obligationis debeant deservire.

(Edit. in Schutz, *Corp. histor. Brandenb., Sylloge* 70, n° 32, et ap. *Monum. Boic.*, t. XXX, pars 1ª, p. 160, n° 692, ex originali unde sigillum appendet ex filis sericis rubri et flavi coloris.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens littera fuerit ostensa gratiam suam et omne bo-

num. Laudabilis est scripture custodia; emergentibus enim occurrit calumpniis et gestarum rerum seriem nuda loquitur veritate. Meminerint igitur presentes et noscant futuri quod constitutus coram nobis Peregrinus abbas de Wilzeburc obtinuit bona Ruderen et universa appendicia ejus sicut edixit juris ordo, ut racione obligacionis prelibato cenobio debeant subservire. Mandamus itaque per gratiam nostram firmissime precipientes ut nullus sit qui prelibatum abbatem in bonis coram nobis rationabiliter obtentis audeat impedire aut dampnum aliquod irrogare. Quod qui fecerit gravissimam iram nostram senciet et offensam. Ut autem premissa perpetuam teneant firmitatem, presentem litteram sigillo nostro communitam ipsi cenobio fecimus exhiberi.

Testes hii sunt Gotfridus de Hobinloch, Ulricus de Spileberc, H. de Salach, fratres de Grindelach, Rinsmul et alii quamplures.

Datum apud Wizinburc (1), anno incarnationis Domini M.CC.XXX, III idus julii, indictione III[a].

Henricus Romanorum rex confirmat erectionem quam fecerunt Henricus episcopus Basiliensis et capitulum ejus de ecclesia Sancti Martini apud Rheinfelden in collegium canonicorum. Rheinfelden, [exeunte julio vel ineunte augusto.]

(Edid. MARIAN, *Austria sacra*, pars 1[a], diplomat. Beylage, p. 354.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, dilectis suis preposito, scolastico ac collegio Sancti Martini in Rinvelden gratiam suam et bonam voluntatem. Cum a celsitudinis [nostre] gratia petitur quod justum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo exigit rationis ut id per sollicitudinem regie majestatis ad effectum debitum perducatur. Ea propter, dilectissimi, vestris justis postulationibus grato concurrentes

---

(1) Scilicet Weissenburg, civitas quondam imperialis in Nordgau.

assensu piam ac honestam ordinationem quam dilectus princeps fidelis noster Heinricus Dei gratia episcopus ac capitulum Basiliensis ecclesie (*a*)... in conferendo honorem et jus ac nomen canonicorum et alia utilitatis ejusdem expressa tam fratribus nunc apud vos institutis quam postmodum instituendis (1), auctoritate regia quantum in nobis est confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus; de consueta serenitatis nostre munificentia ratum habentes et acceptum si quis fidelium nostrorum in promotionem vestri collegii de rebus suis quidquam decreverit erogare. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem et offensam gratie nostre se noverit incursurum.

Datum apud Rinvelden, anno ab incarnatione Domini M. CC. XXX (2), indictione III, regnante gloriosissimo imperatore patre nostro Friderico.

Brisach, 13 augusti.

Henricus Romanorum rex comiti Egenoni de Friburg omnem rancorem remittit pro eo quod Judaeos regios apud Friburg captivavit, vetatque ne aliquis ad querimoniam alicujus Judaei praedictum comitem gravare praesumat.

(Edid. SCHOEPFLIN, *Histor. Zaringobad.*, Cod. diplom., tom. IV, p. 175, ex autogr. Tabul. Bad. Durlac.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ad notitiam universorum cupimus ex insinuatione pre-

(*a*) Deest unum verbum, *fecerunt* aut hujusmodi.

(1) Adest *ibid.*, p. 351 instrumentum erectionis ab Henrico Basiliensi episcopo factae, dat. Basileae ann. Dom. incarn. M CC XXVIII, pridie kal. novemb., indict. prima, cum confirmatione Gregorii IX : dat. Viterbii, XIII kal. julii, pontific. nost. anno XI (1238).

(2) Deest notatio mensis, sed ex sequenti documento vicinitas locorum tempus indicat.

sentium pervenire quod nos dilecto fideli nostro comiti Egenoni de Friburc eo quod Judeos nostros apud Friburc captivavit, omnem rancorem et indignationem quam exinde contra ipsum habuimus remisimus ex toto corde. Mandamus itaque sub obtentu nostre gratie firmissime precipientes quatinus nullus ausu ductus temerario prenotatum comitem vel homines suos ad querimoniam alicujus Judei gravare vel dampnificare presumat. Quod qui attemptaverit gravem offensam et indignationem nostre celsitudinis se noverit incursurum. Ut autem major certitudo super premissa remissione in posterum habeatur, presens scriptum sigillo nostre celsitudinis communitum memorato comiti precepimus exhiberi.

Testes qui interfuerunt hii sunt venerabilis abbas Sancti Galli, H. protonotarius, H. et H. (1) marchiones de Baden, comes A. de Hauspurc, comes H. de Alsacia (2), G. de Hohenloh,... de Rapoldesteine, E. de Walpurc dapifer, L. et E. de Grindelahe et alii quamplures.

Datum apud Brisacum, anno Domini M. CC. XXX, idibus augusti, indictione tertia.

Henricus Romanorum rex civibus de Noviomagio eadem jura et libertates ac aliis civitatibus imperialibus concedit, indulgens ut absque omni exactione libere per aquam et terram transeant et in cives recipiant omnes qui ad ipsorum civitatem se duxerint transferendos. Weissenburg 31 augusti.

(Edit. ap. Joh. in de Betouw, *Handvesten van Nymegen*, I, et ap. Bondam, *Charterboek der Hertog. van Gelderl.*, t. I, pars III, 371-373.)

---

(1) Scilicet *Hermannus* et *Henricus*.

(2) Idem qui supra inter testes memoratur (vid. p. 371); scilicet Henricus de Werde (Woerth) filius Sigeberti comitis de Werde, qui ut comes Alsatiae, una cum patre suo, Hermanno et Henrico marchionibus de Baden hæreditatem comitissae de Dagspurg sororis eorumdem secundum jus terrae attribuit, per sententiam datam anno 1226, mense decembri. (*Ibid.*, p. 173, nº XCV.)

Heinricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus universis imperii fidelibus in perpetuum. Ex innata nobis regia benignitate et provida discretione nostrorum et imperii fidelium justis petitionibus favorabilem auditum prebere tenemur, et, si rationi ac equitati consonuerint, more divorum progenitorum nostrorum solita clementia admittere debemus. Quapropter ex insinuatione presentium ad notitiam universorum cupimus pervenire quod fideles nostri cives de Noviomagio ad nostram accedentes presentiam a nobis humiliter supplicarunt quod talia jura et libertates quemadmodum Aquisgranum ac alie nostre civitates et imperii a progenitoribus nostris regibus et imperatoribus sunt privilegiate, ipsis et civitati eorum indulgere et concedere dignaremur, affirmando asserentes exinde nobis et imperio utilitatem et honorem non modicum profuturum. Nos vero deliberato consilio nostrorum familiarium eorum petitionibus duximus annuendum, auctoritate regia omnia jura et libertates, et ut absque qualibet exactione theolonii libere cum bonis eorum sive per terram sive per aquam transeant per totum regnum nostrum prenotatis civibus perpetuo concedentes et indulgentes, plenam etiam ipsis gratiam facientes ut quoscunque in concives recipiant qui ad ipsorum civitatem se duxerint transferendos. Proinde est quod sub obtentu nostre gratie firmissime precipiendo mandamus quatenus nullus ausu ductus temerario memoratos nostros cives de Noviomagio vel eos qui ad ipsos se transtulerint more civium gravare vel molestare vel ullam exactionem ab ipsis exigere presumat; quod qui attemtaverit gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incurrisse. Ad majorem itaque evidentiam et certitudinem premisse nostre donationis presentem paginam scribi fecimus et prenotatis civibus presentari.

Testes qui interfuerunt hii sunt venerabilis abbas Sancti Galli, Conradus de Hohenloch, Everhardus dapifer de Walpurc, Conradus pincerna de Win[ter]stete, Ludowicus de Schippha, fratres de Grindelahe, Conradus de Smalnecche, Walterus, Ulricus et Lupoldus notarii, Conradus camerarius et alii quamplures.

Datum apud Wizenburc, anno dominice incarnationis M. CC. XXX, pridie kalendas septembris, indictione tertia.

[Weissenburg, (?) julio vel augusto.]

Rex Henricus apud Wittenbergam (?) cum principibus ordinavit et conjurari fecit generalem quamdam formam pacis. Cf. Pertz, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, p. 267 (1).

Nuremberg. 17 septembris.

Henricus Romanorum rex sententiam coram se latam promulgat, scilicet quod nulla virgo vel mulier in ullo quatuor officiatorum principalium, dapiferi, pincernae, camerarii et marschalci, ratione haereditatis succedere possit, mandatque ministerialibus ecclesiae in Quedlinburg ut nullus abbatissam de Quedlinburg contra praelibatam sententiam molestare praesumat.

(Edider. Lunig, *Reichsarchiv*, t. XVIII, p. 208. — Erath, *Cod. Quedlimb.*, p. 150, cum fac simile et sigillo. — Senckenberg, *Corp. Jur. feud.* p. 767. — Pertz, *Monum. Hist. Germ.*, tom. IV, p. 278, coll. cum Cod. Guelferb. Biblioth., *diplom. Quedlinb., Helms.*, 239, n° 661.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ad notitiam universorum cupimus pervenire quod ad re-

(1) Hanc constitutionem edidit Pertz, ex codice Biblioth. Paris. quem ita signat 5178 A; sub isto tamen numero neque in Catalogo memoratur neque a cl. viro Guérard frustra requisitum invenire potuimus. Certa rei scientia destitutus ad hunc locum et tempus editor istud documentum cum summo dubio reposuit, se referendo ad bellum tunc conflatum inter Coloniensem archiepiscopum et Limburgensem ducem. (Cf. Godefr. Colon., ad ann. 1230.) Cum autem vel minime nobis constet hanc pacis formam ab Henrico nostro emanasse, denuo nunc exhibendam supervacaneum duximus. Si quis majorem lucem petierit, apud Ultrajectum, ad quam civitatem codex iste spectare videtur, felicius forsan requirat.

quisitionem talis coram nobis lata fuit sententia et ab omnibus adstantibus approbata, quod nulla virgo vel mulier in nullo quatuor officiatorum principalium, scilicet dapiferi, pincerne, camerarii et marschalci, ratione hereditatis succedere possit. Propterea requisitum fuit et sententiatum quod in generali nulla mulier in aliquo feudo ratione hereditatis fratri suo succedere possit. Mandamus itaque universis infeudatis et ministerialibus ecclesie in Quiddelenburc quatenus dilectam principem nostram venerabilem abbatissam de Quiddelinburc nullus ausu ductus temerario contra prelibatas sententias gravare vel molestare presumat. Quod qui attentaverit gravem offensam nostre celsitudinis se noverit incursurum.

Testes qui interfuerunt hii sunt venerabilis abbas Sancti Galli, C. (*a*) de Hohenloh, F. de Truhendingen, comes H. de Grefesbach, fratres de Grindelahe, comes H. de Valchenstein, pincerna de Quittelenburc, camerarius de Quittelenburc, B. de Dietfurte, O. de Quittelenburc, dapifer de Quittelenburc, Gerhardus de Quernberc, Johannes de Viderstet, V. de Quittelenburc, et alii quamplures.

Datum apud Nurinberc, anno dominice incarnationis MCCXXX, quintodecimo kalendas octobris, indictione III (1).

Nuremberg, 22 septembris.

Henricus Romanorum rex archiepiscopatui Magdeburgensi ministerialem suam Mechtildim sororem Gotfridi et Theoderici de Germar cum pueris ejus donat et in concambium recipit Lutiam uxorem Swigeri sculteti de Mülhausen cum prole ejus.

(Edid. Kreysig, *Beytrage zur Historie derer Sächsischen Lande*, tom. III, p. 431.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis im-

(*a*) Ap. Pertz *G.* (Gotfridus).

(1) Recte autem *IV*.

perii fidelibus quibus presens litera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Ut ad nostros posteros et successores perveniant certiora ea que a nobis geruntur, et ne tractu temporis evanescant, literarum testimonio commendamus. Meminerint igitur presentes et cognoscant futuri quod nos de plenitudine consilii nostri ministerialem nostram Mechtildin sororem Gothfridi et Diderici fratrum de Germar cum pueris Magdeburgensi archiepiscopatui (1) dedimus habendam pleno jure, et ab ipso nobis donata est Lutia uxor Swigeri sculteti et camerarii nostri de Molhausen ut nobis et imperio attineat una cum prole sua. Ut autem premissum concambium ab utraque parte ratum et firmum teneatur, presentem litteram conscribi et sigillo nostro fecimus communiri.

Testes sunt hii Conradus venerabilis abbas Sancti Galli, Gerlacus de Butzingen, Hainricus de Niffen, dapifer de Walpurc, Conradus pincerna de Winterstettin, et alii quamplures.

Datum apud Nuremberg, anno incarnationis Domini M. CC. XXX, X kalendas octobris, indictione IIII[a].

Henricus Romanorum rex comiti Ottoni juniori de Botenlauben libertatem indulget vendendi cui voluerit castrum Lichtenberg cum attinentiis et cum omnibus quae a se et ab imperio possidet. Noremberg, 23 septembris.

(Edid. SCHULTES, *Diplomat. gesch. des Gräfl. hauses Henneberg*, t. I, urkund. p. 88, n° XII.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omne bonum. Quotiens a nobis petitur quod religioni et honestati convenire

(1) Aderat autem tunc temporis in Germania archiepiscopus ipse Albertus qui ut imperii legatus et comes Romaniae super reformationem monasterii de Mühlberg suum adhibet consensum : dat. Magdeburg, ann. 1230, 8 kal. octobr., pontif. sui anno XXIV. KRETSIG, *Ibid.*, t. I, p. 109.

dinoscitur, animo nos decet libenti admittere et petentium desideriis congrnum suffragium impertiri. Ea propter ad notitiam universorum cupimus pervenire quod dilectus fidelis noster comes Otto junior de Botenloben (1) ad nostram accedens presentiam a nobis cum magna instantia postulavit quod cnm ipse et uxor sua ad religionem intenderent se transferre, liberum arbitrium ipsi dare dignaremur vendendi castrum suum Lichtenberg cum suis attinentiis et cum omnibus quod(que) a nobis et imperio possidet. Nos e deliberato consilio principum ac aliorum nostrornm familiarium subscriptorum memorati comitis petitionibus dignamur annuendum, et auctoritate regia liberum arbitrium vendendi prenotatum castrum cum omnibus que a nobis et imperio possidet ipsi indulgemus et tenore presentium prestamus. Et ut omnibus plenins elucescat ut memorato comiti premissa bona sua vendere liceat cui velit, presens scriptum sigillo nostre celsitudinis communitum ipsi precepimus exhiberi.

Testes qui interfuernnt hii sunt H. venerabilis Herbipolensis episcopus (2), E. (C.) venerabilis abbas Sancti Galli,... comes de Rinecke, L. comes de Kastele, G. de Butingen, G. de Hohenloh, H. et H. fratres de Nifa, E. de Eberstal, E. dapifer de Walpurc et filins suus, C. pincerna de Winterstete, L. L. et H. fratres de Grindelahe, et alii quamplures.

Datnm apud Nurinberc, anno dominice incarnationis M. CC. XXX, nono kalendas octobris, indictione tercia (3).

---

(1) Verisimiliter ita dictus *junior*, quum pater ipsius, nominis ejusdem, non ante annum 1254 obierit. Iste senior Otto de Botenlauben frater erat comitis Popponis de Henneberg cujus multoties in documentis hujus aevi mentio fit.

(2) Episcopus iste fuit qui ab Ottone praedicto castra de Liechtenburg et de Hildenburg cum eorum pertinentiis pro 1300 marcis argenti comparavit, per instrumentum datum apud Wirtzburg, anno Domini 1230, mense decembri, indict. IV, praesentibus magistro Waltero de Tonnenberg canonico Herbipolensi, Hermanno magistro domus Teutonicorum S. Mariae in Jerusalem, fratre Bertholdo de Tannenrode et aliis pluribus. SCHULTES, *ibid.*, p. 89, nº XIII.

(3) Recte autem *quarta*.

Henricus Romanorum rex scultetis et civibus de Constantia, Zürich, Lindau, Uberlingen, Schaffhausen, Rotweil, Ravensburg et Pfullendorf mandat ut abbatem et conventum de Salem et omnia bona eorum modis omnibus manuteneant et defendant. Nuremberg, 29 septembris.

(Edit. ap. Sartor., *Apiar.*, p. 44. — Lunig, *Reichsarchiv*, t. XVIII, p. 508.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, singulis et universis Constantie, Turicenne, Linduagen et de Uberlingen et de Schaffhusa et de Rotwile et de Ravensburg et de Pfullendorff scultetis et civibus gratiam suam et omne bonum. Cum ad vindictam malorum et defensionem bonorum ancipitem gladium acceperimus a domino et ipsius sit regnum et imperium, merito tueri tenemur sibi jugiter famulantes, cum et ipsi solum Deum habeant clypeum et protectorem et alias careant gladio materiali. Ea propter universitati vestre sub obtentu nostre gratie et pena statuta districte precipiendo mandamus quatenus spiritualiter nobis dilectos abbatem et conventum de Salem et omnia bona eorum tanquam nostra manuteneatis et defendatis ubicumque fuerint in nostro districtu constituta, et omnibus erga eos qualemcumque causam habentibus plenam de ipsis justitiam exhibeatis. Si quis autem justitia contentus esse noluerit et super hoc eosdem abbatem et conventum in rebus aut personis aliquatenus aggravare presumpserit, malefactorem eumdem tanquam nostrum et Dei manifestum inimicum auxilio dilecti principis nostri abbatis Sancti Galli hostiliter invadatis et taliter contra eumdem procedatis quod ceteri simile non presumant; tantum super hoc facientes quod supradicti abbas et conventus sentiant ipsis nostrum prodesse mandatum, maxime cum dimittere nolimus aliquatenus imperfectum, caventes plurimum quod clamor eorum de cetero ad aures nostras non perveniat et propter negligentiam vestram in vos culpa redundet alienigena.

Datum apud Nurinberc, III kalendas octobris, indictione quarta.

Haguenau, 9 novembris (1).

Henricus Romanorum rex notum facit quod Bertholdus marscalcus de Rasche coram se apud Hagenaw renuntiavit omni juri in molendino Freckenfelt et in bonis eidem molendino attinentibus.

(Ineditum in arch. Stuttgartensi, ex dom. Weissenb. princip. documentis, fol. 131 recto.)

Henricns Dei gratia Romanorum rex semper augustns, universis imperii fidelibus qnibus presens scriptum fuerit ostensum gratiam suam et omne bonum. Significamus nniversitati vestre et tenore presencinm protestamnr quod Bertoldus marschalcns de Rasche coram nobis apnd Hagenaw renunciauit omni juri pro se et heredibus suis quod habuit in molentino Freckenfelt et bonis eidem molentino attinentibus.

Testes isti sunt qni tali interfuerunt renunciacioni venerabilis abbas Sancti Galli, abbas de Wissenburg, G. de Hohinloch, fratres de Grindelach Hiltebrandus et Eberhardus, C. pincerna de Clingen, Hermannus prepositus de Danna et frater snus, Fridericus de Crofiszberg, et alii quamplures.

Datum apnd Hagenaw, V idus decenbris (1), indictione quarta.

Haguenau, 24 novembris.

Henricus Romanorum rex universis civibus de Leodio, Hoio, Dionanto, Sancto Trudone, Trajecto, Tungris et Fossis scribit se semper eorum libertates, jura, paces et communionem observare velle, nec unquam cum episcopo Leodiensi aliquem tractatum habiturum, nisi ille libertates praemissas inconcussas recognoscat.

---

(1) Verisimiliter *novembris*, quum quinto idus decembris hujus anni Henricus rex apud Spiram moratus sit.

(Edit. ap. FISEN, *Histor. eccles. Leodiens.*, notat. ad lib. XIII primae partis, p. 383, ex originali in tabulario civitatis.)

Henricus septimus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, dilectis fidelibus suis villicis, scabinis, juratis et civibus universis de Leodio, Hoio, Dionanto, Sancto Trudone, Trajecto, Tungris et Fossis gratiam suam et omne bonum. Cupientes honoribus et profectibus vestris intendere bono corde tanquam illorum circa quos favor gratie nostre plenius exuberat et abundat, noveritis itaque quod omnes libertates vestras, jura, paces et communionem vestram que a divis progenitoribus et nobis tenetis sigillata, vobis semper volumus observare inconcussa; nec unquam cum episcopo Leodiensi (1) aliquem tractatum habebimus, nisi premissas libertates vobis inconfractas recognoscat.

Datum apud Hagiunoam, anno MCCXXXI, VIII kalendas decembris, indictione quarta (2).

Henricus Romanorum rex monasterio Waltsassen omnes venas et fossata auri vel argenti vel alterius metalli in bonis et fundo ipsius ecclesiae concedit. Spiegelberg. 26 novembris.

(Edit. ap *Monum. Boic.*, tom. XXX, pars 1ª, nº 695, p. 165; ex originali cujus sigillum periit, remanentibus tantum filis sericis viridis coloris.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens littera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Quociens a nostra serenitate petitur quod justum est et honestum,

---

(1) Johannes Leodiensis episcopus propter suam cum cardinale legato Othone confoederationem et interdictum in civitatem Leodiensem immissum regalibus suis a rege exutus fuerat. Cf. ÆGID. AUREAVALL. ap. CHAPEAVILLE, II, 259, et supra p. 403, not. 1, 2 et 3. Unde patet discordiam nondum tunc temporis fuisse terminatam.

(2) Indictio quarta plane authentica annum Christi unitate abundare demonstrat.

tam vigor equitatis quam ordo postulat rationis ut id ipsum sereno vultu admittamus petentium desideriis benignius annuentes. Meminerit igitur presens etas et futura quod nos attendentes devocionem dilectorum nostrorum conventus de Waltsassin, ipsi conventui concessimus et indulsimus omnes venas et fossata auri vel argenti vel alterius metalli in bonis et fundo ipsius ecclesie ad usus ipsius redigendas et conservandas pleno jure, ita ut de premissis liberam ordinandi habeat facultatem. Mandantes et sub interminatione gratie nostre firmissime precipientes ut nullus sit qui prelibatum conventum in premissa gratia et libertate ipsi indulta a nostra serenitate impedire audeat vel gravare. Quod qui fecerit gravissimam iram nostram senciet et offensam.

Hujus concessionis et libertatis sunt testes : abbas Sancti Galli, dux Meranie, H. de Niffin, A. de Justingin, C. de Hohinloch, C. pincerna de Clinginburc, et alii quamplures.

Acta sunt hec apud Spiegilberc, anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo tricessimo (tricesimo), VI kalendas decembris, indictione IIII[a].

Spire, 5 decembris.

Henricus Romanorum rex villico, advocato, scabinis et universis burgensibus Aquensibus mandat, ex tenore privilegii sui ecclesiae Beati Adalberti indulti, ne praepositum ecclesiae ejusdem in exercenda jurisdictione de toto praedio et hominibus in ipso manentibus molestare praesumant.

(Edid. Quix, *Cod. diplomat. Aquensis*, p. 51, n° 75, et infra p. 107, n° 153. Memorat. quoque ap. Lacomblet, *Urkund. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. Band, p. 57, not. 4, ad num. 102.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis villico, advocato, scabinis et universis burgensibus Aquensibus gratiam suam et omne bonum. Scire debetis quod concessiones, jura et libertates a predecessoribus nostris imperatoribus sive regibus ecclesiis imperii et

nostris collatas et a nobis innovatas et per privileginm nostrum confirmatas modis omnibus volumus illibatas permanere. Unde vobis mandamus et firmiter per gratiam nostram precipimus quatinus fidelem nostrum S. (a) prepositum Sancti Adalberti jurisdictione qnam a nobis habet de toto predio et hominibns in ipso manentibus, secnndnm quod in privilegio nostro idem predium beati Adalberti per certos terminos de nostra conscientia est distinctum, prout privileginm imperatoris Heinrici fundatoris ipsius ecclesie manifeste declarat et exprimit, integre gaudere permittatis et de hac de cetero nullatenus vos intromittatis, sed ipsum prepositum et ecclesiam beati Adalberti in omnibus agendis suis diligenter promoveatis; sciturі pro certo quod quicnmqne ipsum et eamdem ecclesiam contra hoc nostrum mandatum molestare presumpserit, gravem nostre indignationis offensam merito debet formidare, quia non omittemus reqnirere penam in privilegio nostro expressam.

Datum Spire, anno Domini M. CC. XXX, nonas decembris.

Henricus Romanorum rex notum facit quod Fridericus et Johannes fratres de Frankenstein ad petitionem abbatis et conventus de Hemmerod cesserunt omnino liti quam habebant contra ipsam ecclesiam super decursu cujusdam rivi juxta Rechholz. Apud Spiram, 9 decembris.

(Edid. WURDTWEIN, *Subsid. diplomat.*, t. V, p. 274, n° 98.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustns in perpetnum. Ecclesiarum necessitatibus snffragari et bono ipsarum consnlere eo benignins qno ipse religiosiores inveninntnr decet regiam majestatem. Eapropter notnm esse volumus omnibus Christi nostrique [regni] fidelibns qnod dilecti fideles nostri Fridericus et Johannes fratres de Franckenstein ad petitionem H. abbatis et conventns ecclesie in Hemmisrode cesserunt

(a) In secunda editione *Sibodonem*.

omnino liti illi quam habebant contra ipsam ecclesiam super alveo et decursu rivi illius qui fluit juxta silvam Rechholz et promiserunt in presentia magnificentie nostre quod nec ipsi nec in posterum heredes ipsorum eidem ecclesie in ipso rivo aliqualiter erunt graves et molesti, sed ecclesia de eodem rivo, non obstantibus memoratis F. et J. vel eorum heredibus, suum prout voluerit commodum procurabit. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, presens scriptum sigillo magnificentie nostre munitum prefate ecclesie in testimonium duximus concedendum.

Datum Spire, anno Domini millesimo CC. XXX, V idus decembris.

Spire, 9 decembris.

Henricus Romanorum rex abbatissam Assindensem in possessionem advocatiae de Rellingshausen mittit ex qua a comite Adolfo de Marchia violenter ejecta fuerat, jubens ut comes iste in curia jus suum si quod habet proponat; mandatque ut ministeriales ecclesiae Assindensis coram burgravio Werdensi juri pareant.

(Edider. Lunig, *Reichsarchiv*, t. XVIII, 334. — Gelen, *De Engelberto*, p. 126; ambo cum hac nota : *Idibus decembris* (13 dec.). — Tross, *Westphalia*, ad ann. 1826, 11 octob. — Recentius autem et simul correctius exhibuit Lacomblet, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. Band, p. 90, 91, n° 174.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum fuerit ostensum gratiam suam et omne bonum. Insinuatione presentium ad notitiam universorum cupimus pervenire quod nos dilectam principem nostram abbatissam Assindensem de plenitudine consilii nostri in possessionem advocatie sue Rulinchusen (1) misimus, ex qua advocationis possessione sicut asserebat a comite Adolfo de Marchia per violentiam fuerat ejecta, et in eadem possessione memo-

(1) Scilicet *Rellinghausen*.

ratam abbatissam ab omnibus defendere proponimus diligenter. Volumus enim quod si prenotatus comes de Marchia affirmet se aliquid jus habere in advocatia antefata, in nostra presentia proponat plenam justitiam recepturus; inhibentes nihilominus eidem comiti ne prelibatam abbatissam super possessione sue advocatie in Ruliuchusen quam a nobis debet et ab imperio tenere, in alio judicio quam coram nobis impetere presumat, volentes quoque ut coram nobis omnia per justitiam diffiniantur. Preterea mandamus sub obtentu gratie nostre firmissime precipientes quatenus coram fideli nostro burgravio Werdensi omnes ministeriales et injuriatores ecclesie Assindensis super omnia querimonia et satisfactione debita juri pareant et obediant eidem, sicut indignationem nostram voluerint evitare.

Datum apud Spiram, V idus decembris, indictione IIII.

Henricus Romanorum rex et Theodericus Treverensis archiepiscopus duos invicem permutant ministeriales, scilicet Gerardum de Sintzig et Theodericum de Vallendar. Worms, 22 decembris.

(Edider. Guden., *Cod. diplomat. Magunt.*, t. II, pars 2ª, p. 936, ex autogr. in arch. Landscr. — Hontheim, *Histor. Trevir.*, t. I, p. 706.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, omnibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit in perpetuum. Ea que in nostra aguntur presentia, ne temporis processu a memoria labantur hominum vel malitia perversorum in irritum deducantur, regie majestatis perhenni testimonio diligentius sunt declaranda. Quapropter noverit universorum imperii fidelium etas et successura posteritas quod coram nobis ac dilecto principe nostro Theoderico Treverense archiepiscopo necnon sub frequentia imperii et ejusdem ecclesie ministerialium commutatio quedam facta est de Gerardo de Sinzege et Theoderico de Valendere, ita quod Gerardus de Sinzege qui prius fuit ministerialis Treverensis ecclesie deinceps imperio pertineat et Theodericus de Valendere qui prius fuit mi-

nisterialis imperii in recompensationem Treverensi ecclesie cedat. Ut autem de bona voluntate nostra et memorati archiepiscopi facta commutatio omnimoda semper gaudeat stabilitate et incommutabilis perseveret, pro utriusque partis securitate plenissima hanc exinde paginam conscriptam sigilli nostri caractere jussimus communiri; statuentes et regio districte precipientes edicto ut nulli prorsus persone cujuscumque conditionis liceat concambium illud aliquo improbitatis ausu dicto aut facto cassare et huic confirmationi nostre temere obviare. Quod qui facere presumpserit, regie sublimitatis iram et gravem offensam se non ambigat incursurum.

Hujus facti testes sunt Sifridus Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius (1), Sifridus Maguntinus electus (2), et alii quamplures.

Datum apud Wormaciam, anno incarnationis dominice M.CC.XXX, XI calendas januarii.

Coloniae, 25 decembris.

Otto cardinalis a Daciae partibus Coloniam veniens ibidem Natalem Domini celebrat solempniter susceptus et honoratus (3). Inde

---

(1) Tunc prima vice cancellarium Italia reversum in curia regali morantem invenimus. Non dubitandum quin consilii imperialis plene conscius mandata retulerit quibus rex junior debuerit intendere. Cum ejus adventu aut paulo post finis dissidii Leodiensis, pacificatio Alemanniae, jura dominorum contra civitates firmata, aliaeque leges generali commodo perutiles concordare videntur.

(2) Cum satis compertum habeamus Sifridum II archiepiscopum Maguntinum 5 idus septemb. 1230 obiisse (cf. *Chronic. Erford.* ap. Schannat, *Vindem.*, I, p. 92), ex hoc diplomate quam liquidissime patet Sifridum III patruo suo, non magno interposito intervallo, successisse et cathedram sub ejusdem anni finem conscendisse.

(3) Ad confirmandum quem elegimus rerum ordinem, satis commodum se praebet Schaten, *Annal. Paderb.*, t. II, p. 7, ita locutus, non indicato fonte, sed verisimiliter Godefridum commentans : « Ad hanc pacem (scilicet istam apud Sanctum Germanum initam) in imperio » promulgandam, Otto cardinalis legatus Coloniam accessit magno omnium civium gaudio hono» rificentissime susceptus; ubi et Aquisgranenses ob superioris anni insolentiam in gratiam » recepti sunt. » Cf. supra, p. 403 et 404, not. 1.

recedens apud Herbipolim concilium provinciale indicit; sed renitentibus principibus laicis et paucis ecclesiarum praelatis venientibus, inde recessit. Godefr. Mon. Colon., ad ann. 1230.

[Anno 1230 exeunte circiter.]

Albertus dux Saxoniae, Henricus comes Ascaniae frater ejus aliique nobiles per Saxoniam constituti archiepiscopis, episcopis aliisque praelatis ecclesiarum Alemanniae suadent ut viriliter obsistant cardinali, servitutes et oppressiones ecclesiis inducere meditanti.

(Edit. ap. Albericum ad ann. 1231, in Leibnitz, *Access. Histor.*, t. II, p. 539.)

« Cum dominus Otto cardinalis voluisset in Alemannia concilium suum tenere apud Herbipolim civitatem, quæ Wirceburg dicitur, misit contra eum litteras istas dux Saxoniæ cum suis baronibus in hunc modum :

Venerabilibus dominis archiepiscopis Alemannie ac aliarum ecclesiarum prelatis Albertus Dei gratia dux Saxonie, Henricus frater ejus comes Ascanie cum aliis nobilibus per Saxoniam constitutis, promptum in omnibus famulatum. Intelleximus quod cardinalis tam in partibus Saxonie quam in aliis imperii partibus prebendas dare disponit, insuper alias servitutes et oppressiones ecclesiis nostris inducere meditatur. Propter quod si vultis evadere jugum perpetue servitutis pro legibus patrum conservandis, et quia possessiones et sancta in manus externas tradebantur, Macchabei quorum festum ecclesia solemnisat bella Domini strenue pugnaverunt, vereamini ne (a) dignitas clericalis majori hodie subjaceat servituti quam tempore Pharaonis qui notitiam non habebat divine legis. Nam cum tempore famis possessiones omnium mense sue deservirent, res tamen sacerdotum a talibus erant immunes; quinimo de publicis horreis eis eleemosynam preberi mandavit. An nescitis quod estis inter episcopos aliarum terrarum singulari privilegio decorati, cum non tantum episcopi, sed et prin-

(a) In impresso *verissime*, quod sensu omnino caret.

cipes et domini sitis? Quare ergo vos trahi permittitis ad tam remota loca contra constitutiones hactenus approbatas?.......

» Et quaedam alia significata sunt per quae archiepiscopi et episcopi, habito cum rege consilio, instituerunt quod totum illud concilium remansit. »

ANNO 1231. — INDICTIONE 4.

Apud Wormatiam, 18 januarii.

Henricus Romanorum rex Sifrido Moguntino archielecto et Sifrido Ratisponensi episcopo imperialis aulae cancellario mandat ut in irritum revocent si quid a civibus Wormatiensibus dictis *consiliariis* in injuriam episcopi et ecclesiae Wormatiensis fuerit attentatum.

(Edider. SCHANNAT, *Histor. Wormat.*, t. 1, p. 367. — MORITZ, *Von Worms*, p. 431.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, fidelibus principibus suis Sigifrido Moguntino archielecto et Sigifrido Ratisponensi episcopo, imperialis aule cancellario, gratiam suam et omne bonum. Ad aures nostre sublimitatis conquestione dilecti principis Henrici episcopi et capituli Wormatiensis pervenit quod cives Wormatienses dicti consiliarii diversis injuriis ipsum episcopum et ecclesiam afficiunt, contra libertatem et jura ejusdem ecclesie veniendo. Cum igitur ad regalem munificentiam pertineat ecclesiasticas personas defendere et in jure suo confovere, dictam ecclesiam a divis progenitoribus nostris tam imperatoribus quam regibus pio affectu dotatam et in libertate hactenus con-

servatam nostris nolumus labi temporibus vel ipsius statum a quoquam aliquatenus interverti; ideoque fidelitati vestre damus firmiter in preceptis quatenus, vocatis qui fuerint evocandi, quod in injuriam dictorum episcopi et ecclesie inveneritis ab ipsis civibus attemptatum in irritum revocetis, facientes quod statueritis auctoritate regia inviolabiliter observari, nullis litteris obstantibus harum tenore (*sic*) tacite impetratis (*a*). Quod si ambo his exequendis non potueritis interesse, tu, archielecte, ea nihilominus exequare.

Datum Wormatie, XV kalendas februarii, indictione IIII.

Henricus Romanorum rex notam facit et ratam habet compositionem quae per executores a se destinatos intervenit inter conventum de Maulbronn ex una parte et ministeriales suos de Berdeheim ex altera super bonis apud Chnutelingen. Wormatiae, 18 januarii.

(Ineditum in arch. Stuttgartensi, ex copia quam Kauslerus ab originali deprompsit.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Amen. Heinricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus omnibus in perpetuum. Regie pietatis est insigne quieti universorum intendere, quantumque est possibile dissoluta pacis federa singulis reformare. Igitur cum controversie verterentur inter conventum de Moulenbrunne ex parte una et Tyemonem et filios ejus et fratrem ejus Marquardum et filios ejusdem de Berdeheim ministeriales nostros ex altera, viris honestis mediantibus Chunrado videlicet de Winesperch, Willielmo sculteto de Wimpina, Chunrado de Lomersheim et Rabano fidelibus nostris quos ad hoc executores destinaveramus, talis inter eos compositio intercessit ut Tyemo et frater ejus

(*a*) Legendum aut saltem intelligendum : [*contra*] *harum tenorem tacita* [*veritate*] *impetratis*.

decimas novellationum in villa Chnutelingen eque percipiant nonobstante conventu, sicut de antiquis prediis percipere consneverunt. Item nec ex parte cenobii aut ipsorum iu silvis que Aloment dicuntnr est amplins novellandum, sed agros ad cultum deductos usque ad aunnm ab incarnatione Domini M°CC°XX°V quo hec acta sunt, statuerunt ex utraque parte de cetero retinendos. Porro homines ecclesie in Chnutelingen censuales duos nummos aut ceram ejusdem pretii super altare ejnsdem ecclesie offerent auuuatim. Fontis decursus erit perpetuus sicut arbitri ordinarunt. Conversns qni grangie preest bannnm pascuarum et silvarum cum rusticis ejusdem ville communiter observabit: qnod videlicet bannum cum ejus consensu statuent, sed et ipsi converso pastores licebit habere speciales; verum ipsum cenobium ligna secabit ubi sibi viderit expedire, nec fratres de Berdeheim ad evehendum ligna extra terminos qni dicuntur Marcha sine conventus voluntate ulli poterunt iudulgere.

Testes hujus rei sunt Gotefridus abbas do Schoental et totus conventus de Mulenbrunne, laici Wolframmns de Offenburg, Dietherus de Ravensperg et frater ejus, Heinricus de Nevern, Gerlacus de Illingen et alii quamplures.

Ut antem hec iu perpetnum rata permaneant, presentem pagiuam inde conscriptam sigilli uostri appensione curavimus insigniri.

Datum Wormatie, anno Domini M°CC°XXX° (1), indictione IIII°, quinto decimo kalendas februarii.

Apud Wormatiam, 19 januarii.

Henricus Romanorum rex scabinos et cives Colonienses in jure ipsorum et libertate confovere cupiens per sententiam principum declarat quod ob debita vel promissiones archiepiscopi Coloniensis

(1) In isto documento legi oporteret *anno Dominice incarnationis*, sicut el in sequenti pure *anno Domini*. Frequentior autem iste notariorum lapsus quam ul usque ad fastidium moneamus.

aut alterius cujuslibet personae nullo modo damnificari aut gravari cives iidem debeant.

(Edider. LAMEY, *Gesch. von Ravensberg*, p. 26. — LACOMBLET, *Urkundenb. für die Gesch. des Niederrh.*, zw. Band, p. 87-88, n° 169; ex origin. in archiv. civit. Colon.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit gratiam suam et omno bonum. Licet semper ex consueta clementia fideles imperii debeamus in jure suo confovere et ad utilitatem eorum intendere, ad illorum tamen juris conservationem et profectum benignius inclinamur qui gratiam nostram et favorem pre ceteris fidelibus promerentur. Ea propter noverint universi quod dilectos et fideles nostros scabinos et cives Colonienses quos speciali dilectione amplectimur ob eorum devota et preclara obsequia nobis et imperio semper exhibita, a nullo injuste volumus pregravari, sed ipsos in jure suo et libertate cupimus promovere, defendere et pie conservare. Et ne occasione aliqua injuste molestentur, per sententiam in presentia nostre majestatis latam a principibus et aliis fidelibus imperii astantibus approbatam est taliter diffinitum quod predicti dilecti ac fideles nostri scabini et cives Colonienses nec ob debita nec ob promissiones archiepiscopi cujuscumque sancte Coloniensis ecclesie pro loco et tempore existentis aut alterius cujuslibet persone in personis vel rebus debeant dampnificari, detineri aut modo quocumque gravari. Si quis igitur ausu temerario contra predictam sententiam ipsos in rebus vel personis molestare, detinere aut aliquo modo dampnificare presumpserit, indignationem et offensam nostram se noverit incurrisse.

Testes hujus rei sunt Sifridus Moguntinus archielectus, Theodericus archiepiscopus Treverensis, Henricus archiepiscopus Coloniensis, Sifridus episcopus Ratisponensis imperialis aule cancellarius, Henricus Wormaciensis episcopus, Conradus abbas Sancti Galli, Otto palatinus comes Reni, Matheus dux Lotharingie, Henricus dux de Limburch, Herimannus marchio de Badene, Henricus comes de Seine, Lutherus comes de Honstadin, Waleramus de Muntyoge, Henricus comes de Waldinberg, Otto

comes de Ravensberch, Gunterus comes de Keverenberg, Henricus de Niphe, Wernerus de Bolandia dapifer, Cunradus pincerna de Clingelinburg, Gerlacus de Budingen, Wilhelmns advocatus Aquensis, Arnoldus de Gimenich, fratres de Grindelach et alii quamplures.

Datum apud Wormatiam, anno dominice incarnationis M.CC.XXXI, XIIII kalendas februarii, indictione quarta.

Apud Wormatiam, 20 januarii.

Henricus Romanorum rex civibus Leodiensibus et omnibus burgensibus ad episcopatum Leodiense pertinentibus ad observationem sententiae diffinitivae principum mandat quod nulla civitas, nullum oppidum regni Alemaniae absque domini sui assensu possit facere communiones, constitutiones, confoederationes, vel colligationes aliquas, quocumque nomine censeantur.

(Inedit. ex originali in arch. provinc. Leodiensi, *Chartul. veteris capit. S. Lamberti*, caps. 3ᵃ, sec. arm. Sigillum avulsum periit.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis universis civibus Leodii ceterisque burgensibus ad episcopatum Leodiense pertinentibus gratiam suam et omne bonum. Sicut nostre convenit majestati male meritos a beneficiis regalibus elongari, sic decet eandem principes sibi devotos et suis gloriosis successibus congaudentes regali dulcedine ac nostre potestatis regimine confovere. Ea propter universitati vestre notum facimus quod nos dilectum principem et consanguineum nostrum J. venerabilem Leodiensem episcopum in nostra gratia sic duximus colligendum (1) quod in omni jure suo ipsum volumus confovere. Verum cum per principum nostrorum sit sententiam diffinitum (2)

---

(1) Vid. supra p. 403, not. 3 et p. 433, not. 1.

(2) Unde patet sententiam istam quam sub die vigesimo tertio januarii exhibemus, jam paulo ante fuisse publicatam.

quod nulla civitas, nullum opidum in regno nostro constitutum absque domini sui assensu facere possit communiones, constitutiones, confederationes, colligationes seu conjurationes aliquas quocumque nomine censeantur, fidelitati vestre sub obtentu gratie nostre firmiter precipiendo mandamus quatinus ab omnibus communionibus, confederationibus, colligationibus seu conjurationibus quibuscumque nominibus appellentur quas inter vos illicite fecistis recedentes, dictum dominum vestrum Leodiensem episcopum in omni eo jure et dominio in quo predecessores sui fuerunt esse plenarie permittatis.

Datum apud Wormatiam, anno M°CC°XXXI°, XIII° kalendas februarii, indictione IIII°.

Henricus Romanorum rex sententiam principum in solemni curia Wormatiensi latam promulgat, qua deciditur : quod nulla civitas aut oppidum communiones, confoederationes aut quascumque conjurationes facere possit, et quod nec rex sine domini civitatum aut oppidorum consensu, nec dominus sine regiae majestatis assensu ejusmodi licentiam concedere valeant.

Apud Wormatiam, 23 januarii.

(Edider. Lunig, *Reichsarchiv*, tom. XIII, p. 3, n° 1. — Senckenberg, *Corp. jur. feudal.*, p. 768. — Guden, *Cod. diplomat.*, I, 510. — Hontheim, *Hist. Trevir.*, I, 706.— Schannat, *Hist. Wormat.*, p. 109.—*Monum. Boic.*, t. XXX, pars 1°, p. 167. — Schaab, *Gesch. des Rhein. Stadteb.*, II, 3. — Pertz, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, p. 279. — Qui omnes cum ex diversis originalibus, scilicet Moguntino, Wormatiensi, Wirceburgensi, etc., documentum idem exhibuerint, accidit ut inter se quibusdam pauci momenti variantibus differant.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. Notum esse volumus universis quod nobis apud Wormaciam curiam sollempnem celebrantibus in nostra presencia fuit petitum diffiniri utrum civitas aliqua vel oppidum

in regno nostro constitutum communiones, constitutiones, colligaciones seu conjuraciones aliquas quibuscumque nominibus appellentur facere possent vel ordinare. Super quo principes nostros et ceteros proceres sacri palacii monuimus, tamquam qui universis sumus in justicia debitores. Ipsi igitur sententialiter pronunciando diffinierunt quod nulla civitas, nullum oppidum, communiones, constitutiones, colligaciones, confederationes vel conjurationes aliquas quocumque nomine censeantur facere possent, eas penitus abjudicantes, et quod nos sine domini sui assensu civitatibus seu oppidis in regno nostro constitutis auctoritatem faciendi communiones, constituciones, colligaciones, confederaciones vel conjuraciones aliquas, quecumque nomina imponantur eisdem, nec poteramus nec debebamus impertiri, et quod domino (a) civitatum et oppidorum sine nostre majestatis assensu similia in suis civitatibus facere non licebat. Hanc autem nostre majestatis sententiam perpetuam firmitatem habere volentes, ipsam dilecto principi nostro S. sancte Maguntine sedis venerabili archiepiscopo nostro sigillo fecimus communiri (b).

Testes sunt hii Theodericus Trevereusis, Heinricus Coloniensis archiepiscopi, Conradus abbas Sancti Galli, Otto comes palatinus Rheni, Matheus dux Lotharingie, Heinricus dux de Limburg, Heinricus comes Seinensis, Lutherus comes de Hare, Walrammus de Limpurg, Gerlacus de Butingen et alii quamplures (c).

Data apud Wormaciam, anno Domini M.CC.XXX primo, decimo kalendas februarii, indictione quarta.

Apud Wormatiam, 23 januarii.

Henricus Romanorum rex ratum habet quod Embricho comes Rheni coram se omni petitioni renuntiaverit contra Henricum co–

(a) Alias *dominis* et supra *dominorum*.
(b) Alias *roborari*.
(c) Additur apud Gudenum : *qui nostre solempni curie interfuerunt.*

mitem de Nassau super foresta Richolfes juxta Bleidenstadt sita, ea conditione ut medietas proventuum in ligno, glandibus et aliis rebus ad comitem Henricum, proprietas autem ad praedictum comitem Rheni et ad haeredes ejus pertinere debeat.

(Memorat. a Boehmer, *Regest. imper.*, p. 236, n° 226, ex copia quam nunc in promptu habet.)

Testes hujus rei sunt Sifridus archiepiscopus Maguntinus, Henricus Wormatiensis episcopus, Sifridus Ratisponensis episcopus, Conradus comes Sylvester, Heinricus comes de Dietz, Wernherus de Bolanden.

Datum apud Wormatiam, anno Domini M. CC. XXXI, decimo kalendas februarii, indictione quarta.

Henricus Romanorum rex canonicis in Denkendorf donat perpetuo possidenda praedium quoddam situm in parochia Berkheim et piscinam in Neckario, quae ministeriales sui ibidem designati sibi resignaverunt. Esslingen, 5 februarii.

(Edid. Besold., *Docum. rediv. monaster. Wurtemb.*, t. I, p. 285.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens littera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Ut ad nostros posteros et successores perveniant firmiora ea que coram nobis aguntur, literarum testimonio commendamus. Meminerint igitur presentes et futuri quod constituti coram nobis apud Ehelingen ministeriales nostri, videlicet Ortliebus cognomine Juvenis, Gotteboldus et Ortliebus de Ehelingen, resignaverunt nobis predium quoddam situm in parochia Berckam et piscinam in Necario. Nos vero divino instinctu compuncti premissum predium et piscinam donavimus dilectis nostris canonicis in Denkendorf in subsidium ipsorum perpetuo possi-

denda. Ut autem premissa donatio nostra rata permaneat et inconvulsa, presentem litteram nostram sigillo nostro communitam ipsis fecimus assignari, mandantes et per gratiam nostram firmissime precipientes ut nullus advocatus vel officiatus noster ipsos in premissa donatione gravet vel molestet. Quod qui fecerit, decem librarum auri eumdem nobis constituimus debitorem et tamen exinde iram nostram sentiet cum offensa.

Testes hii sunt Conradus abbas Sancti Galli, Conradus pincerna de Winterstete, Peregrinus de Emeringen, scultetus de Ehelingen, et alii quamplures.

Datum apud Ehelingen, anno incarnationis Domini millesimo ducentesimo tricesimo primo, nonis (a) februarii, indictione quarta.

[Januario, vel februario circiter.] Cardinalis concilium in Maguntina (1) civitate habiturus comprovinciales citaverat episcopos et abbates et diversi ordinis clericos, si non abbas (Sancti Galli), consilio suo cum rege habito, id irritasset. Praecepit enim rex ne quis in regno suo praeter episcopos, quorum id erat officii, concilia celebraret; aliud faciens, gratia sua careret (2). Disposuerat namque praefatus Alemanniam datis qui-

(a) In impresso *nono*; legimus autem *nonis*, quod magis solitae formae convenit.

---

(1) Scribentis errorem vel mutationem nominis, nostra sententia recte, Boehmerus suspicatur, cum nusquam alias appareat alterum concilium apud Maguntiam, sive ante sive post Herbipolense, a cardinale fuisse convocatum. Nibil tamen obstat quin idem concilium primo apud Maguntiam, deinde apud Herbipolim cardinalis indixerit.

(2) Discimus autem ex epistola Gregorii papae concilium sive conventum apud Herbipolim celebratum esse, cui ad fuit archiepiscopus Magdeburgensis tunc in Alemanniam reversus (vid. supr. p. 429 not. 1) cum episcopo Nuemburgensi pluribusque praelatis: « Gregorius, etc., episcopo » Ildesmensi, etc. Cum venerabilis frater noster... Nuemburgensis episcopus de scriptura illa » que publice lecta fuit Erbipoli, unde contra dilectum filium nostrum Ottonem Sancti Nicolai » in carcere Tulliano diaconum cardinalem tunc in partibus illis apostolice sedis legatum scan- » dalum fuit grave subortum, sit sicut graviter accepimus infamatus, nos volentes et patris ser-

busdam edictis spoliare. Videns vero quia non sicut disposuerat haberet processum, ad securitatem sui accepto ducatu pacis, abbate Sancti Galli duce et comite, Ratisponam venit cum pace (1). Ubi abbas pontificalibus ab ipso acceptis, annulo scilicet et infula, repedavit ad regem. Dederat itaque abbas ei CXL argenti marcas. CONRAD. DE FABAR. ap. PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, t. II, p. 182.

» vare rigorem et matris non deserere lenitatem, fraternitati tue per apostolica scripta mandamus quatenus inquisita super his diligentius veritate, si eum super hoc culpabilem non inveneris, eidem propter infamiam ob hoc contra ipsum exortam purgationem prestito corporaliter juramento indicas, et indictam, si eam prestare poterit juxta formam quam tibi mittimus presentibus interclusam, recipias publice coram multis, et quia cronica infirmitate seu morbo sontico dicitur laborare, ipsum sententiis latis in eum a prefato legato, si ad apostolicam sedem in termino sibi prefixo legitimo impedimento detentus propter hoc venire nequivit, denunties non teneri. Si vero culpabilem in premissis eum indixeris vel indictam sibi purgationem jam dictam prestare non poterit, sententiam suspensionis quam idem cardinalis in dictum episcopum et quosdam alios occasione hujusmodi promulgavit faciens inviolabiliter observari, nobis quidquid super hoc factum fuerit tuis literis studeas fideliter intimare, ut procedamus exinde prout secundum Deum viderimus procedendum. Datum Anagnie, VIII idus decembris, anno VI (6 decemb. 1232). — Forma protestationis ejusdem juramento firmate : Ego Nuemburgensis episcopus protestor et assero quod non fui in consilio neque in facto neque in consensu quod littere ille que lecte fuerunt in conventu apud Erbipolim ubi archiepiscopus Magdeburgensis et ego cum quibusdam episcopis et aliis prelatis et clericis de mandato domini Ottonis Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconi cardinalis tunc apostolice sedis legati conveneramus, fierent vel legerentur ibidem, nec antea aliquid inde scivi, et hec assero et juro esse vera; sic me Deus adjuvet et hec sacra Dei evangelia. Super culpa vero, quia postea non contradixi, et aliis omnibus misericordiam vestram imploro et volo stare mandatis vestris. » HOEFLER, *Kais. Friedr. II*, p. 334, ex Regest, ann. VI, nº 182.

(1) Huc pertinere censemus privilegium ab eodem cardinale monasterio de Banz indultum quo abbatem et conventum hujus loci sub ecclesiae protectione recipit. Datum Ratisbonae, 24 februarii, sed sine anni notatione. Ap. SPRENGER, *Gesch. von Banz*, 373. — OESTREICHER, *Gesch. von Banz*, 2, LXVI. Abbas Sancti Galli qui apud Esslingen 5 febr. in curia regali aderat, versus finem mensis ejusdem cardinalem conducere sane potuit usque Ratisbonam, unde Otto lento itinere in Italiam remeasse videtur. 15 april. ejusdem anni apud Rottenmann in Styria morabatur. Cf. KOPP, *Reichsgesch.*, IIª, 485. — BOEHMER, *Reichssachen*, 381, nº 407.

4 aprilis. Henricus Romanorum rex Ratisponensi episcopo declarat quod monasterio Waltsassensi parochiam Bundrebe (Wundreb) in dioecesi ejus constitutam contulit et id privilegio roboravit.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXXI, pars 1ª, p. 546, e libro copiali antiquiss.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, dilecto principi suo venerabili episcopo Ratisponensi gratiam suam et omne bonum. Cum nostre majestatis eminentie decens et congruum sit ea que sub titulo eleemosine Deo dicatis contulimus ad perfectum stabilire, tuam discretionem una cum omnibus paginam inspecturis scire volumus quod nos regali de munificentia parrochiam in Bundrede sub diocesi tua constitutam libere et absolute ecclesie Waltsassensi pro remedio anime nostre et nostrorum progenitorum contulimus, firmantes id privilegio per impositionem sigilli nostri cum testibus solempniter roborato. Quamobrem processu temporis si, parrochia ipsa pastore orbata, petitores nostram clementiam ut moris est adeuntes, aliquis eorum per nos prioris donationis (1) oblitos hanc obtinuerit, nostre manus porrectioni se in vanum sciat inclinare. Quippe cum nolimus nec fas sit priori testamento postrema preferri debere, actionem vero hujus rei presens scriptum sigillo nostro munitum perpetuo in posteros demandabit memoriali.

Acta sunt hec anno Domini M. CC. XXXI, III nonas aprilis, presentibus magistro Bertholdo de Tannenrod, dapifero Eberhardo de Walpurc, pincerna Cunrado de Winterstetten, Cunrado pincerna de Clingenberc, Hiltepoldo et Lupoldo de Grindela et aliis multis.

(1) Vid. supra donationem juris patronatus hic memoratam, factam apud Herbipolim, 15 martii 1227.

Henricus Romanorum rex ratum habet quod monasterium de Walkenried ad utilitatem suam sylva de Harz fruatur, ea conditione ut comiti Theoderico de Hohenstein annuatim duodecim marcas argenti persolvat, sicut in privilegio ejusdem comitis continetur. Francfort, 20 aprilis.

(Memorat. ap. BOEHMER, *Regest. imper.*, p. 237, n° 229, ex originali apud Hannoveram a Bethmanno communicato.)

Datum apud Frankinfort, XII kalendas maii, indictione quarta.

Henricus Romanorum rex statutum Beringeri Spirensis episcopi confirmat, quo iniqua quaedam consuetudo aboletur, ne debitores a sculteto Spirensi super contumacia sive violentia, quae Vurevel (Vräfel) dicitur, puniantur, priusquam actor contumaciam sive violentiam probaverit. Apud Wormatiam, 29 aprilis.

(Edit. ap. *Monum. Boic.*, tom. XXX, pars 1ª, p. 169, n° 697, ex originali in archiv. Spir., et ap. PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, p. 280.)

H. Dei gracia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum exhibitum fuerit graciam suam et omne bonum. Inolevit quippe a longis retro temporibus in civitate nostra Spirensi sicut intelleximus quedam consuetudo detestabilis, pacis emula, divini et humani juris inimica. Hec scilicet quod si quis alicni laicorum in minima denariorum quantitate solvere tenebatur, creditor debitorem nulla vel modica monitione premissa coram officiali sculteto Spirensi traxit in causam, conquerens ipsum contumaciter et violenter quod vulgariter Vnreveliche vocatur pecunie sic debite solutionem neglexisse, a cujus

instantia judicii reus nequaquam potuit absolvi nisi ad minus per septem testimonia personarum; quas si reus ad expurgationem objectorum non poterat producere, scultetus ipsum reum actori ad solvendum deducta (debita?) in judicium condempnavit et insuper judex ipse pro contumatia sive violentia que Vurevele dicitur, licet nulla esset, reo pro libitu pecuniariam penam inflixit. Cum ad abolendam igitur hujus inique consuetudinis corruptelam, dilectus princeps noster Berngerus venerabilis Spirensis episcopus ad preces civium nostrorum Spirensium communicato capituli sui consilio provide statuerit ut si quis laicorum aliquem in civitate nostra Spirensi juxta casum prescriptum coram sculteto Spirensi deinceps traxerit in causam, actori se tercio ad minus interposito juramentis incumbat onus probandi contumatiam sive violentiam que Vurevele dicitur quam reum dicit commisisse; alioqnin reus elevata ad gloriosas sanctorum reliquias sola manu intentionem actoris elidat, jurando se nichil debere vel contumaciter aut violenter quod Wrevele dicitur debitum se non tenere vel tenuisse aut violentiam objectam non commisisse. Verum cum etiam idem episcopus et cives nostri prenotati a nobis cum magna precum instantia postulaverint ut abolitionem premisse consuetudinis inique auctoritate regia confirmare dignaremur, nos deliberato consilio principum factum memorati episcopi nostri principis duximus confirmandum, et ad majorem evidentiam presens scriptum sigillo nostre celsitudinis jussimus communiri et antefatis nostris civibus exhiberi.

Testes qui interfuerunt hii sunt S. Moguntinus, H. Coloniensis, Th. Trevirensis et Madeburgensis archiepiscopi, S. Ratisponensis imperialis aule cancellarius, H. Wirzeburgensis episcopus, H. Wormazensis, H. Argentinensis, B. Spirensis, Curiensis et Augustensis, Laudunensis (a) episcopi, Sancti Galli, Prumensis, C. de Wizenburc, Sancti Cornelii et de Gengenbach abbates, Brabanzie, Lutboringie, Meranie et de Limpurch duces, comes Walrafen palatinus, comes de Tuwingen, comes de Otingen, comes de Spanheim, comes de Kefernberc, comes de Hohstadt, comes de Harzburc, burgravius de Nuremberc, comes de Alsacia, comes

(a) Recte autem legendum *Lausanensis*.

Hirsntus, A. comes de Habesburc, A. comes de Kyburc, comes de Ferreto, H. et A. Nifarii, T. comes de Zolre, M. comes de Wilperc, G. comes de Eberstein, W. dapifer de Bonlandia, marscalcus de Bappenheim, C. (E.) dapifer de Walpurc, C. pincerna de Wintersteten et alii quamplures.

Datum apud Wormatiam in sollempni nostra curia, anno dominice incarnationis M° CC° XXX° primo, tercio kalendas maii, indictione quarta.

Henricus Romanorum rex concedit abbati et conventui in Gengenbach sylvam dictam Mose (Moosse), quae sylva cum suo monte semper propria fuit de fundo ecclesiae ejusdem ad extirpandam et evellendam, ut si homines ecclesiae residentiam sive mansionem ibi fecerint, ab omni exactione quolibetque obsequio perpetuo sint immunes. Wormatiae, 29 aprilis.

(Memorat. et extract. ap. LUNIG, *Teutsch. reichsarchiv.*, t. XVIII, p. 294.)

Datum Wormacie in curia regis, III kalendas maii, anno Domini MCCXXXI, indictione quarta.

I.

Henricus Romanorum rex universis imperii fidelibus notam facit sententiam in curia sua diffinitam de mercatibus faciendis, de cambio exercendo, de figura et distinctione denariorum, de pœna eorum qui cum falsis denariis deprehenduntur. Apud Wormatiam, 30 aprilis.

(Edit. ap. OESTERREICHER, *Inhalt einiger Gesetze*, etc., p. 20, ex litteris Alberti

archiepiscopi Magdeburgensis ad Hermannum Herbipolensem episcopum; — et ap. PERTZ, *Monum. Histor. Germ.*, t. IV, 281.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, nobilibus, ministerialibus, civitatibus, oppidis, castris, villis et universis imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. Sepius coram domino et patre nostro serenissimo Romanorum imperatore et nobis sententialiter diffinitum est ut in civitatibus et aliis locis ubi propria et justa moneta esse consuevit, nemo mercatum aliquem facere debeat cum argento, sed cum denariis proprie sue monete; cambium quod vulgo dicitur Wehsel (*a*) neque institor neque alius quivis mercatorum, sed ipse monetarius exercere debebit vel is cui dominus permisit (*b*) ex indulgentia speciali. Denarii preterea unius monete ita manifestis signis et imaginum dissimilitudinibus distingui debent a denariis alterius monete ut statim prima facie et sine difficultate aliqua ipsorum ad invicem discretio et differentia possit haberi. Ad hec si aliquis cum falsis denariis fuerit deprehensus, penam falsarii sustinebit nec proderit ei si dicat se eos in publico et communi foro recepisse, nisi summa adeo modica fuerit ut novem denarios non excedat. Hic si etiam tertio cum predicta summa vel citra inventus fuerit, tunc poterit quasi falsarius sine predicta exceptione vel excusatione judicari. Hec igitur, sicut juste et rationabiliter diffinita sunt, sub obtentu gratie nostre inviolabiliter observari precipimus in omnibus locis in quibus moneta principis frequentatur et habetur. Ad perpetuam denique firmitatem hanc nostre diffinitionis sive sententie et protestationis paginam sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Hujus rei testes sunt Theodericus Treverensis, Heinricus Coloniensis, Sifridus Maguntinus, Albertus Magdeburgensis archiepiscopi, Hermannus Herbipolensis, Bertholdus Argentinensis, Heinricus Wormatiensis, Sifridus Ratisponensis et imperialis aule cancellarius, . . . Spirensis, Siboto Augustensis, Bertoldus Curiensis, Bonifacius Lausanensis episcopi; . . . Sancti Galli, Cono de Wizenburg abbates; laici vero Otto Meranie, Hein-

(*a*) In sequenti autem *Wesle*.

(*b*) In sequenti quoque *permiserit*.

ricus Brabautie, . . . Lutharingie, Heinricus de Limpurg duces, Poppo de Hennenberc, Hermannus de Hartsburg, Guutherus de Kevernberg, Albertus de Weie, Thidricus de Honstein, Fridericus de Bichelingen, Heiuricus de Swarzburg comites, Gunzeliuus dapifer, Cunradus pincerna, Everhardus de Walpurg, Cunradus de Winterstete pincerna, et alii quamplures.

Data Wormacie, II kaleudas maii, indictione quarta.

II.

Aliud speciale mandatum ejusdem regis de re eadem.

(Edider. LEDEBUR, *Archiv*, t. XVI, p. 174.—PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, p. 281.)

Heinricus Dei gratia Romauorum rex et semper augustus, nobilibus, ministerialibus, civitatibus, oppidis, castris, villis et universis imperii fidelibus in Saxonia constitutis. Sepius coram domino et patre uostro, etc. (*Sequitur de verbo ad verbum sicut in praecedenti, usque ad:*)

Hec igitur, sicut juste et rationabiliter diffinita sunt, sub obtentu gratie nostre iuviolabiliter observari precipimus in omuibus locis in quibus moneta Magdeburgensis frequentatur et habetur. Damus etiam potestatem uobili viro Hermanno comiti de Hartesberg (*a*) et fideli nostro Gnnzelino dapifero ut cnm super hoc vel ambo vel alter eorum fuerit requisitus, auctoritate nostra hujusmodi senteutias faciant observari, coutra transgressores et iuobedieutes debitnm justitie vigorem exercendo. Ad perpetuam denique firmitatem, etc. (*Sequitur ut in praecedenti cum testibus et notis chronologicis eisdem.*)

(*a*) Supra et infra *Hartsburg*.

Wormatiae, 30 aprilis.

Henricus Romanorum rex Henricum ducem de Limburg monet ne apud Rode theloneum extorqueat de vino quod capitulum Beati Servatii de Trajecto ad usum ecclesiae comparavit, cum ipse promiserit quod de caetero a theloneo isto eamdem ecclesiam absolutam dimitteret.

(Inedit. ex *Chartul. S. Servatii in Trajecto*, MSS. Bibliot. reg. Parisiens., tom. III, f. 11 verso et f. 237 recto.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex semper augustus, dilecto ac fideli suo H. duci de Lymborch gratiam suam et omne bonum. Decanus et capitulum Beati Servatii in Trajecto nobis significaverunt quod tu apud Rode theloneum de vino quod ipsis provenit de bonis ecclesie sue contra justitiam facias extorqueri, cum tu Aquis in presentia nostra et principum nostrorum qui aderant nobis promiseris quod tu de cetero eamdem ecclesiam ab omni theloneo de bonis ad usum canonicorum dicte ecclesie pertinentibus absolutam deberes dimittere, et maxime cum coram domino et patre nostro serenissimo Romanorum imperatore per sententiam principum fuerit definitum ecclesias non teneri dare theloneum de proventibus bonorum suorum ad usus eorum pertinentium qui in ipsis ecclesiis omnipotenti Deo deserviunt. Ideo et nos dilectionem tuam monendam duximus et rogandam quatenus ob reverentiam domini et patris nostri imperatoris et gratiam, eamdem ecclesiam de cetero a theloneo absolutam dimittas in vino quod ei provenit et refert in bonis suis et quod ad communes usus canonicorum predicte ecclesie dinoscitur pertinere, cum, sicut nobis innotuit, predecessores nostri dicte ecclesie id scriptis suis promiserunt observare.

Datum Wormatie, pridie kalendas maii, indictione quarta.

Henricus Romanorum rex Henrico duci Brabantiae scribit ut collationi quam pater suus imperator ecclesiae Beati Servatii in Trajecto fecit de domo ruinosa sita juxta eamdem ecclesiam, assensum praebeat. Apud Wormatiam, 30 aprilis.

(Inedit. ex *Chartul. S. Servatii in Trajecto*, MSS. Bibl. reg. Parisiens., tom. III, f. 290 verso.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, dilecto principi suo H. duci Brabantie gratiam suam et omne bonum. Cum nos omnium ecclesiarum defensionibus intendere teneamur, precipuo ac speciali affectu illas promovere tenemur que speciali subjectione et devotione regie noscuntur subdite majestati. Inde est quod nos dilectionem tuam monendam duximus ac affectuose rogandam quatenus collationi illi quam serenissimus imperator Romanorum pater noster fecit ecclesie Beati Servatii in Trajecto de domo ruinosa sita juxta eamdem ecclesiam, assensum prebeas. Locus enim ille, sicut nobis innotuit, ad opus dormitorii predicte ecclesie competit, et propter hoc potius consentire debes ut ex tua cooperatione in dicta ecclesia omnipotenti Deo competentius serviatur.

Datum apud Wormatiam, II kalendas maii, indictione IIII.

Henricus Romanorum rex omnibus principibus, ecclesiasticis et mundanis, plura concedit privilegia, quibus illos vult gaudere, salvis privilegiis a genitore suo obtentis aut obtinendis; eodem quoque jure vult gaudere vasallos, ministeriales et civitates ad se et ad imperium spectantes. Apud Wormatiam, 1° maii.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXX, pars 1ª, nº 699, p. 173, ex originali unde sigillum appendet in arch. cathed. Wirzeb. desumpto, et in quo prima vice commata et puncta clare distinguuntur; quod hucusque nullo modo usitatum fuisse videtur. Exhibetur quoque *ibidem*, p. 171, nº 698, alterius originalis exemplar in Augustensi archivo asservati cum quibusdam pauci momenti variantibus, nisi quod in isto nulla testium mentio sit. Formam quam elegimus ediderunt insuper Scheid, *Origin. Guelf.*, t. V, 22, ex originali apud München.— Hontheim, *Hist. Trevir.*, t. I, 708. — Pertz, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, 283. — Adest etiam exemplar Moguntinum, sigillo integro appendente, quod inter testes omisit Sibotonem Augustensem episcopum.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis regni sui fidelibus gratiam suam et omne bonum. Volentes principes nostros ecclesiasticos et mundanos ceterosque fideles regni nostri in sua libertate et honore servare et modis omnibus confovere, de regali nostra munificentia gratiam eis fecimus, quam a civitatibus nostris eisdem volumus inviolabiliter observari. Statuentes inprimis, quod nullum novum castrum vel civitatem in prejudicium principum construere debeamus. Item quod (a) nova fora antiqua non possint aliquatinus impedire. Item nemo cogatur ad aliquod forum ire invitus. Item strate antique non declinentur nisi de transeuncium voluntate. Item in civitatibus nostris bannitum miliare deponatur. Item unusquisque principum libertatibus, jurisdictionibus, comitatibus, centis, liberis sibi vel infeodatis utatur quiete, secundum terre sue consuetudinem approbatam. Item centgravii recipiant centas a domino terre, vel ab eo qui per dominum terre fuerit infeodatus. Item locum cente nemo mutabit sine consensu domini terre. Item ad centas nullus synodalis vocetur. Item cives qui Phalburgere dicuntur penitus deponantur. Item census frumenti, vini, pecunie, vel alii, quos rustici constituerunt hactenus se soluturos, relaxentur, et ulterius non recipiantur. Item principum, nobilium, ministerialium, ecclesiarum homines proprii in civitatibus nostris non recipiantur. Item principibus, nobilibus, ministerialibus, ecclesiis proprie-

(a) Pro *item quod* in altero *quoniam*, parum ut videtur recte.

tates et feoda per civitates nostras (*a*) occupata restituantur, nec ulterius occupentur. Item conductum principum per terram eorum quam de manu nostra tenent in feodo, per nos vel nostros non impediemus vel infringi paciemur. Item non compellantur aliqui per sculteтos nostros ad restitucionem eorum, que a longinquo tempore ab hominibus, priusquam se in nostris civitatibus collocarent, receperant. Item in civitatibus nostris nullus terre dampnosus, vel a judice dampnatus, vel proscriptus, scienter recipiatur; recepti convicti ejiciantur. Item nullam novam monetam in terra alicujus principis cudi faciemus, per quam moneta principis deterioretur. Item civitates nostre jurisdictionem suam extra sue civitatis ambitum non extendant, nisi ad nos pertineat jurisdictio specialis. Item in civitatibus nostris actor forum rei sequatur, nisi reus vel debitor principalis ibidem fuerit inventus, quo casu respondeat ibidem. Item nemo recipiat in pignore bona quibus quis infeodatus est, sine consensu et manu domini principalis. Item ad opera civitatum nullus cogatur, nisi de jure teneatur. Item homines advocaticii in nostris civitatibus residentes antiqua et debita advocacie jura persolvant, neque indebitis exactionibus molestentur. Item homines proprii, advocaticii, feodales, qui ad dominos suos transire voluerint, ad manendum a nostris officiatis non arctentur. Talibus autem beneficiis dilectos nobis honorabiles principes majestas decrevit regia prevenire, salvis privilegiis a nostro genitore optentis et ab eo vel a nobis in posterum optinendis; eodem quoque jure gaudere volumus vassallos, ministeriales, homines et civitates, nobis et imperio attinentes.

Testes sunt hii Sifridus Maguntinus electus, Th. Trevirensis, A. Magdeburgensis, H. Coloniensis archiepiscopi, H. Wirceburgensis, H. Wormaciensis, . . . Argentinensis, . . . Spirensis, . . . Augustensis, . . . Curiensis episcopi, . . . Sancti Galli, . . . Wizenburgensis, . . . Brumiensis abbates, . . Meranie, . . Lothoringie, . . Bravancie duces, et alii quamplures.

Data apud Wormaciam in curia solempni, anno Domini M° CCXXX primo, kalendas maii, indictione quarta.

(*a*) In altero additur *indebite*.

Apud Wormatiam, 1° maii.

Henricus Romanorum rex ex sententia curiae suae Frisingensi episcopo permittit munitionem civitatis et montis Frisingensis, ad commodum et obsequium imperii et ipsius ecclesiae.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXXI, pars 1ª, p. 548, e libr. cop. Frising. III, f. 93 b. — Meichelbeck, *Hist. Frising.*, I Band, 574. — Pertz, *Monum. Germ. Hist.*, t. IV, 283.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens scriptum ostensum fuerit gratiam suam et omne bonum. Ad notitiam universorum cupimus pervenire quod coram principibus, nobilibns et familiaribus curie nostre subscriptis talis lata sententia fuit et ab omnibus approbata quod quilibet episcopus et princeps imperii civitatem suam debeat et possit ad opus et obsequium imperii et ipsins in fossatis mnris et in omnibus munire. Inde est qnod anctoritate presentium dilecto principi nostro venerabili Frisingensi episcopo liberam auctoritatem dedimus edificandi civitatem et montem Frisingensem ad commodnm et obsequium imperii et ecclesie ipsius; et ad majorem evidentiam presens scriptum sigillo nostre celsitndinis communitnm memorato episcopo et ecclesie sue jussimus exhiberi.

Testes qui interfnerunt sunt hii venerabiles Maguntinus, Treverensis, Magdeburgensis archiepiscopi, Wormacensis, Herbipolensis, Curiensis, Angustensis episcopi, Lothringie, Lempurch, Meranie duces, Walerammus palatinus comes, comes de Oetingen, burgravins de Nuremberch, et alii quamplures.

Datum apud Wormaciam, kalendis maii, indictione IV.

Apud Wormatiam, 1° maii.

Henricus Romanorum rex sententiam promulgat qua de consensu principum diffinitum est ut neque principes neque alii quilibet

constitutiones vel nova jura facere possint, nisi meliorum et majorum terrae consensus primitus habeatur.

(Edit. ap. *Mémoir. et docum. inéd. pour l'hist. de la Fr. Comté*, t. III, p. 522 ex Solothurn. Wochenbl., ann. 1823, p. 497-498. — SCHULTES, *Coburg Landesgesch.*, 135. — BENZENBERG, *Ueber Provinzialverf.*, I, 35. — PERTZ, *Monum. Hist. Germ.*, t. IV, 283. — OESTERREICHER, *Inhalt einiger Gesetze*, 19.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus gratiam suam et omne bonum. Notum esse cupimus universis quod nobis apud Wormatiam curiam solemnem celebrantibus, in nostra presentia petitum fuit diffiniri si aliquis dominorum terre aliquas constitutiones vel nova jura facere possit, melioribus et majoribus terre minime requisitis. Super qua re, requisito consensu principum, fuit taliter diffinitum ut neque principes neque alii quilibet constitutiones vel nova jura facere possint, nisi meliorum et majorum terre consensus primitus habeatur. In hujus itaque sententie robur perpetuo valiturum presentem litteram conscribi et sigillo nostro fecimus communiri.

Testes sunt hii Sifridus Moguntinus electus, . . . Magdeburgensis, . . . Treverensis archiepiscopi, Herbipolensis, Ratisponensis, Wormatiensis, Curiensis episcopi, Otho dux Meranie (a). . . . . et alii quamplures.

Data apud Wormatiam, anno Domini MCCXXXI, kalendis maii, indictione IV.

Henricus Romanorum rex constituit ut Gerhardus de Sinzich fidelis suus de bajulatione ipsi recommissa nulli nisi sibi respondeat et intendat. Apud Wormatiam, 1° maii.

(a) Apud Pertz, Schultes et Oesterreicher post *Ratisponensis* legitur *sive imperialis aulae cancellarius*. Post verbum *episcopi* sequitur immediate *et alii quamplures*, deficiente inter testes Ottone duce Meraniae qui ibi additur in exemplari Burgundiae destinato.

(Edid. GUDEN., *Cod. diplom. Magunt.*, t. II, pars 2, p. 938, ex autogr. in arch. Landscron.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens littera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Presentium insinuatione ad notitiam universorum cupimus pervenire quod nos ex plenitudine consilii nostri constituimus ut fidelis noster Gerhardus de Sinzich de bajulatione ipsi a nostra serenitate recommissa nulli respondeat vel intendat nisi nobis. Ad cujus facti certa indicia presentem litteram sigillo nostro communitam ipsi fecimus assignari.

Datum apud Wormatiam, kalendis maii, indictione IIII.

Hagenowe, 20 maii.

Henricus Romanorum rex Ulricum comitem de Kiburg consanguineum suum de praepositura Beronensi investit et canonicis Beronensibus mandat ut ei de singulis et universis justitiis et rationibus ejusdem praepositurae ad plenum obediant.

(Edider. HERRGOTT, *Genealog. Habsb.*, II, 200. — SCHANNAT, *Vindem. Litter.*, I, 185.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis universis canonicis Beronensibus gratiam suam et omne bonum. Accedentem ad nos dilectum consanguineum nostrum Ulricum comitem de Kyburg Basiliensis ecclesie canonicum benigne recepimus et ipsum electum a vobis de prepositura Beronensi investivimus, constituentes eum imperialis aule capellanum veluti tenemur facere prepositos dicti loci, cupientes ei dignitates suas loco et tempore ampliare. Qua de re mandamus prudentie vestre regia auctoritate firmiter precipientes quatenus prelibato preposito nostro de omnibus et singulis justitiis et rationibus preposíture Beronensis obediatis ad plenum et fideliter inten-

datis. Quod qui facere neglexerit, sciat se regalem nostram eminentiam graviter offendisse.

Datum Hagenowe, VIII kalendas junii, indictione IV.

Henricus Romanorum rex homines in valle Uraniae constitutos de possessione comitis Rudolfi de Habsburg eximit, eis promittit quod nunquam eos a se alienabit, mandatque ut fideli suo Arnoldo de Aquis super requisitione precariae suae credant et obediant. Hagenowe, 26 maii.

(Edider. Tschudi, *Chronic. Helvet.*, I, 125. — Herrgott, *Genealog. Habsb.*, II, 239, cum mentione sigilli in quo legitur inscriptio : † *Heinricus Dei gratia Rom. rex semper augustus*; in postica parte : *et dux Suevie.*)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, fidelibus suis universis hominibus in valle Uranie (1) constitutis quibus presens littera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Volentes semper ea facere que ad vestrum commodum vergere poternnt et profectum, et ecce vos redemimns et exemimns de possessione comitis R. de Habsburc, promittentes vobis quod vos nunquam a nobis vel per concessionem seu per obligationem aliena[bi]mus, sed semper vos ad usus nostros et imperii manutenere volumus et fovere. Monemus igitur universitatem vestram sincerissimo cnm affectu quatenns super reqnisitione nostre precarie et solutionis credatis et faciatis que fidelis noster Arnoldus de Aquis vobis dixerit vel injunxerit facienda ex parte nostri, ut promptam vestram fidelitatem debeamus commendare, quia ipsum ad vos ex providentia consilii nostri duximus destinandum.

Datum apud Haginuo, VII kalendas junii, indictione quarta.

---

(1) Simile mandatum hominibus de Unterwald directum, quod refert Businger, *Gesch. von Unterw.* I, 436, non ex ullo originali depromptum, sed tantummodo ad fidem istius transcriptum, prout libuit, ab editore videtur.

[. . . . . maio vel junio circiter.]

Henricus Romanorum rex indulget ut pro quibusdam feudis ecclesiae Herbipolensis, quae ab ea H. de Bokesperc et ab hoc Conradus de Winsperc tamquam subvasallus tenuerunt, et quae post resignationem ab utroque ecclesiae praedictae factam, ad instantiam Conradi de Winsperc per episcopum marchioni de Baden fuerunt collata, idem Conradus, regius ministerialis, in compensationem ecclesiae septem villas ex suo patrimonio conferat.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom XXX, pars I^a, p. 177, n° 700, ex originali unde sigillum appendet ex filis sericis flavi, rubri et viridis coloris. Locus mensis ac dies peracti negotii desunt. — Memorat. quoque et germanice extract. a Frisio, ap. Ludewig, *Geschichtschr. von Wirzb.*, 558 b.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus. Regie majestatis condecet honestatem ea que suo consensu geruntur et favore per suam etiam providentiam firmitatis robore stabiliri et scriptorum memorie commendari, ut nullum oblivionis capiant scrupulum vel aliquod detractionis senciant detrimentum. Ad omnium igitur tam presencium quam post futurorum noticiam volumus pervenire quod quasdam proprietates Herbipolensis ecclesie quas dilectus noster H. nobilis vir de Bokesperc ab ipsa tenuit ecclesia jure feodali et quas fidelis noster Cunradus de Winsperc in feodo tenuit ab eodem, idem H. nobilis de Bokesperc sibi a dicto fideli nostro C. de Winsperc prius resignatas venerabili ac dilecto principi nostro Hermanno episcopo Herbipolensi et ipsi ecclesie resignavit; et demum ipse episcopus et ecclesia easdem proprietates sibi resignatas ad petitionem sepefati C. de Winsperc cum totius integritatis jure dilecto nostro . . . marchioni de Baden unanimiter ac liberaliter contulerunt. Ipse autem Cunradus ecclesiam Herbipolensem sua proprietate dicto . . . marchioni collata nolens destitui vel desolari, patrimonium suum, videlicet has villas

Sinderingen et utrumque Zwivelingen, Wolmvoteshusen, Thieffensalle, Schelhenberc et Holzwiler, memorate Herbipolensi ecclesie in concambium contulit et restaurum. Cum autem memoratus C. de Winsperc noster sit ministerialis nec patrimonium suum nisi de nostra permissione possit vel debeat alienare, nos ex plenitudine nostri consilii plenam eidem ac liberam dedimus facultatem memoratas villas sepedicte ecclesie conferendi, cui collationi manum nostram adhibentes et assensum nos eandem presencium testimonio confirmamus. Ne autem per aliquorum emulorum insidias ecclesia sibi collati patrimonii jure unquam defraudetur, immo et ne super ipso concambio dubium alicui inposterum oriatur, presens scriptum conscribi disposuimus et sigilli nostri munimine roborari.

Testes hujus rei sunt . . . episcopus Wormaciensis, predictus . . . marchio de Baden, . . . comes de Lewenstein, Cunradus de Magenheim, Ludewicus de Schiphe, Engelhardus de Nidecge, Ludewicus de Luneburc, Rabeno de Rabenspurc, Dietherus frater suus, et alii quam plures, tam clerici quam laici.

Acta sunt hec anno dominice incarnationis M° CC° tricesimo primo (1), regnante nobiscum glorioso patre nostro Romanorum imperatore Friderico, indictione IIII°.

Henricus Romanorum rex sententiam ab abbate sancti Galli editam promulgat, qua haeredes haeretici ad mortem condemnati bonis ejus haereditariis gaudere debent, beneficiis ad jus dominorum a quibus habebantur redeuntibus, et bonis mobilibus ad dominum hominis condemnati. Wormaciae, 2 junii.

(Edider. MORITZ, *Von Worms*, p. 160. — Correctius tamen praesertim in chronologicis notis PERTZ, *Monum. Germ. Hist.*, t. IV, p. 284.— Cf. *Annal. Wormat.* ap. BOEHMER, *Fontes*, II, 175.)

(1) Quum ex nomine primi testis documentum Wormatiae datum suspicemur, hic damus, incerti quo melius reponendum sit.

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis hoc scriptum cernentibus gratiam suam et omne bonum. Quesitum fuit Wormatie coram nobis in sententia cui de jure cedere deberent cujuslibet hominis bona qui propter heretice pravitatis errorem condemnaretur ad mortem. Abbas vero Sancti Galli requisitus talem promulgavit sententiam approbatam ab omnibus quod heredes condemnati bonis ejus deberent hereditariis ac patrimonio gaudere, beneficiis ejus similiter ad jus et potestatem dominorum a quibus habebant redeuntibus; domino vero cujuscumque esset homo condemnatus bonis ejus mobilibus innitente : hoc tamen excepto quod sumptus ad incendium hereticorum faciendi et merces comitis de bonis etiam forent mobilibus recipienda. Super quo presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri testimonio communiri.

Testes Sifridus Ratisponensis episcopus imperialis aule cancellarius, Wernherus de Bonlanden imperialis aule dapifer, Gotefridus de Randeggen, Henricus de Oppenheim et Sifridus de Lutra sculteti, Rindismula, et quamplures alii.

Datum Wormacie, IV nonas junii, indictionis IV.

Geinhausen, 3 junii. Henricus Romanorum rex ex resignatione Henrici comitis de Nassowe qui jus patronatus in ecclesia Herbornensi de lantgravio Thuringiae tenebat, eamdem ecclesiam domui Theutonicae pleno jure possidendam confert, cum resignatio legitime facta sit.

(Edid. J. M. Kremer, *Origin. Nassoicar.*, pars 2, Cod. diplom., n° CXLII, ex origin. in archiv. Dillenburg. — Impressit denuo J. H. Hennes, *Cod. diplom. ord. S. Mariae Theuton.*, n° 85, p. 92.)

H. Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens littera fuerit ostensa gratiam suam et omne bonum. Significandum duximus universitati vestre quod ecclesiam Her-

beren dilectus consanguineus noster H. lantgravius Thuringie a nobis habebat in feodo cum jure patronatus et ab ipso lantgravio jus patronatus (a) habuit H. comes de Nassowe, et idem comes ipsum jus patronatus resignavit premisso lantgravio, ea conditione ut ipse lantgravius eam nobis resignaret et nos ipsam omni jure conferremus domui Theutonice in subsidium Terre Sancte. Cognita itaque devotione premisse domus, memoratam ecclesiam ipsi conferimus tenendam et possidendam pleno jure et eandem donacionem ipsi duximus confirmandam, volentes ut ipsam teneat ad usus suos cum resignatio facta sit legitime a persona in personam sine exceptione. Ad hujus igitur donationis nostre memoriam, presentem litteram sigillo nostro communitam prefate domui fecimus assignari.

Testes sunt hii Hermannus marchio de Badin, C. burgravius de Nurimberc, marchio de Burgow, Liupoldus (b) et E. fratres de Grindelach, C. de Stuffiu et alii quamplures.

Actum apud Geilinhusen, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo primo, III nonas junii, indictione IV.

Henricus Romanorum rex ratum habet et confirmat arbitrium post longam litem inter capitulum Naumburgense et capitulum Cicense, mediantibus archiepiscopo Magdeburgensi, episcopis Naumburgensi, Merseburgensi et Mutinensi, compromissum quo ecclesia Naumburgensis tanquam cathedralis jus eligendi episcopum pleno jure habere declaratur, vetatque ne quis Naumburgensem episcopum in ignominiam aut lesionem ejus Cicensem nominet. Apud Gelnhausen, 9 junii.

(Edidit LEPSIUS, *Gesch. der Bischöfe des Hochst. Naumburg*, erst. Theil, Urkundenb., p. 284, n° 58, ex originali in arch. capit. Naumb.)

Heinricus septimus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus, uni-

(a) Desunt hæc duo verba apud Hennes.
(b) Apud Hennes, *Linpoldus*.

versis sacri imperii fidelibus in perpetuum. Regalem decet magnificentiam et ad utriusque vite proficit felicitatem loca divino cultui mancipata munificentiis ampliare nec non eorum commodis intendere cum effectu. Qua de re dignum duximus ad publicam universorum deducere notitiam quod cum jamdudum inter Nuenburgensem et Cycensem ecclesias super jure eligendi vel coeligendi episcopum, quod sibi cum Nuenburgensi ecclesia que cathedralis est Cycense capitulum competere asserebat, questio verteretur, ne lis pene immortalis cum gravi ecclesiarum dispendio protenderetur in infinitum, dilectis principibus nostris Alberto Magdeburgensi archiepiscopo, Engilhardo Nuenburgensi, Ekkehardo Merseburgensi episcopis et Wilhelmo Mutinensi episcopo apostolice sedis legato (1) necnon quampluribus aliis honorabilibus viris presentibus et mediantibus, per arbitrium a canonicis ipsarum ecclesiarum (2) in quos fuit ab utraque parte unanimiter, fide hinc inde prestita, compromissum, taliter conventum et concorditer statutum est et promulgatum quod sicut cathedra et jus cathedrale, ita et libertas eligendi episcopum pleno ac integro jure penes ueuburgensem ecclesiam sit et resideat in perpetuum, eadem que tam re quam nomine cathedralis sit et principalis, et cetera que in arbitrio continentur expressa, eodem arbitrio pena quingentarum marcarum vallato, quas pars idem non observans arbitrium parti solvet observanti, rato nihilominus arbitrio permanente; quibus omnibus post promulgationem concors et communis omnium et singulorum utriusque capituli canonicorum accessit approbatio, consensus et laudamentum, tam dicto quam facto; metropolitani quoque et ordinarii assensus et confirmatio cum utrinsque sollempni sub anathematis pena inhibitione intervenit, ne quis contra dictum arbitrium ausu temerario venire presumat.

---

(1) Iste primus inter testes compromissi ibidem memorati apparet sub his verbis : « Dominus » Wilhelmus episcopus Mutinensis legatus Prussie, qui tunc casu ad partes illas advenerat..... » Acta sunt hec Merseburgi, in majori ecclesia, anno Domini M CC XXX, VIII idus februarii.» Cf. Arndt, *Archiv der Sächs. Gesch.*, t. II, p. 276.

(2) Scilicet ex parte capituli Nuenburgensis Wilibrandus Magdeburgensis major praepositus, Albertus de Griesheim et Gumbertus canonici Nuenburgenses, ex altera Arnoldus praepositus Cycensis, Ulricus scolasticus et Rudigerus canonicus. Lepsius, *ibid.*, p. 284, not. 1.

Cnm itaque preter generalem nostre serenitatis provisionem ac debitum qno universis tenemnr ecclesiis, specialiter cathedralibns que ad nostre manum excellentie in regalinm investitnra respectum habent teneamur, nos in ordinatione prememorata tranquillitati et juri utrinsque ecclesie consnltnm et prospectum esse advertentes, idem arbitrium ratum habentes confirmamns, ipsi robnr vires et mnnimen auguste majestatis impercientes, et si qnid in prefato arbitrio citra legitimarum sanctionum solempnitates dictum, scriptum est sive factum, de plenitudine regie potestatis qua tanquam viva et animata lex in terris supra leges sumus (1), snpplentes omnia qne ad hujus rei vigorem et effectnm facere possnnt, dicta et acta intelligi tanqnam expressa fuerint ex hnjns nostre auctoritatis interpretatione inviolabiliter statuentes. Veterem qnoque errorem appellationis, titnli ac nominis Cycensis corrigimus, abolemns, cassamus et irritamus, titulum et nomen Nuenburgensis episcopi tam in sacris apicibus a nostra curia proficiscentibns quam omnium communi appellatione, in procerum nostrornm cetn et consessu, in aula regali curiisqne sollempnibns necnon in toto Romanorum imperio mandantes et statnentes ab hinc in antea universaliter ab omnibns frequentari. Omnes preterea quicumqne Nuenburgensis ecclesie episcopum in ignominiam aut lesionem ipsins Cycensem nominaverint, mulcta et banno centnm librarum anri bannimns, quarum mediam partem ipsi ecclesie lese si suam persequatur injnriam cedere, reliqnam vero fisco nostro sancimns applicari. Ne ulla quoque ambiguitas snper hiis deinceps oriatnr aut nostre perennitatis confirmatio, statutnm et ordinatio in eternnm valitnra a quoqnam revocetur in dubinm, ad rei geste memoriam tam presentibus quam future posteritatis omnibus evis innotescendam presentem paginam conscribi et sigilli nostri fecimns impressione roborari.

Datum apnd Geylenhusen, anno dominice incarnationis M. CC. XXX. I, quinto idus junii, indictione IIII, anno regni nostri nono.

Testes hii sunt abbas Sancti Galli, frater Bertholdus de Tannenrode, comes Heinricus de Waldinberc, Gerlacus de Bntyngin, Gotefridus et

(1) Vid. supra p. 231, not. 1, ubi eadem minus tamen absolute exprimuntur.

Conradus fratres de Hohinloch, Cunradus pincerna de Clingenberc, Rindesmule de Grundisberc et alii quamplures.

Ego Sifridus Ratisponensis episcopus, imperialis aule cancellarius, recognovi.

Apud Eberbach, 29 junii.

Henricus Romanorum rex ad requisitionem conventus de Maulbronn per sententiam coram se latam declarat ut si qua ecclesia hominem habuerit qui ad civitatem aliquam se transtulerit et sine haerede decesserit, proprietates ipsius ipsa ecclesia obtineat pleno jure.

(Edider. Besold, *Docum. rediv. monaster. Wurtemb.*, I, 495. — Pertz, *Monum. Hist. Germ.*, IV, 284.)

Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis imperii fidelibus quibus presens littera fuerit exhibita gratiam suam et omne bonum. Ad requisitionem dilecti nostri conventus in Mulinbrunn talis coram nobis lata est sententia et ab omnibus astantibus approbata ut si qua ecclesiarum proprium hominem habuerit qui ad civitatem aliquam se transtulerit et sine herede decesserit, digno suo jure eidem ecclesie non obligato, omnes proprietates ipsius ipsa ecclesia cujus fuisse dinoscitur hereditet pleno jure. Ad cujus facti perhennem memoriam et robur perpetuo valiturum, presentem litteram conscribi fecimus et premisse ecclesie in testimonium assignari.

Datum apud Eberbach, anno incarnationis Domini M. CC. XXXI, III kalendas julii, indictione IV.

Henricus Romanorum rex fratri Rudolpho et successoribus ejus praepositis ordinis Sanctae Mariae Magdalenae in Alemannia concedit ut bona recipere possint a magnatibus seu ministerialibus imperii, licet isti a se fuerint infeodati. Geinhausen, 15 julii.

(Edider. LERSNER, *Frankfurt. chronik*, pars 2, p. 86. — BOEHMER, *Cod. diplomat. Moenofrancof.*, I, p. 55.)

Heinricus septimus divina favente clementia Romanorum rex et semper augustus, universis in perpetuum. Ut ad nostros posteros et successores perveniant firmiora ea que a nobis indulgentur, litterarum testimonio commendamus ne tractu temporis evanescant seu calliditate cujuspiam infirmentur. Meminerint igitur presentes et noscant futuri quod nos fratri Rudolfo et successoribus suis prepositis ordinis Sancte Marie Magdalene in Alemannia talem fecimus gratiam et dedimus libertatem ut recipere possint de magnatibus nostris et imperii seu ministerialibus omnia bona que ipsis devotionis intuitu duxerint conferenda, licet ipsi (*a*) a nobis sint vel fuerint infeodati. Et in ampliori beneficio si vixerimus ordinem premissum intendimus exaltare et promovere; mandantes et per gratiam nostram firmissime precipientes ut nullus sit qui premissis gratiam seu libertatem a nostra serenitate provisam infringere audeat vel perturbare. Quod qui fecerit, iram nostram sentiet cum offensa. Ad hujus itaque gratie ipsis indulte. . . . . presentem litteram sigillo nostro communitam ipsis fecimus assignari.

Testes sunt hii marchio Hermannus de Baden, H. marchio de Burgow, C. burgravius de Nuremberch, L. et E. fratres de Grindellaha, C. de Stophe, Burchardus prepositus de Ascaphenburg capellanus noster, Wernherus notarius noster, Hermannus visicus (physicus), et alii quamplures clerici et laici.

(*a*) In impressis *ipsis*, male.

Actum apud Geilenhusen, anno ab incarnatione Domini millesimo ducentesimo tricesimo (a), idus julii, indictione IIII^a.

Nuremberg, 9 augusti.

Henricus Romanorum rex, petentibus abbate et conventu beati Udalrici et Sanctae Afrae apud Augustam, praedia eorum in villis Bonsteten, Vocteswiler et Ruotin, a duobus ministerialibus regiis comparata, in protectionem suam recipit; ipsumque monasterium securum reddit quod in eisdem praediis praeter consuetudinarium Vogetmutte (Vogtemutte) nihil extorqueatur, et quod advocatia hujus ecclesiae quam in se suscepit nunquam in beneficium cuiquam concedatur.

(Edit. in *Monum. Boic.*, tom. XXII, pars I^a, p. 206-208, n° 17, cum notis geographicis, historicis atque diplomaticis Plac. Braun. — Reimpressum *ibid.*, tom. XXX, pars I^a, p. 178, n° 701, ex originali cujus sigillum periit, remanentibus tantum filis sericis rubri et flavi coloris.)

Gloria sit Deo Patri omnipotenti in Trinitate perfecta et majestatis excellentia (1). Hainricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis regni sui fidelibus imperpetuum. Quoniam divina preordinante gratia tante dignitatis nostre et majestatis culmine transcendimus in quo ceteris mortalibus super eminemus, dignum censemus per omnia et salubre ut ipsi soli per quem reges regnant et subsistunt in cunctis nostris operationibus gloriam demus atque reverenter et supliciter jugiter precamus. Notescat itaque cunctis Christi fidelibus pariter et tocius nostri regni primoribus tam futuris quam presentibus quod in Christo fratres dilecti abbas et conventus monasterii beati Udalrici et Sancte Afre apud

(a) Sic in duobus, omisso verbo *primo*.

(1) Haec invocationis forma, ineunte privilegio, penitus insolita.

Augustam urbem regiam comparaverunt a duobus nostris ministerialibus, videlicet Adelberone et Sifrido, ipsorum predia jure hereditario ad ipsos transducta in villis Bonsteten et Vocteswiler et Ruotin cum omni suo jure et attinentiis ibidem, areis, edificiis, agris, tabernis, terris cultis seu incultis, pratis, silvis, pascuis, viis quesitis et inquirendis cum ipsa ecclesia et jure patronatus et omnibus suis attinenciis. Porro quia idem abbas cum suo conventu devote et liberaliter nos sub spe magne fiducie defensionis motu proprio et voluntarie in eisdem bonis jam pretaxatis advocatum sibi preelegerunt et protectorem constituerunt, adjicientes manifeste et hoc condictum nostra cum voluntate sue petitioni ne nos seu quisquam nostrorum successorum in regno romano eandem advocatiam quoquomodo vel etiam occasione falsa ratione beneficii alicujus cuiquam hominum assignare debeamus; regio affectu nostro et sincera voluntate sepefata predia ipsius ecclesie cum ecclesia ibidem et suis pertinenciis in nostre majestatis suscipimus protectionem et conservationem. Mandantes et firmiter precipientes ne quisquam hominum in ipsis bonis ausu temerario et contra ipsorum voluntatem quicquam ordinare presumat in ipsius ecclesie prejudicium et gravamen; quod si forte quisquam contra presumpserit, noverit se regie majestatis indignationem incurrisse. Statuimus quoque et firmiter precipimus ne quisquam officialium nostrorum in eisdem prediis preter statutum servitium et consuetudinarium omnium advocatorum quod dicitur Vogetmutte (1) extorquere presumat violenter. Insuper ne quisquam eandem advocatiam a nobis seu nostris successoribus sibi ratione beneficii conferri maliciose attemptaverit, statuimus firmiter et edictum regale promulgavimus quod si quisquam contra tale nostrum edictum eandem advocaciam a nobis seu nostris successoribus falsa suggestione impetraverit, tam ipsa advocatia quam etiam aliis suis beneficiis prorsus destituatur et privetur, et quod magis periculosum est extra gratiam nostre majestatis prorsus censeatur.

(1) *Vogt-miete* (alias *mueth* vel *miitt*), advocaticum, id est advocati census et pensio; apud Longobardos *Methium*. Cf. GOTLOB HALTAUS et WACHTER in *Glossar. Germ. med. aevi*, ad haec verba.

Datum apud Nurenberch, anno dominice incarnationis millesimo CCXXXI°, V° idus augusti, indictione IIII°, presentibus atque procurantibus venerabilibus viris domino . . . cancellario nostro et episcopo Ratisponensi, et domino S. Augustensi episcopo, domino abbate Sancti Galli.

Nurnberg, 9 augusti.

Henricus Romanorum rex omnes possessiones quas abbas et conventus de Salem per totum regnum suum habent aut habere poterunt ab omni exactionum genere penitus eximit, necnon et tria hospitia ipsorum in tribus civitatibus suis, scilicet in Esslingen, in Uberlingen et in Ulma.

(Edider. Sartorius, *Apiar.*, p. 51 et 55. — Lunig, *Reichsarchiv*, t. XVIII, p. 511 et 513.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Heinricus Dei gratia Romanorum rex et semper augustus, universis presens scriptum lecturis gratiam suam et omne bonum. Scire volumus universos imperii fideles, schultetos, ministros et officiales per totum regnum nostrum constitutos quod nos pro salute anime nostre abbati et conventui de Salem specialem gratiam facere decrevimus, quam sibi firmam in perpetuum servari volumus inviolabilem et illesam; et quoniam ipsum et conventum suum pre ceteris de ordine suo diligimus, ideo sibi magis specialem gratiam facimus et majorem. Omnes igitur possessiones abbatis predicti et conventus sui per totum regnum nostrum quas possident vel adhuc possessuri sunt in posterum, scilicet vineas, agros, hortos et curtilia ab omni steura et collecta et ab omni exactionum genere penitus eximimus, quod sancimus in perpetuum. Tria insuper hospitia ipsorum in tribus civitatibus nostris, scilicet in Esslingen, in Uberlingen et in Ulma, eximimus modo consimili, ita quod nullus officialium nostrorum vel aliquis aliorum aliquam collectam vel precariam vel aliquid nomine collecte de hos-

pitiis predictis et hominibns residentibus in hospitiis prelibatis exigere presumat, quod etiam firmamus perpetualiter. Hanc etiam gratiam ipsis dedimus quod de omnibus rebns suis emptis vel venditis, mobilibus et immobilibus in omnibus civitatibus nostris nullum theloneum dent vel quod vulgari dicitur Umbgelt (1), quod etiam firmnm esse volumus et illesnm. Ut ergo ista stabiliora et firmiora permaneant, ea nostris litteris et nostri sigilli munimine roboramus. Unde si aliquis ausu temerario in hac parte abbatem prefatum et conventum sunm snper aliqnibus exactionibus gravare presumpserit, majestatem nostram se sciat firmiter offendisse et nostrum incurrisse graviter odium et offensam. Si autem aliquis contra abbatem jamdictum et conventum snum nostras litteras super aliqna exactione procuravit, tales enim (*sic*) litteras procuratas fuisse sine nostra conscientia protestamnr.

Hec autem acta fuerunt apnd Nurnberg, anno M. CC. XXXI, V idns augusti, indictione quarta, presente domino cancellario imperialis anle episcopo Ratisbonensi, episcopo Augustensi, Conrado abbate Sancti Galli, nec non duce Moravie (Meranie), palatino Rheni, marchione de Baden, dapifero de Waldburch, pincerna de Winterstetten et aliis.

Henricus Romanorum rex notificat sententiam principum apud Frankenfort editam qua jubetur ut si quis sine liberis decesserit feoda tenens ab ecclesia, libere ad ecclesiam eadem feoda revertantur. Frankenfort, 13 augusti.

---

(1) *Ungelt*, quod recentiores quidam scribunt *umgelt* dictumque esse fingunt quasi *omengelt*, tributum vinarium, contra usum et sensum antiquitatis. Est enim *ungelt* in genere pecunia indebita indebite exacta. Hic autem species thelonei : « Absque ulla impetitione sive telonyo quod dicitur *zol* vel *ungelt.* » *Chart. ann.* 1266 ap. HANSSELMANN, t. I, cod. diplomat., p. 430. Cf. HALTAUS, *Glossar. med. aevi*, ad verb.

(Inedit. ex originali in arch. provinc. Leodiensi, *Chartul. de l'anc. chap. de Saint Lambert*, caps. VIII, arm. II, n° 5. Sigillum avulsum periit.)

Henricus Dei gratia Romanorum rex, semper augustus. In solempni curia nostra apud Frankenfort nuper celebrata, per concordem . . . . (*a*) omnium principum ac aliorum nobilium qui aderant coram serenitate nostra, fuit per sententiam diffinitum ut si aliquis sine liberis decesserit feoda tenens ab ecclesia, libere ad ecclesiam eadem feoda revertantur.

Datum in sollempni curia apud Frankenfort, idus augusti, indictione IIII[a].

(*a*) Deest unum verbum in originali, *assensum* aut hujus modi.

FINIS PARTIS SECUNDAE.

ADDITAMENTA

AD TERTIAM PARTEM

HISTORIAE DIPLOMATICAE.

ADDITAMENTA

AD TERTIAM PARTEM

HISTORIAE DIPLOMATICAE.

Gervasius abbas Premonstrati Friderico Romanorum imperatori gratulatur in negotio peregrinationis transmarinae, et supplicat ut cum per dexteram ejus a terra sancta expulsi fuerint Chananei, ecclesiae Sancti Samuelis et Sancti Habacuc ordini suo reddantur. [Anno 1227, circiter.]

(Edid. Hugo, *Sacr. antiquit. Monum.*, t. I, p. 117.)

Magnifico et serenissimo domino F. Dei gratia Romano[rum] imperatori, semper augusto, regi Jerusalem et Sicilie illustri, Gervasius Dei patientia Premonstrati dictus abbas salutem et cum orationibus paratam ad obsequia voluntatem. Congratulari et gaudere debet merito devotio populi christiani pro eo quod in negotio peregrinationis transmarine providit Dominus, Deus spirituum omnis carnis, hominem qui ante multitudinem signatorum possit intrare et exire, scilicet vos; qui (quia) secundum quod speratur de gratia conditoris sub cujus potentia omnes nationes existunt, posuit vos quasi alterum Josue ut in terram promissionis introducatis populum christianum dextera Domini adjutrice et ab eadem spurcitias gentilium extirpetis, ut effugata idololatrie feditate inseratur ibidem et servitus et religio Jesu Christi, et mater nostra Jerusalem que peccatis exigentibus sub jugo infidelium permansit ancilla restituatur pristine libertati. Sane cum inter alias religiones quas in orbe terrarum summus agricola mira varietate plantavit, professionis nostre semen fuderit in terra quam proprio sanguine consecravit, in duabus ecclesiis,

videlicet sancti Samuelis et sancti Abacuc, que fundate fuerunt ibidem et destructe postmodum cum gentes venerunt in hereditatem Domini et templum sanctum suum ex spurcitiis suis polluerunt, magnificentie vestre attentissime in Domino supplicamus quatenus intuitu Dei et totius ordinis orationum in hoc per gratiam vestram sentiamus auxilium et consilium vestrum in tempore opportuno, cum dextera illa sancta expulsi fuerint Chananei, gentium incredulitate fusa, [quod iste] quarum alteri, videlicet ecclesie sancti Samuelis, prefecimus latorem presentium virum venerabilem magistrum Egidium capellanum vestrum (nostrum?) ordini nostro reddantur, ut quasi Jordane transito fratres nostri quasi duodecim lapides in testimonium et memoriam ipsius ordinis de arca professionis reponantur et collocentur ibidem.

[De 1227 à 1229.]

Relation française de la croisade de l'empereur Frédéric II.

(**Fragment inédit du MSS. 8316 de la Biblioth. nation. de Paris, fol. 392 recto, 395 recto; collationné avec le MSS. 8314, 3, Colb. L'auteur inconnu de cette continuation de Guillaume de Tyr est bien renseigné sur les affaires d'Italie pendant les premières années du XIIIe siècle; sa relation a été certainement connue par Marin Sanut et même par Jordanus. Voir sur les continuateurs de Guillaume de Tyr le recueil des historiens des Croisades, publié par l'académie des Inscriptions, et le beau travail de M. de Mas Latrie.**)

Chap. XXIII. Quant li termes fu venus que li empereres Fedric ot emprise et juree la voie d'outremer,...... il fist atourner et aprester nez et galies a Brandis et manda en Alemaigne et en France faire assavoir son passage et sa muete. Dont moult grant plente d'Alemans passerent o lui, et aucun passerent a Marceille. Quant il furent pres dou mouvoir la ou il estoient assamble a Brandis, li empereres commanda que l'en chargast es nez les viandes et les harnois et les chevaus. Quant tout ce fu chargie es nez, elles murent et passerent en la terre de Surie et arriverent au

port d'Acre, et i passerent des riches homes d'Alemaigne, Henri le duc de Lambourc et Garnier de Borlande et Henri de Niphe et Henri de Huidas (Wida, Wied) et Guerri de Dunes, et de Loheraine Gobert d'Aspremont, et furent li plus riche home qui passerent a ce passage. Li empereres fu demorez pour passer en galies et o lui Gerot de Losane (1), patriarche de Jerusalem. Ensi come il durent mouvoir, maladie prist a l'emperaor par quoi il ne se pot metre en mer. Il manda pour le patriarche Girot et li dist que il ne pooit passer a ce passage pour son dehait, et se il voloit passer il li bailleroit II galies. Quant li patriarche vit que il ne porroit estre autrement, il recut les galies et s'en passa (2) et arriva en Chipre au port de Limecon, ou il trouva tous ceus de l'ille et ceus meismes de Surie, Baliam sire de Saiete et Oeude de Mombeliart connestable dou roiaume de Jerusalem et autres chevaliers aveuc euz; et i fu Buiemont le filz dou prince d'Antioche et fu o lui la roine Aelis sa fame. Tous ceus estoient assemblez pour la venue de l'empereour. Quant il sorent par le patriarche que li empereres estoit demourez, si se partirent et s'en rala chascun en son affaire. Li patriarche et cil dou roiaume s'en passerent a Acre.

Chap. XXIV. Il estoit advenu que au main devant celui passage que j'ai devise, li empereres avoit envoie le conte Thomas de la Cherne pour estre en son lieu baillis dou roiaume de Jerusalem, qui moult bien s'i contint et moult i fu doutez; et plus le touterent toutes les gens que il ne firent l'emperaour quant il fu venus.

Chap. XXV. Quant li pelerin qui estoient a Acre sorent que li empereres estoit remez, si eslurent a chievetene sus eaus Henri le duc de Lamborc, et lors ne vandrent mie estre oisous. Si orent conseil et s'acorderent a ce que il iroient a Saiete fermer la cite et le chastel (3). Lors murent d'Acre et passerent devant Sur et vindrent a Saiete. Quant il fu-

(1) Nous ne pensons pas que le lieu de naissance de ce patriarche soit indiqué nulle part ailleurs.

(2) Il faut modifier, d'après ce passage authentique, ce que nous avons dit (p. 69, not. 1) de la présence de Gerold à la cour de Frédéric II au mois de juin 1228.

(3) Sur le conseil tenu par les chefs de l'armée chrétienne, sur la résolution prise de rompre la trêve et d'aller fortifier Césarée et Jaffa, et sur le rendez-vous assigné aux pèlerins pour le

rent la venu, si lor fu avis que trop y avoit grant labor a emprendre de fremer la vile et le chastel. Il virent une ille devant le port en la mer; si connurent que la pooient il faire meillour œuvre et plus seure et en pou de temps. Lors mirent main a labourer et firent II tours l'une grant et l'autre moienne et un pan de mur entre les II tours. Si mirent a ce faire des le Saint Martin que il vindrent la jusque a mi quaresme (1). Et en tant come il furent a ce labour fu mors li Coradins que l'en nommoit Melec el Mehadain qui tenoit le roiaume de Damas et la terre qui avoit este des crestiens. De qui il remest un filz que l'en apeloit Melec el Nassar, lequel estoit de XII ans d'aage, et se mist lui et sa terre en la main d'un sien amiral qui avoit nom Hesedin Eibec et estoit seignour d'un chastel qui est apelez Salquet (2). Quant li pelerin orent parfait celui labour, si se partirent et retornerent a Acre et d'illuec s'en alerent herbergier en la paumeroie de lez Cayphas pour donner herbe a lor chevaus. Illuec furent jusques aprez la Pasque un mois et d'illuec s'en alerent a Cesaire et refremerent le chastel que Coradin avoit abatu... Dedens ce que l'ost estoit a Saiete fu mors li maistres de l'ospital Garin de Montagu et fu esleu en son lieu Bertran le Lorigne (3). Et en Chypre morut Phelippe d'Ibelin qui avoit este bail si comme vous oistes, en l'este qui vint aprez en l'an de l'incarnation de nostre Seignour Jhesu Crist M.CC.XXVIII.

2 novembre, voir la lettre du patriarche, des prélats et des grands maîtres, incluse dans une lettre de Grégoire IX : Dat. Laterani, X kalendas januarii, anno primo (23 decemb 1227), ap. MATTH. PARIS., *Hist. maj.*, p. 234.

(1) Du 11 novembre 1227 au 2 mars 1228.

(2) Le personnage dont il est ici question est appelé par d'autres contemporains Seyfeddin-Eber. Il était Espagnol de naissance et avait été chevalier du Temple. Cf. *Contin. de Guill. de Tyr*, edit. Guizot, p. 415 et 438. Albéric en parle aussi en ces termes : « Quidam falsus Christianus nomine Martinus Guesilii ab hospitalariis apostatavit, et factus Sarracenus relictam dicti Cunradini in uxorem duxit et predictos tres fratres manutenuit contra soldanum in quodam castro fortissimo. » Ap. LEIBNITZ, *Access. Hist.*, t. II, p. 533.

(3) Ce passage placerait la mort de Montaigu et l'élection de Bertrand de Texis à la fin de 1227 ou au commencement de 1228, et non pas en 1230, comme le disent tous les historiens de l'ordre et les auteurs de l'*Art de vérifier les dates*. Le surnom qui lui est donné ici et plus bas paraît une corruption du vieux mot *Loheraing, Lorrain*.

LI TRENTETROISIESMES LIVRES.

Chap. I. Ysabel l'empereris fille dou roy Jehau acoucha d'un filz et morut en la gesine. Li filz fu sains et haities et ot nou Conrat; et ce avint en la terre d'Andre ou elle fu enterree hautement et honnoureement en la mere yglise de la vile (1), si come il aferoit a cele qui estoit empereris de Rome et roine de Jerusalem et de Cesile. Quant ce vint en l'aoust de cel este, li empereres fist aprester a Brandis XXII galies et l'atourna de passer en Surie, mais ce fut moult eschieriement, car il n'avait mie o lui plus de cent chevaliers et avoir pou, si comme il parut. Car sitost comme il fu venus en Chypre, il emprunta de Gui le seigneur de Gybelet XXX mile besans sarrasinois. Quant pape Gregoire sot que li empereres voloit passer la mer ensi povrement en samblant d'aquiter son sairement et la sentence en quoi il estoit cheus, il li envoia bons messages et li manda dire par eaus que il li deffendoit que il ne passast la mer en non de croiserie, tant que il fu assaulz de la sentence en quoi il estoit mis et que il eust fait amende dou sairement dont il s'estoit parjurez; car il avoit passe le terme en quoi il avoit jure de passer, et meesmement il ne passoit mie si comme empereor ne si comme il l'avoit promis et jure. Li empereres Fedric ne si regarda onques, ains se recueilli en ses galies et mut d'Otrente et ala tant que il ariva en Chipre et descendi a Limecon ou il trouva li roi Henri si enfes comme il estoit de XI ans que si home avoient coroune trois ans devant. Et si i fu Jehau d'Ibelin sires de Baruch et tous les chevaliers de la terre dou roiaume de Jerusalem i furent venu, Baliam sire de Saiete et Thomas conte de la Cherne bailli dou roiaume et Richart filz d'Ogier mareschal de l'empereor qui estoit venu ou roiaume le pascour devant.

Chap. II. Li empereres fu recu a Limecon a grant joie et a grant hounour. Il n'ot mie este graument en la vile quant il requist a avoir par le droit de l'empire le baillage dou roi qui estoit sous aage et de sa

(1) Voir, pour le tombeau de cette princesse à Andria, nos *Recherches sur les monuments et l'histoire de la maison de Souabe dans l'Italie méridionale*, p. 66, not. 9, et 91, not. 9 (Paris, 1844, fol.).

terre et les homages du roi et de ses homes, et en ce n'ot nul contredit, ains si fu fait tout ensi comme il l'avoit requis. Quant il ot receu les homages, il retint le roi en son hostel. Aprez co vint un jour que il semont tous les chevaliers au mengier o lui et quant il orent mengie, li empereres mist a raison Jehan d'Ibelin sire de Baruch et li requist Baruch et la conte de tant comme il ot tenu le baillage dou roiaume de Jerusalem. Il respondi a ce pluisours choses, et tant que a ce vindrent les paroles que il li donna ostages d'estre a droit quant il seroit a Acre. Li ostage furent li dui fil Baliam li ainsnez et Hues le tiers. Li empereres les recut et les mist en garde si que il mist a chacun un anel ou bras et a l'anel une chaene et a l'autre chief de la chaene un autre anel ou bras d'un vallet, et si reçut meismes XX pleges. Quant ce vint lendemain, l'en fist entendant a Jehan d'Ibelin que li empereres le prendroit et que il se repentoit que il en avoit autre seurte prise que de lui arrester. Il crut ce que li en fu dit, si que quant ce vint la nuit il s'arma et fist armer sa mesnie et monta. Si se parti de la herberge et s'en ala. Quant cil qui estoient plege pour lui sorent s'alée et meesmement cil qui estoient ses amis, si s'armerent et monterent; si s'en alerent o lui et guerpirent lor herberges et lor harnas et chevaucherent sans arrester jusque a Nicossie.

Chap. III. Quant li empereres le sot lendemain, si fist metre ses ostages en gros traversains. Ne targa gaires que il s'atourna d'aler vers Nicossie. Quant il ot atourne ses gens, il mut et chevaucha jusque au Quit et ses galies alerent en coste lui et dedens l'une galie estoient mis li ostage. En sa compaignie estoit Guis li sires de Gybelet et Baliam li sire de Saiete et Richart filz Ogier, et de ceus de Chypre li rois et y estoient o lui Haymeri Barlais, Amaury de Bessan et Gauvain de Chenechi et Guillaume de Rivet et tuit li autre qui n'estoient de l'amistié le seignour de Baruch. Li empereres se parti dou Quit et laissa illuec ses galies; et quant il vint a un casal qui a non Piroie, il trouva Buiemont le prince d'Antioche qui estoit venus en s'ayde a tout LX chevaliers et grant plente de serjans a cheval et a pie, et estoit arivez a Famagoste et d'illuec estoit venus la ou li empereres le trouva. Lors s'en alerent ensamble vers Nicossie. Quant Jehan d'Ibelin sot que li empereres venoit vers lui a

pooir de gent, si ne l'atendi pas, ains s'en ala o tous ceaus cui o lui estoient a Dieudamours, et le ens mirent tout quanque il porent d'armeures et de viandes. Li empereres fu a Nicossie une piece; dedens ce, li princes et autres gens s'entremirent de la pais faire. Si fu la pais concordee ensi que l'empereor auroit pour son baillage dou roi la terre de Chipre et seroient soues toutes les rentes et cuiteroit les pleges et recevroit l'ommage do Jehan d'Ibelin, sauves les requestes que il li avoit requises.

Chap. IV. Lors se parti do Chipre li empereres et enmena o lui le roi, Jehan d'Ibelin et Gautier le seignour de Cesaire et tout le plus des chevaliers de la terre et mist ses chastelains es chastiaus et ses baillis par la terre pour les rentes assambler et envoier lui en Surie. Il ariva a Acre ou il trouva les pelerins assamblez qui estoient revenu de Saiete ou il avoient ferme le chastel et atournoient lor passage pour raler en lor pais. Li empereres mist moult grant paine en oaus faire demourer, mais li plus des riches homes ne vaudrent demourer. Li empereres o toutes les gens qui a Acre estoient s'en ala herbergier a Ricordane, un casal qui est sor le chief du flun au court devant Acre, et d'illuec envoia ses messages au soudan de Babiloine qui estoit nommez Melec el Quemel et estoit herbergiez a Naples et avoit o lui son frere Melec el Eisseraf et avoit en lor ost VII mile Turs a cheval et moult grant gent a pie. Li message furent Baliam seignor de Saiete et Thomas conte do la Cherne qui porterent au soudan riches presens, chevaus et palefrois et riches dras de laine et penes et toiles deliees et joiaus et vesseaus d'or et d'argent, et les paroles que il li dirent furent teulz : « Sire, nostro seignour li empereres » vous salue comme celui que il veult tenir a frere et a ami se en vous » ne remaint. Il vous fait assavoir que il n'est mie venus deca la mer » pour convoitise que il ait de terre conquerre, car il en a tant que il » et chacun home s'en doit tenir a paie. Mais ce pour quoi il est venus » si est pour les sains lieus en quoi est nostre creance et la foi des crestiens. Et se vous icele terre ou li saint lieu sont et qui des crestiens fu » et nommeement des ancestres de son filz Courat li volez rendre em pais » sans contens, il la recevra ensi que il vous laira bien et em pais toute

» la vostre terre et sera vostre ami. Et ensi porrez avoir pais des cres-» tiens et destourbier a espandre moult de sanc de moult de gent. » Li soudans honnoura moult les messages et lor douna de biaus dons et lor dist que il feroit respons a l'emperaour par ses messages. Li message de l'emperaor s'en retournerent a lor seignour sans raporter autre respons que tel que vous avez oy.

Chap. V. En tant comme li empereres estoit herbergiez a Ricordane, II freres Menours vindrent a Acre de par l'apostoile qui aporterent letres au patriarche de Jerusalem; en quoi il manda que il feist denoncier l'emperaor Fedric pour escommenie et parjur et que il deffendist au Temple et a l'ospital de Saint Jehan et a celui des Alemans que il ne fussent en son commandement ne riens ne feissent pour lui, et tout ensi avint-il.

Chap. VI. Quant li soudans qui estoit sages et sontis sot que li empereres estoit venus en la terre povrement et que li plus des pelerins s'en estoient ralez en lor pais et que il estoit mal de l'iglise, et le mandement que li apostoiles avoit mande contre lui, si prisa moult pou son fait. Et pour ce ne lessa mie que il ne li envoiast son message. Il y envoia un sien amiral que l'on apeloit Bedredin et o lui un autre amiral qui avoit non le Salah. Cist dui vindrent a Ricordane et parlerent a l'emperaour de par le soudan et li dirent ensi : « Sire, vous mandastes au soudan que se il » voloit vous le tenriez a frere et a ami dont il vous mande que en lui ne » demorra mie pour chose que il faire puisse et se vous voliez entendre a » aucune regnablete il y entendroit volentiers. Mais a ce que vostre » message requirent trop li seroit grant chose et non mie pour le coust, » mes pour le blasme. Car on set bien que ausi grant devotion ont li » Sarrasin au temple Domini qui est maison de Dieu, comme ont li cres-» tien ou sepulcre de Jhesu Crist; pourquoi toute pajenisme li corroit » sus, et li caliphes meismes l'entendroit a mescreant de la loy. » — « Dont vaudroie-je bien oir, ce lor dist li empereres, quel chose vous me » vaudriez offrir. » Cil respondirent : « Nous n'avons de ce nul comman-» dement, mais nous entendons que se vous y envoiez vos messages que » il lor fera offre regnable. » Ices messages li aporterent grans presens de dras de soie et d'or de diverses colours et de diverses choses d'Orient et

li amenerent un olifant et X chameaus corsiers et X jumens arrabies. Li empereres les honuora et douna de biaus dons et euvoia avec eus ces meismes messages qui a l'autre fois y avoient este. Quant Baliam de Saiete et li queus Thomas fureut venus a Naples et il cuiderent parler au soudau, il lor fist dire que il s'en aloit vers Gadres et que il voloit que il alassent o lui, et ce faisoit-il pour eslougier l'emperaor et ses paroles, et ensi s'en alereut li message o le soudan qui ne s'arresta taut que il viut eu un lieu qne l'eu apele Forbie et illuec se herberga.

Chap. VII. Quant li empereres le sot si li desist moult: car il counut que li sondans ne le faisoit que chufler, si le vault aprochier en bele maniere. Il assambla les riches homes de la terre et des pelerins et de l'ospital et le Temple et l'ospital des Alemaus et lor dist que il voloit aler fermer Japhe pour aprochier Jerusalem et pour avoir voie aler la fermer, et lor requeroit qne il fussent apreste pour aler o lui. Dont il respondireut tuit que volentiers, fors le maistres dou Temple Pierre de Montagu et celui de l'ospital de Saiut Jehau Bertrau le Lorne. Ices deus li direut por euz et pour leurs freres : « Sire, il est bien seu que uous sommes establi pour » l'Iglise de Rome et a l'Iglise sommes obedient; pour quoi nous ne por- » rions faire vos commandemens ue vous sivre, car nostre li sires li » apostoiles le nous a deffendu. Mais pour le besoiug et le profit de la » crestienté nous irons volentiers encoste l'ost, par si que vous ne nous » commandez riens ne que vostre baus ne soit criez en riens eu l'ost. » A l'emperaour envia moult cele parole et ue si vault asseutir; aius mut et chevaucha tant que il vint au flun de Mondidier entre Cesaire et Arsur. Et il le sivoient uue journee derriere lui. Quaut il vit ce, si donta le peril que se li Turc lor venisseut sus et il les trouvassent partis tost les peussent damagier; pour quoi il s'atendit a lor dit et les atendi la, et puis chevaucherent ensamble fors taut que il chevauchoient par euz et crioient le bau de Dieu et de la crestieute sans nommer l'emperaour. Quant il fureut veuu a Japhe, li empereres fist descouvrir les fondemens qui fureut trouvez auques haus de terre et fist labourer dessus. Et fu la tant que li chastiaus fu fermez et l'eschace faite. Dedans ce que il estoit a ce labour, I galion arme vint de Puille qui passa ou plus grant cuer de

Chap. IX. En tant comme li empereres estoit a Acre, sourt contens entre lui et le Temple, et en ce que ce contens estoit li empereres se recueilli un jour en l'aube et s'en parti sans faire assavoir sa muete, etc.........

Fragmentum itineris Friderici Romanorum imperatoris ad Terram Sanctam navigantis. 28 junii.— 13 julii 1228.

(Inedit. ex Chron. MSS. apud Neapolim, cui titulus : *Historia regum Sicilie*. Initium tantummodo quod nobis liberaliter communicavit Boehmerus hic exhibemus.)

In sequenti vero mense junii (1228) dominus imperator, assumptis quibusdam fidelibus regni Sicilie, cum quadraginta galeis in vigilia sancti Petri supradicti mensis junii exivit de portu Brindusii. Et sequenti die in festo ejusdem sancti applicuit Hydruntum civitatem Apulie. Deinde eo sero exeuntes de Hydronto sequenti die venimus ad insulam Romanie que dicitur Atthanos. Et exinde navigantes altera die circa horam sextam venimus ad insulam et castrum quod dicitur Corfu. Ubi morati usque ad sero navigavimus inde. Et sequenti die post solis occasum venimus ad portum Guiscardum. Ubi quiescentes illa nocte, altera die circa horam sextam applicuimus ad insulam Cifalonie, in qua erat comes dominus Madius, qui erat Apulus. Ubi omnia necessaria parata invenimus et ab eodem ministrante comite. Circa autem solis occasum et exinde recedentes, et fluctibus maris intumescentibus, sequenti die circa horam nonam venimus Methonam. Et ibi quiescentes usque mane, deinde circa ortum solis recedentes, eo sero venimus ad portum Qualearum. Et ibi quiescentes per totam noctem, in mane inde exeuntes, et eodem sero venimus ad insulam Cedrei (Cytheram), ubi morantes usque ad auroram sequentis diei, exivimus inde, et navigavimus versus Cerigo (Cretam). Et circa horam vespertinam vel serotinam applicuimus ad eamdem insulam ad locum qui dicitur Disuda (Cydon). Ubi morati fuimus per totam noctem et sequenti die, vide-

licet viii julii ejusdem indictionis. Deinde x hujus mensis cepimus navigare circa littus ipsius insule. Et xi ipsius circa horam terciam venimus ad quandam civitatem ipsius insule que dicitur Caudida; subtus quam descendimus, et fuimus ibi per totam diem illam et noctem. Sequenti vero die, videlicet xii hujus mensis julii, exivimus de Cereo (?), et intravimus pelagum. Et xiii sequutis hujus mensis julii venimus ad insulam Rodii. Et fatigati aliquantulum requievimus illic per totam noctem, etc.

1228. Litterae fictitiae quibus Gregorius papa magistris militiae Sancti Johannis et Templi necnon et soldano Babyloniae necem Friderici imperatoris suasisse dicitur.

(Edid. Barth. de Neocastro ap. Murator., *Script.*, t. XIII, col. 1161 et seqq., ex oratione Pandolfi de Falcono Messanensis ad Jacobum Siciliae regem anno 1288, in qua inter caetera memorat quomodo papa quondam erga imperatorem ejus proavum se gesserit.)

[Imperator] statuit in regno Siciliae bajulos duos, videlicet archiepiscopum Panormitanum et archiepiscopum Capuae, constituens Conradum primogenitum suum sub eorum baliatu cum foret infantulus nutriendum, ipsumque in gremio et brachiis summi pontificis commendavit. Eoque navigante necdum ad locum praedestinatum applicante, summus pontifex vocato ad se rege Johanne ipsum pro parte Ecclesiae vicarium regni constituit, . . . scribens nihilominus universitatibus regni Siciliae quod cum Fridericus imperator apud Acon ex inopinata morte decesserit, vicario per Ecclesiam ordinato. . . . in omnibus quae ipse nomine matris Ecclesiae jusserit obediant et intendant. Quidam haec ignorantes a fide Caesaris minime deviantes Conradi nomen et dominium invocabant; alii vero fide Caesaris abnegata mandatis pontificalibus inhaerebant. Cumque autem vicarius ille apud Bojanum pervenisset et quaereret illud bello conterere, praedicti duo balii stantes in muris civitatis et tenentes in ulnis infantu-

lum dicebant, ostendentes eum illi : « Domine rex, patri imperatori ter- » ram non anferas, sed huic nepoti tno cnm sit filius Caesaris innocentis » dimitte. » At ille submisso capite lacrymabatur : « Mandante pon- » tifice sic oportet fieri. »

Praeterea inventa fictae et horribilis pnnitionis materia, scripsit pontifex magistro domus hospitalis Sancti Johannis Hierosolymitani et magistro domorum militiae Templi dicens : « Fridericus imperator, pro eo quod ille toties a monitionibus et mandatis Ecclesiae resiluit quem de nihilo fecerat, arma contra matrem assumens hostilia, christos Domini praecipitare non timuit et snae severitatis caudam erigens in alnmnum more vipereo saeviit qnaerens patrem veneno inficere quem momordit, et contra fidem ac nomen Altissimi oppositiones et scandala machinans snam fecit contra Sedem apostolicam synagogam cum qua credit si sic ille dimittitur sacrum destruere templum Dei. Et ecce quod me inconsulto ab Italia fugiens partes nltramarinas visitare disposuit, non in offensam sicnt ostendit Ægyptiorum qnos diligit, sed potius ut Hierosolymitanum regnum a fide exnat Jesu Christi, simnlans me invito contra soldanum Babyloniae in ejus confusionem cum Christi fidelibus transfretasse. Pro tot itaque tantisque sceleribus cnm ille in hac vita imparibilem proinde penam et mortem aeternam snbire meruerit, ipsum ita minnite capite qnod perdatur, vel ferro ipsnm precipitetis ita quod penitus moriatur (1). Credidi enim in gremio matris Ecclesiae filium edncasse, qui conversus in matris pectus et ubera quae lactavit pnblice participabat cum impiis in matris injuriam et offensam. »

Deinde scribit et soldano Babyloniae dicens : « Excusabilem scito matrem christianorum Ecclesiam quod me invito et nolente Fridericns impius (*sic*) hominum qui se imperatorem Romanorum vocat contra te snrgens arma cepit et colligens christianos seqnaces suos quaerit te tuosqne Ægyp-

(1) Licet istae litterae tam forma quam sensu fictitiae videantur, non dubium est quin Fridericus huic in necem suam conspirationi fidem adhibuerit. « An oblitus es quod nobis exis- » tentibus in servitio Jesu Christi, dum ibidem (Romanus pontifex) vite nostre periculum » subdole moliretur et niteretur omnino nostrum reditum impedire, etc. » *Epistol. ad archiep. Messan.*, 2 februar. ann. 1240. Cf. supra p. 437, not. 2.

tios offendere et ad sui gloriam si poterit totam evertere terram tuam. Sed cum verecundum et dedecorosum sit mihi ut contra te quem Ecclesiae filium reputo saeviat quem peccati culpa non gravat, et credam quod ob reverentiam matris Ecclesiae in offensionem illius non surgeres, verens ne in te propterea mater Ecclesia rueret christianos, filiationem tuam moneo qualiter considerans ex presenti scripto meae intentionis propositum et quod sit Friderici gravis impietas, contra eum tanquam communem hostem ac aemulum vires tuas opponens sagaciter te et terram tuam ab insidiis ejus atque perfidia cures defendere, melius sicut possis (1). Placet quidem ut severitatem tanti tyranni bello potentiae tuae confringas aut latenti si poteris vitam ejus ferro vel veneno praecidas, nullam exinde a me aut christianorum principibus nocivam sententiam portaturus; sciturus te profecto si sic feceris ad gratiam sanctae matris Ecclesiae revocandum.»

[Sequitur narratio colloquii inter imperatorem et soldanum habiti in quo soldanus has litteras papales imperatori ostendit. Pace autem conclusa, Fridericus ad regnum revertitur.]

Cumque imperator apud Brundisium primo navigio rediens attigisset, cives qui a nomine Caesaris fidem erueraut patentibus imperialibus aquilis mirabantur unde haec signa portentur, cum defuncti Caesaris nomen ingemuissent. . . . At intellecta Caesaris vita conversi laetis recipiunt Caesarem vocibus. . . . Tunc Troja cum misisset domino panis buccellam et vini urceolum ut post prandia cederet (*a*), muris in planum effusis extitit desolata. Tunc terra Santi Severi, Casale Novum et alia loca Apuliae quae a fide Caesaris deviaverant, cum in errore persisterent, mala et desolationes a domino subierunt, etc. (2) . . . .

(*a*) Verisimiliter *coenaret*.

---

(1) Cf. supra p. 85, not. 1.
(2) Cf. supra p. 197 et 245.

Tarenti, 7 junii 1228

Fridericus, Romanorum imperator, monasterio Sancti Stephani de Nemore restitutionem terrae Sancti Leontii et tenimentorum ejus confirmat, et justitiariis officialibusque Calabriae inhibet ne tam de restitutione praefata quam de aliis possessionibus eidem monasterio post curiam Capuanam confirmatis illud molestent vel molestari permittant.

(Edit. ap. Tromby, *Stor. del ord. Cartus.*, t. V, append. II, p. 248, n° LXXXV, ex transumpto authentico per Johannem de Calabria judicem Mileti facto ann. 1259, 18 decemb., tertiae indictionis. Quod privilegium cum ad suum locum primo non invenerimus, ad pag. 65 tantummodo memoravimus. Nunc autem integrum mendis correctis exhibemus.)

Federicus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Hierusalem et Sicilie rex, justitiariis, camerariis et bajulis Calabrie tam presentibus quam futuris gratiam suam et bonam voluntatem. Ex querela venerabilis abbatis et conventus Sancti Stephani de Nemore fidelium nostrorum nuper nostra serenitas intellexit quod, cum dudum magister Petrus de Sancto Germano serviciis nostris in Calabria constitutus super demanio revocando antecedentes et ipsos de terra Santi Leontii et tenimentis ejus destituisset, postmodum de ipsis restitutionem per gratiam nostre celsitudinis habuerunt et in ea possessione qua prius fuerant sunt reducti. Nunc vero quadam occasione destitutionis prefate monasterium ipsum de tenimentis predictis molestatis admodum et perturbatis, vexando nihilominus eos super possessionibus aliis quas tempore regis Guillielmi felicis memorie tenuerunt, necnon et contra confirmationem quam ab excellentia nostra se asserunt impetrasse, venire molestatores eorum [non] dubitant, sicut dicunt. Verum quia ecclesias, loca religiosa et precipue monasterium ipsum quod progenitores nostri cum multa devotione fundaverunt, nolumus in suis justiciis perturbari, fidelitati vestre firmiter

precipiendo mandamus quatenus predictos abbatem et conventum tam de his ad que de gratia munificentie nostre fuerunt restituti quam de aliis omnibus que post curiam Capuanam excellentia nostra dignoscitur eidem monasterio confirmasse, de cetero minime molestetis nec permittatis ab aliis molestari, ut his felicitatis nostre temporibus plene gaudeant jure suo et justam super his. . . . . . . non habeant materiam conquerendi.

Datum Tarenti, VII junii, prime indictionis.

Perusii, 30 augusti 1229.

Gregorius papa potestati et populo Senensi nuntiat qualiter in colloquio apud Perusium homines regni a juramento quo Friderico imperatori erant adstricti absolutos denuntiaverit, injurias ab eodem Ecclesiae Romanae illatas memorans nuntiansque illum, quo tamen iverit nescitur, profectum esse.

(Edit. ap. de S. Priest, *Hist. de la conq. de Naples par Charles d'Anjou*, t. IV, append., p. 254; ex archiv. reform. ap. Florentiam, n° 914. Perperam autem haec epistola Gregorio decimo adscribitur.)

Gregorius episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis potestati et populo Senensi salutem et apostolicam benedictionem. Ad vestram et aliorum notitiam volumus pervenire quod nos in colloquio apud Perusium pro variis Ecclesie negotiis solempniter celebrato omnes qui Friderico imperatori sunt juramento fidelitatis adstricti et specialiter homines regni a juramento quo sibi tenentur absolvimus et denuntiavimus absolutos, et si qui forte juramentum hujusmodi vel aliud contra Romanam Ecclesiam sponte sibi prestiterint vel coacte, illud decernimus non tenere; pro eo quod idem, exigentibus culpis suis, dudum excommunicationis laqueo innodatus, sicut per alias litteras ecclesiarum prelatis exposuimus diligenter, pluries monitus ut desisteret a conculcatione libertatis ecclesiastice, non solum non destitit ab expoliatione religiosarum personarum et clericorum, verum etiam in eos immaniori temeritate deseviens bona

ipsorum et ecclesiarum diripuit et quedam etiam per manus inimicorum crucis Christi, sacraque vasa divinis usibus deputata prophanans, clericis ipsis aquam, ignem, cocturam panis et alia commercia interdixit, factusque Faraone deterior divinam ultionem non metuens clerum afflixit cruciatibus infinitis. Unde adscendit ad nos clamor, ululatus et stridor miserabilis, validus et horrendus ecclesiarum et clericorum regni Sicilie et Apulie, quem salva conscientia diutius tolerare nequivimus, quin contra eum exerceremus hanc ecclesiasticam ultionem, cum juxta sacrorum Patrum canonicas sanctiones ei qui Deo et Ecclesie fidem non servat et precepta divina conculcat non sit servanda fidelitas et presertim a communione fidelium separato. Excommunicavimus insuper et anathematizavimus omnes qui ei contra Romanam Ecclesiam vel impugnando patrimonium ejus seu jura spiritualia vel temporalia Sedis apostolice illicite usurpando auxilium prestiterint vel favorem. Ad hoc non sine dolore ac pudore referimus quod cum idem imperator propria manu juraverit se termino quem sibi prefixerat in Terre Sancte subsidium transiturum cum multitudine militum, celandrarum et galearum, secundum quod culmen imperialis celsitudinis exigebat, et fecerit in se ferri excommunicationis sententiam si hec sicut promiserat non impleret, nescimus quorum improvido usus consilio vel potius diabolica fraude deceptus, assumptis quibusdam prelatis et militibus paucis, nulla satisfactione prestita vel absolutione recepta, portum Brundusii latenter egrediens, quo pro certo iverit ignoratur. Si autem ita impotenter, ita debiliter in Terre Sancte subsidium transfretaret, irremediabilis confusio esset totius populi christiani, quia illius potentia qui pre cunctis christianis principibus creditur esse potentior, apud Saracenos periculosissime vilescente, vix esset quem de cetero formidarent, immo contra christianos insultarent audacter et secure sevirent. In portu autem paulo ante statuta edidit et litteras destinavit ad impugnandum et usurpandum patrimonium apostolice Sedis (1), Beneventanam obsideri faciens civitatem que est Ecclesie Romane

(1) Cf. supra p. 66, epistolam datam Brundusii, 21 junii 1228.

civitas specialis (1), ita quod nulli ingressus vel egressus pateret et qui caperentur jugo essent servitutis addicti, suffraganei quoque civitatis ipsius ad consecrationis munus recipiendum, pueri ad crismadum et litigantes ad judicium illuc accedere prohiberent[ur]. Preterea faciens exercitum congregari, occupato quodam castro Ecclesie, violenter civitates et oppida per patrimonium et ducatum Spoleti (2), litteris et muneribus dampnabili aviditate sollicitat, vassalos Ecclesie terroribus et blanditiis ad se nitens attrahere et a fide ac devotione Sedis apostolice separare. Hec autem ideo vobis breviter nuntiamus ne apud vos ejus mendacia obumbrent. Nulli igitur omnino credatis qui verbis, scriptis aut nuntiis quicquam vobis contra prescriptam suggeret veritatem, quia (*a*) tanquam falsitatis figulus esset a veritate alienus (*b*). Quocirca universitatem vestram monemus, rogamus et obsecramus in Domino quatenus humano timore postposito pro Ecclesia matre vestra stetis fideliter et constanter ut in presenti apostolice Sedis gratiam et in futuro consequamini remunerationem eternam.

Datum Perusii, III kalendas septembris, pontificatus nostri anno secundo.

(*a*) In impresso *qui*, parum recte.
(*b*) In impresso *aliorum*, male.

---

(1) Hanc obsidionem nullus scriptor memoriae tradidit. Narrat tantum Riccardus de S. Germano, ad mensem aprilem 1229 circiter, cives Beneventanos exeuntes in loca vicina ferrum et ignem intulisse comitemque Raonem de Balbano cum imperialibus effugasse; unde motum Henricum de Morra in exterioribus Beneventum devastavisse.

(2) « Eodem tempore Conradus Guizinardi (Luzinhardi) ejusdem imperatoris nuntius manu » valida vallem Spoletanam ingressus intravit sine mora Fulginium civitatem apostatricem, etc. » Quo tandem per vasallos ecclesiae ignominiose dejecto, etc. » *Vita Gregor. IX*, ap. MURATOR., *Script.*, t. III, p. 577. Conradus iste inter testes in instrumento Raynaldi ducis Spoletani memoratur. Vid. supra p. 115.

Fridericus, Romanorum imperator, Stadensibus (Stedingen) scribit laudans eos quod auxilium ordini Theutonicorum contulerint, simulque mandat ut in posterum eumdem ordinem protegant et in utilitatibus ejus promoveant. Capuae, 14 junii 1230.

(Inedit. ex copia a Boehmero nobis recenter communicata. Nunc integrum mandatum exhibemus, quod supra p. 200-201 tantummodo memoravimus.)

Fridericus Dei gratia Romanorum imperator, semper augustus, Jerusalem et Sicilie rex, universis hominibus Stedigne (1), ad quos littere iste pervenerint, fidelibus suis, gratiam suam et bonam voluntatem. Intellexit pridem serenitas nostra, quod ob reverentiam majestatis nostre fratri H. venerabili magistro domus hospitalis Sancte Marie Teotonicorum in Jerusalem et fratribus suis, fidelibus nostris, commoda plurima, honorem et gratiam contulistis, et perseveranter intenditis circa exaltationem domus eorum, quam ex plantatione progenitorum nostrorum divorum augustorum recordationis inclite recordamus (*sic*) cameram specialem. Propter quod devotionem vestram cum affectu debite gratitudinis commendantes, universitatem vestram sollicitantes mandamus quatinus in omnibus negotiis, que ad domum pertinent antedictam, vos exhibeatis benivolos et attentos, nec permittatis, quantum in vobis est, quod ab aliquibus personis in possessionibus et bonis suis aliquam minorationem sustineant vel jacturam; sed taliter manuteneatis et defendatis eosdem, ut cum idem magister et fratres sui nostri omnimodo censeantur, inveniatis proinde apud preminentiam culminis nostri unde vos debeamus prosequi circa omnia que vestrum contineant commodum et profectum.

Datum Capue, XIIII junii, tercie indictionis.

(1) Non hic agitur de civibus Stadensis urbis, sed de quadam gente rusticorum Germanice *Stedinger* dictorum circa partes Oldenburgicas habitantium. Isti vicinis suis et praecipue clericis invisi, mox in proscriptionem imperialem et papalem inciderunt, et anno 1234 a crucesignatis fuerunt exterminati.

Laterani, 24 martii 1231. Gregorius papa Hugoni episcopo Vercellensi et Gualae Brixiensi episcopo mandat ut ad requisitionem judicis Taddaei de Suessa ab imperatore in Lombardiam transmissi juxta formam cautionis homines Lombardiae jurare faciant.

(Edit. ap. SAVIOLI, *Annal. Bologn.*, t. III, append. p. 109, n° DLXXXV, ex Regest. Gregor., ann. 5, epist. 2.)

[Gregorius, etc.] . . . .
Cum formam cautionis secundum quam jurare debent homines Lombardie vobis duxerimus transmittendam et charissimus in Christo filius noster Fridericus Romanorum imperator, semper augustus et rex Sicilie dilectum filium Taddaeum judicem Suessanum familiarem suum, virum providum et discretum, propter hoc ad partes Lombardie transmittat, fraternitati vestre per apostolica scripta in virtute obedientie districte precipiendo mandamus quatenus cum a dicto judice fueritis requisiti, ad negotium vobis injunctum fideliter exequendum procedatis omni mora postposita, cum eodem adhibentes sollicitudinem et operam diligentem ut juxta eamdem formam prestentur hujusmodi juramenta, attentius provisuri ut sic caute et circumspecte in commisso vobis negotio procedatis quod nil de contingentibus omittatur et nos studium et diligentiam vestram possimus merito commendare.

Datum Laterani, IX kalendas aprilis, pontificatus nostri anno quinto.

Reate, 27 julii 1231. Gregorius papa animum Friderici Romanorum imperatoris ex praecedentibus suis litteris commotum demulcere conatur, rogatque ut confidat id non processisse nisi de spiritu merae charitatis.

(Edit. ap. Raynald., *Annal. eccles.*, ad ann. § X, ex Regest. Gregor., ann. V, epist. 100.)

Gregorius, etc. Friderico illustri Romanorum imperatori, semper augusto, et regi Sicilie, etc. Intelleximus quod ex litteris quas nuper imperiali celsitudini destinavimus (1) motus utcunque fuisti, quia plus amaritudinis quam dulcedinis sapere videbantur. Ceterum cum juxta sapientis edictum melius sit arguere quam irasci, eo quod via vite sit increpatio discipline, de paterne dilectionis sincero processit affectu quod horribilium, ut a plurimis dicebantur, subito audita perculsi filium minus leniter duximus arguendum, ne mel videremur in sacrificio adolere. Sed nec filio fuit egre ferendum quia pater filium quem diligit corripit et Dominus quos amat arguit et castigat, eo quod meliora sunt diligentis verbera quam oscula odientis. Et siquidem extiterit aspera increpatio, non fuit publica, sed privata, non clamosis vocibus, sed litteris expressa secretis, que vix unquam ad scribentis affectum sufficiunt exprimendum. Ut igitur omnia inter nos fiant in omnimoda puritate, serenitatem tuam rogamus et monemus in Domino quatenus omni omnino suspicione deposita, quod id processerit nisi de mere spiritu charitatis de nobis in veritate confidens, voluntatem tuam nobis incunctanter exponas quoties videris expedire, qui ad profectus tuos irrequisiti etiam libenter intendimus cum affectu.

Datum Reate, VI kalendas augusti, pontificatus nostri anno V.

Ludewicus dux Bawariae et comes palatinus Rheni notum facit quod Eckbertus episcopus Babenbergensis seipsum et filium suum Ottonem investivit de feudo fratrum Alrami et Alberti de Hals quod ille sententialiter obtinuit : cui paginae Henricus Romanorum rex una cum Leupoldo Austriae duce et aliis ibidem nominatis sigillum suum apponit. Esslingen, [augusto] 1228.

(1) Vid. supra, p. 289, litteras datas Reate, 5 julii, de novis constitutionibus edendis.

(Edit. ap. HUND, *Metropol.*, t. III, n° XXXI, et in *Monum. Boic.*, t. XII, p. 374, n° XXX. Memorat. autem ap. LANG, *Regest. Boic.*, t. II, p. 176, sicut supra indicavimus, p. 387.)

Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis, Ekbertus Dei gratia Babenbergensis ecclesie episcopus salutem in Domino. Universitati vestre patere volumus et constare quod nos subscriptam privilegii formam cum sigillis hic annotatis in thesaurario nostro reconditam habemus et conservatam.

« Ludewicus Dei gratia Palatinus comes Rheni et dux Bavarie omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum, ideo ne ea que rite aguntur postmodum in dubium revocentur, consueverunt scripti munimine roborari. Quapropter notum esse cupimus tam presentibus quam futuris quod venerabilis dominus noster Ekbertus Babenbergensis episcopus nos et Ottonem filium nostrum et omnes heredes nostros qui nobis jure feudali debent succedere de feudo Alrami et Alberti fratrum de Hals, quod ab ipsis evicit et mediante sententia obtinuit, coram rege rationabiliter infeudavit, hoc pacto interposito quod de eodem feudo nihil infeudare nec obligare nec vendere nec aliquo modo alienare debeamus ab ecclesia nec possimus. Adjectum fuit preterea quod nos et noster filius et nostri heredes debeamus esse contenti antiquo jure advocatie quod per privilegia vel per seniores terre illius poterit declarari. Et ut hec in sua firmitate permaneant presentem paginam sigillis serenissimi domini nostri Heinrici Romanorum regis, Alberti Magdeburgensis archiepiscopi, Heinrici Wormaciensis episcopi, Heinrici episcopi Aistetensis atque nostro nostrique filii Ottonis Palatini comitis Rheni et Leopoldi ducis Austrie fecimus muniri. Testes autem hi sunt Rudolfus Palatinus comes de Tuewing, Hermannus marchio de Baden, Chunradus purgravius de Norembergh, Heinricus comes de Otingen (*a*), Fridericus de Truhendingen, . . . dapifer de Waltpurch, Chunradus pincerna de Wintersteten, Chunradus de Winsperch, Gotfridus de Dikkenpach, Hertwicus de Hirsperch, Leupoldus pincerna de Vogelsperch, Hademarius de Chuuring et alii quamplures.

(*a*) Legendum tamen *Hartmannus comes de Dillingen*, sicut ap. Lang et in sequenti documento.

» Acta sunt hec apud Ezzeling, anno Domini MCCXXVIII, prime indictionis. »

Et ut his plena fides adhibeatur presentem paginam munimine sigilli nostri roboramus.

Idem dux notum facit quod idem episcopus seipsum et filium suum Ottonem investivit de feudo quondam Alberti comitis de Bogen a Patavio versus Ratisponam posito, quibusdam tamen villis ab ecclesia Babenbergensi retinendis: cui paginae Henricus Romanorum rex una cum Leupoldo Austriae duce et aliis ibidem nominatis sigillum suum apponit.

(Edit. ap. HUND, *Metropol.*, t. III, n° XXXII, et in *Monum. Boic.*, t. XI, p. 199, n° LXIII. Memorat. autem ap. LANG, loco supra citato. Vid. etiam p. 387, not. 1.)

Ludovicus Dei gratia comes Palatinus Rheni, dux Bavarie omnibus in perpetuum. Quoniam labilis est memoria hominum, etc. (*ut in praecedenti usque ad*) [de] feudo quod Albertus comes antiquus de Pogen pater istius comitis qui nunc superstes est ab ecclesia Babenbergensi tenuit et quod iste et frater suus contra justitiam et preter voluntatem predicti episcopi violenter tenuerunt rationabiliter infeudavit, illo videlicet quod a Patavia ex utraque parte Danubii versus Ratisponam et ultra protenditur, hoc interposito pacto quod nos de eodem feudo nihil infeudare nec obligare nec vendere nec aliquo modo alienare debeamus ab ecclesia vel possimus, nisi de speciali consensu prefati episcopi vel successorum suorum ei canonice substitutorum; adjectum fuit preterea quod nos et noster filius nostrique heredes contenti debeamus esse antiquo jure advocatie quod per privilegia vel per seniores illius terre poterit declarari. Preterea firmiter promisimus quod ecclesiam Babenbergensem in possessionibus, justitiis vel hominibus manuteneamus et defendamus; item omnia jura ecclesie

Babenbergensi promisimus pro nobis et pro nostris heredibus nos inviolabiliter observaturos. Excepit etiam memoratus episcopus villam Nezilbach et alias villas intermedias usqne Winzer cnm suis attinentiis liberas ab omni jnre advocatie ipsi et ipsins ecclesie retinendas, ita tamen quod numerns mansorum duodenarium non excedat. Et ut hec a nobis et nostro filio nostrisqne heredibns firma permaneant et inconvulsa, presentem paginam sigillis serenissimi domini nostri Henrici Romanorum regis, Adalberti Magdebnrgensis archiepiscopi, Eckeberti Babenbergensis episcopi, Henrici Wormacensis episcopi, Henrici Eystatensis episcopi, Leopoldi ducis Austrie et nostro nostrique filii Ottonis Palatini comitis Rheni fecimns mnniri.

Testes autem hii snnt Cunradus prefectus de Nürnberch, Hermannus marchio de Baden, Rudolphns comes Palatinus de Tnwingen, Ulricus et Eberhardus comites de Helfenstain, Eberhardus et Otto comites de Eberstein, Hartmannus comes de Dilingen, Rupertus comes de Castel, Fridericus de Trudehingen, Gotfridus de Hohinloch, . . . dapifer de Walbnrch, Conradus pincerna de Wintherstetin, Conradus de Winsperch et alii quamplnres.

Acta sunt hec apud Esseling, anno Domini MCCXXVIII, indictione I.

Nordlingen, 6 septembris 1228.

Henricus Romanorum rex conqueritur quod quaestio de concessione investiturae et regalium episcopatus Gurkensis per Gurkensem episcopum ad Sedem apostolicam illata fuerit (1), et denuo confirmat quod super hoc negotio Romani imperatores pridem definierunt.

(Memorat. ap. Von Meiller, *Regesten*, p. 143, n° 235, ex originali in archivo Vindobon., qui hujus documenti fragmenta magni momenti exhibet, ut sequitur :)

(1) Cf. p. 20, not. 2.

. . . . Verum licet eidem sanctissimo Patri spirituali omnia parere debeant in suo jure et nos obsequia nostra debeamns et velimus eidem exhibere, ad nos tamen specialiter, salva reverentia sua, pertinere dinoscuntur hnjusmodi questiones a quibus feuda regalium processerunt. Unde presumimus vehementer quod propter nimiam suam occupationem jnre nostro neglecto dictam questionem susceperit terminandam qnasi ad se veraciter pertinentem, vel forte pars episcopi Gurcensis quod feudum esset non fecerit mentionem. Et quoniam sumus ubique juris apostolici defensores, contra nos injurias prodire inde non potuimns snspicari unde jura evidentissima manare debeant. . . . . Memoratum jus regalium esse feudnm. . . . a predecessoribus nostris profectnm. . . . et de ipso feudo Salzburgensem archiepiscopum et suam ecclesiam a predecessoribus nostris jamdudum recognoscimus infeodatum. . . . .

Testes hujus rei sunt H. venerabilis Herbipolensis episcopns, L. et L. Austrie et Bawarie illustres duces, comes H. de Dilingen, comes E. de Urah, comes R. de Castele, burgravius C. de Nurnberc, G. de Butingen, F. de Truhendingen, . . . comites de Helfinstein.

Datum apud Nordelingen, anno Domini M° CC° XX° octavo, VIII° idus septembris, indictione prima.

Henricus Romanorum rex monasterio Montis Angelorum (Engelberg) collationes confirmat quas homines imperii, ducatus sive patrimonii sui de bonis eorum ad se spectantibus eidem monasterio fecerint. Constantiae, 18 maii 1229.

(Edit. ap. *Versuch einer Darstellung des stift. Engelberg*, p. 112, ex originali unde sigillum fractum pendet filis sericis viridis rubrique coloris. Integrum damus, libro diu requisito et recentius reperto.)

In nomine sancte et individue Trinitatis. Nos Heinricus Dei gratia Roma-

uorum rex et semper augustus, universis Christi fidelibus iu perpetuum. Cum in examine districti judicis pro meritis simus vel supplicia vel premia recepturi, summa uobis est diligentia laborandum ut quod peccatis nostris exigentibus ad perpetuum exitium promeremur pia sanctorum intercessione ad correctionis auxilium convertatur. Noverint igitur tam posteri quam presentes quod licet uostra celsitudo omuium ecclesiarum utilitatibus iuteudere teneatur, illas tamen que privilegio uostre defensionis specialius sunt munite manutenere ac ditare propensius et volumus et debemus. Cum itaque monasterium Moutis Angelorum preter imperialem poteutiam alium uou habeat defensorem et iu eodem utriusque sexus devotio gloriosissime Dei geuitrici Marie gratum impendat jugiter famulatum, hanc eidem gratiam decernimus faciendam ut quicumque homines imperii, ducatus sive patrimonii uostri de rebus seu possessionibus suis ad nos quocuuque modo spectautibus siucera devotioue pro suorum remedio peccatorum contulerint vel legaverint monasterio supradicto, nos hiis ratum et gratum prestamus assensum; volentes ut sic collata auctoritate presentium tanquam a manu uostra sibi concessa prefatum monasterium quieta possideat et secura, contradictione cujuslibet non obstante. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam iufringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omuipotentis Dei et regie majestatis se uoverit iucursurum.

Datum Coustautie, auuo domiuice incarnationis M. CC. XXVIIII, XV kalendas junii, indictione secuuda.

INDEX DOCUMENTORUM

QUAE IN HOC VOLUMINE EXHIBENTUR SIVE MEMORANTUR.

1227		*Fridericus II Romanorum imperator, Jerusalem et Siciliae rex:*	
julio.	Gravinae.	— Renovat et confirmat privilegium ab avo suo Friderico primo Romanorum imperatore Rambaldo Bavaschierae comiti de Lavagna concessum, sub dato Landriani, 1° septembris 1158.	10
julio.	Melfiae.	— Ad preces Sifridi Ratisponensis episcopi et ex consilio principum sibi tunc adstantium revocat omnes alienationes per Gotfridum præpositum quondam in episcopatum Ratisponensem intrusum in præjudicium ejusdem ecclesiae factas, non obstante aliqua concessione per regem Heinricum VII filium suum dolose obtenta.	11
august.	Melfiae.	— Quatuor monasteria Cisterciensis ordinis in Austria sita, scilicet Sanctam Crucem (Helligekreutz), Lilienfeld, Zwelt et Baumgartenberg in sua speciali protectione recipit, eis possessiones et bona confirmat eaque ab omni advocatia libera et exempta denuntiat.	12
august.	Melfiae.	— Confoederationem cum Ludovico Francorum rege apud Cataniam initam iterum cum Ludovico ejusdem regis filio et successore renovat.	16
august.	Brundusii.	— Ad supplicationem Bartholomei episcopi Teatini confirmat et renovat privilegium eidem ecclesiae Teatinae ab Henrico imperatore patre suo anno 1195, primo maii, indultum.	17
7 sept.	Brundusii.	— Conradum Hildensemensem episcopum pro cura quam fideliter gerit circa crucesignatos et pro debitis ecclesiae ejus ab omni servitio quod sibi et imperio exhibere tenetur eximit.	19
sept.	Brundusii.	— Episcopi et capituli Gurekensis in Karinthia subjectionem confirmat erga metropolitanam ecclesiam Salzburgensem.	20
sept.	Apud Ydrontum.	— Hermanno filio Ludowici lantgravii Thuringiae et Saxoniae comitis palatini jam defuncti concedit ut si Henricus filius quondam marchionis Missinensis antequam ad legitimam aetatem perveniat moriatur, idem Hermannus marchiam Mis-	

1227		sinensem cum omnibus tenimentis, rationibus et pertinentiis tunc in rectum feudum teneat et possideat.	21
13 oct.	Trojae.	— Potestati et communi Pistoriensi mandat ut cum in valle Arianae et in valle Arni violentias et gravamina intulerint, ad inquisitionem Everardi castellani Sancti Miniatis, dent satisfactionem de damnis et captivos restituant.	30
novemb.	Capuae.	— Magistro justitiario, justitiariis, camerariis, caeterisque officialibus mandat ut clericos civitatum Scalae et Ravelli in nullo de caetero indebite aggravent, sed omnes eorum immunitates et privilegia conservent.	35
6 dec.	Capuae.	— Exponit seriatim qualiter Ecclesia Romana ante et post crucem assumptam erga se egerit, quae causae transfretationem suam impedierint, quam injuste contra se a summo pontifice processum fuerit, admonetque ut cum sit ipse paratus ad transfretandum sub medio mense maio futuro, nuntii mittantur ad colloquium quod sub media futura quadragesima Ravennae habere disponit.	36
[dec.]	....	— Regi Anglorum graviter conqueritur de excommunicatione sua, patris ejus regis Johannis aliorumque principum proponens exemplum quos pontifex romanus exhaeredare et tributarios constituere voluit, invehitque in avaritiam Romanorum, Ecclesiae primitivae simplicitatem memorans.	48
[anno exeunt.] **1228**	....	— Encyclica justiciariis directa qua jubet ut praelati ecclesiarum, religiosi et clerici divina celebrent tempore interdicti sub poena revocationis bonorum ecclesiasticorum.	50
martio.	Foggiae.	— Raymundo Pastinaro provinciali concedit libertatem mercimonias per totum imperium portandi, vendendi, emendi aut extrahendi, ipsum omni plateatico, passagio seu theloneo eximens.	55
aprili.	Foggiae.	— Ad petitionem Liupoldi ducis Austriae monasterium Campililiense (Lilienfeld) in Austria inferiori sub sua et imperii protectione denuo suscipit, ejusque omnia bona et possessiones confirmat.	56
[aprili.	Baroli.]	— Scribit communi Cesenensi qualiter negotium Terrae Sanctae ardenter prosecutus paratus sit ad transfretandum circa medietatem futuri mensis maii, simulque conquerens de papa qui contra se in rebellium favorem inordinate processit, mandat ut non attendentes huic turbationi expectata subsidia sacrae expeditioni tribuant.	57

1228		
[martio seu aprili.]	Baroli.	— Archiepiscopo Salisburgensi et Austriae duci controversiam inter abbatissam Gossensis monasterii et Carinthiae ducem circa haereditates ministerialium monasterii ejusdem exortam fine debito componendam committit. 61
27 maii.	Tarenti.	— Comitibus, baronibus, justitiariis, caeterisque officialibus regni inhibet ne contra tenorem privilegiorum monasterio Montis Virginis post curiam Capuanam indultorum, idem monasterium in possessionibus quas in Fricento, Pescho de Morra, Paterno et Petra Pulcina juste tenet, molestare praesumant. 63
7 junii.	Tarenti.	— Monasterio Sancti Stephani de Nemore restitutionem terrae Sancti Leontii et tenimentorum ejus confirmat, et justitiariis officialibusque Calabriae inhibet ne tam de restitutione praefata quam de aliis possessionibus eidem monasterio post curiam Capuanam confirmatis illud molestent vel molestari permittant. 65 et 493
junio.	Brundusii.	— Raynaldum ducem Spoleti legatum imperii constituit in marchia Anconitana, tota terra comitissae Mathildis, valle, lacu et maritima cum plenaria potestate. 65
21 junii.	Brundusii.	— Consilio et communi Civitatis Novae scribit se cum rectores Ecclesiae in his partibus conjurationi suorum rebellium adhaeserint et discordiam pro pace seminare sategerint, alienationem quondam in favorem ecclesiae factam revocasse et velle in posterum ut ipsi in suo et imperiali dominio nunquam subtrahendi consistant; additque se Raynaldo duci Spoleti dedisse in mandatis ut hoc pro parte sua ipsis promittat et juret, monens quod eidem intendant et pareant. 66
junio.	Brundusii.	— Ad supplicationem Geroldi Jerosolimitani patriarchae ecclesiam in Denkendorf ad Sepulcrum Dominicum pertinentem sub sua et imperii protectione recipit, omnesque libertates et possessiones ejus confirmat. 69
[junio.	Ex navibus verisimiliter apud Hydrontum.]	— Scribit universis fidelibus suis quod licet Romanus pontifex injusta excommunicationis sententia contra se processerit nec archiepiscopum Magdeburgensem caeterosque nuntios suos audire voluerit, non tamen ipsum a Christi servitio revocavit quin cum galeis et militibus de Brundusio versus Syriam jam moverit; eosque hortatur ut ad succursum suum intendant. 71
sept.	Accon.	— Hugoni abbati Murbacensi principi suo concedit pedagium in valle Amarini. 78

1229		
18 mart.	In civitate sancta Jerusalem.	— Comitibus, baronibus, militibus caeterisque nobilibus per imperium constitutis annuntiat prosperos successus suos in partibus transmarinis. 93
aprili.	Accon.	— Confirmat commutationem factam inter domum Sanctae Mariae Theutonicorum et Jacobum de Amigdala de tota terra quam iste tenebat in feodo ab eadem domo in pertinentiis Acconis ex successione matris suae, scilicet Mebelia, Jalim et casalibus aliis ibidem expressis, pro sex millibus et quadringentis bisantiis sarracenatis in redditibus cathenae et fundae Acconis quos ipse imperator eidem domui concesserat. 117
aprili.	Accon.	— Confirmat commutationem factam inter Hermannum magistrum domus Theutonicorum et Jacobum de Amigdala, videlicet de casali Mebeliae quod idem magister et domus dederunt eidem Jacobo in excambium pro casali Trefilae et Castro Novo quod dicitur Montfort cum omnibus eorum pertinentiis. 120
aprili.	Accon.	— Hermanno magistro et fratribus domus Sanctae Mariae Theutonicorum dat et concedit in perpetuum sex millia et quadringentos bisancios sarracenatos recipiendos annuatim in redditibus cathenae et fundae Acconis. 122
aprili.	Accon.	— Hermanno magistro domus Theutonicorum et fratribus ejus pro terra Turonis quam Alysae nepti quondam Henfridi Juvenis restitui fecit in cambium secundum privilegium quondam Guidonis regis, concedit Maronum cum omnibus pertinentiis ejus, aliaque loca et septem millia bisantiorum ad fundam et ad cathenam Acconis vel alibi in regno Ierosolymitano, si de funda et cathena non possunt solvi. 123
aprili.	Accon.	— Hermanno magistro et fratribus domus Sanctae Mariae Theutonicorum concedit domum in civitate Jerusalem quae fuit quondam Balduini regis, sex carrucatas terrae in territorio ejusdem civitatis et domum cum omnibus pertinentiis quam habuerunt Theutonici ante amissionem Terrae Sanctae. 126
aprili.	[Accon.]	— Hermanno magistro domus hospitalis Theutonicorum et fratribus ejus concedit et confirmat domum quam emerunt a Johanne de Chonchi pro sexcentis et viginti marchis argenti et pro alia domo quam ultra marchas dederunt eidem Johanni necnon et barbacanam quam Johannes eidem domui dedit et terram quae consistit inter murum Acconis et mare cum licentia aedificandi. 127

1229		
aprili.	Accon.	— Emit a magistro et domo Sanctae Mariae Theutonicorum castrum Messeniae et domum quondam Margariti supra portum Brundusii pro sex miliibus et quadringentis bisantiis saracenatis de cathena et funda Acconis annuatim percipiendis, hoc pacto ut si solutio non fiat ipse aliud excambium congruum exhibebit. 129
aprili.	Accon.	— Pro gratis servitiis quae Pisani in civitate Acconis commorantes sibi et regibus Hierosolimitanis praedecessoribus suis exhibuerunt, eis in ipsa civitate Hierusalem concedit curiam et franchisiam intrando et exeundo, mittendo et extrahendo. 131
aprili.	Accon.	— Pro gratis servitiis quae Pisani commorantes in civitate Acconis sibi et regibus Hierosolimitanis praedecessoribus suis exhibuerunt, eis confirmat omnia eorum privilegia exemptionum et jurisdictionum tam in civitate Acconis quam apud Tyrum et Joppen. 132
aprili.	Accon.	— Consulibus et communi Pisanorum apud Accon privilegium curiae propriae restituit quo per Thomam comitem Acerrarum olim ipsius regni bajulum destituti fuerant. 134
julio.	Baroli.	— Homines civitatis Osimi et Recanati fideles suos sub protectione sua recipit, eisque omnia jura eorum et possessiones confirmat, sicut Raynaldus dux Spoleti eisdem illa conservare ex suo privilegio promisit. 151
julio.	Baroli.	— Conrado et Gottofrido de Hohenloch fratribus fidelibus suis pro gratis eorum servitiis advocatiam de curia in Rotent concedit, scilicet duas partes advocatiae Conrado et tertiam partem Gottofrido. 153
august.	Baroli.	— Domus hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum in Jerusalem devotionem commendans ei concedit libertatem aquarum, herbarum et lignorum in regno Siciliae tam in terris demanii sui quam baronum suorum, cum facultate omnia deferendi pro defensione fratrum domus ipsius necnon rerum et personarum. 154
august.	Baroli.	— Ad supplicationem Landulfi de Aquino eum et terram ejus de Grotta Minarda cum rationibus ad eamdem baroniam pertinentibus eximit a dominio et hominio comitatus Gesualdi et in suum dominium recipit. 156
[august.]	Canusii.	— Mattheo de Calvello [militi de Panormo] fideli suo terram Buscemi concedit et confirmat in perpetuum. 156

1229			
[sept. exeunt.]	. . . .	— Scribit fidelibus suis Siciliae super deditione Sancti Germani.	163
5 octob.	Apud Sanctum Germanum.	— Fidelibus suis in Lombardia nuntiat se de partibus ultramarinis prospere regressum jam fugasse hostes qui regnum suum invaserant, monetque ut ad se cum armis et equis festinanter veniant.	165
octob.	In castris ante Sorellam.	— Pagano Pactensi episcopo et ecclesiae ejus omnia quae tenent et possident confirmat.	167
31 oct.	In castris ante Soram combustam.	— Pro fide quam abbas et conventus Cavensis majestati suae servaverunt ipsos cum bonis universis sub protectione sua suscipit, mandatque omnibus ne ulius praedictum conventum temere molestare praesumat.	168
decemb.	Capuae.	— Conrado de Hohenloch fideli suo pro gratis ejus servitiis in perpetuum concedit et donat comitatum Molisii cum omni honore, tenimentis et pertinentiis.	170
1230			
februar.	. . . .	— Ad supplicationem Johannis abbatis monasterii Sanctae Mariae Montis Virginis diversas concessiones a pluribus nobilibus factas ibidemque expressas ei et monasterio ejus cum libertatibus et immunitatibus confirmat.	172
18 april.	Foggiae.	— Ad supplicationem ducis Austriae et magistri domus Alemannorum abbatem et conventum Cassinensem in gratiam suam recipit, eisque omnem offensam penitus remittit.	177
aprili.	Foggiae.	— Monasterio Buorensi (Benedictbeurn) privilegium avi sui Friderici I imperatoris anni 1155, 15 maii, inserendo renovat et confirmat.	177
aprili.	Apud Foggiam.	— Privilegia monasterii Tegernseensis confirmat, inserto patris sui Heinrici VI imperatoris privilegio anni 1193, 18 maii.	181
aprili.	Foggiae.	— Ad supplicationem Liupoldi ducis Austriae monasterio Reichersberg renovat et inserendo confirmat privilegium patris sui Heinrici VI imperatoris, datum anno 1195, 7 octobris.	188
aprili.	Foggiae.	— Ad supplicationem Ottiliae abbatissae monasterii Gössensis privilegium ab imperatore Henrico secundo anno 1020, primo maii, eidem monasterio indultum renovat et inserendo confirmat.	190
maio.	Foggiae.	— Domui hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum diversas donationes a pluribus regni nobilibus factas et ibidem expressas concedit et perpetuo confirmat.	195

1230		
3 junii.	Capuae.	— Capitulo Lucensi mandat ut exequendam curet sententiam quamdam per judicem delegatum ab Everardo d'Estac castellano Sancti Miniatis latam in favorem Bindanis (seu Bidonis) Pisarum civis et filii ejus contra Corsum et Gerardinum de quibusdam terris et possessionibus in Massagrosa positis. 198
14 junii.	Capuae.	— Stadensibus (Stedingen) scribit laudans eos quod auxilium ordini Theutonicorum contulerint, simulque mandat ut in posterum eumdem ordinem protegant et in utilitatibus ejus promoveant. 200 et 497
20 julii.	Apud Sanctum Germanum.	— Cesareo archiepiscopo Salernitano mandat ut castrum Olibani fratri Hermanno magistro hospitalis Sanctae Mariae Theutonicorum custodiendum assignare debeat, salvo jure dominii ecclesiae Salernitanae super ipsum castrum, donec pax inter se et Romanam Ecclesiam reformetur, nisi velit archiepiscopus per castellanum et servientes non suspectos ipsum recipere et custodire. 201
24 julii.	Apud Sanctum Germanum.	— Propter violentias quae occasione torneiamentorum committi solent, civibus Lubicensibus mandat ne in ipsorum civitate aliqua torneiamenta fieri permittant. 202
julio.	Apud Sanctum Germanum.	— Petente Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi instrumentum donationis ejus sibi oblatum approbat et confirmat quo idem archiepiscopus cavit ne advocatia possessionum capituli ipsius in Halle, Pettingen, Saldorf, Kiemkev et Sundergut tunc vacans ad manum alienam praeter manus archiepiscoporum postea transferatur. 203
julio.	Apud Sanctum Germanum.	— Confirmat cessionem ab Oddone duce Meraniae factam Bertholdo patriarchae Aquilegiensi fratri ejus de omni jure quod in Marchia et comitatu Istriae et in Carniola requirere poterat. 205
21-28 julii.	Apud Sanctum Germanum.	— Series instrumentorum in quibus continetur forma pacis inter Ecclesiam Romanam et Fridericum imperatorem apud Sanctum Germanum initae. 207
27-28 august.	In castris prope Ceperanum.	— Sequitur altera series instrumentorum in quibus continetur forma pacis inter Ecclesiam Romanam et Fridericum imperatorem apud Ceperanum conclusae et absolutionis ejusdem imperatoris. 214
28 aug.	In castris prope Ceper.	— Fridericus Romanorum imperator episcopo et civibus Argentinensibus remittit omnem culpam et offensam quam oc-

1230		casione discordiae inter ipsum et Romanam Ecclesiam exortae contraxerant. 220
august.	In castris prope Ceperanum.	— Ecclesiae Arelatensis paupertati compatiens, Hugoni archiepiscopo concedit pedagium a mercatoribus apud castrum Salonis exigendum, alterumque pedagium in flumine Rhodano juxta civitatem Arelatensem et in brachio fluminis tam ascendendo quam descendendo. 221
august.	In castris prope Ceperanum.	— Iterum renovat archiepiscopo Arelatensi chartam apud Basileam editam qua ei confirmat regalia totius dioecesis, ipsam civitatem Arelatensem pro indiviso, plenam jurisdictionem et alia singularia privilegia ibidem expressa. 223
august.	In castris prope Ceperanum.	— Iterum litteris suis concedit ut cuique liceat possessiones dare, donare et in ultima voluntate relinquere archiepiscopo et ecclesiae Arelatensi. 224
[sept. ineunte]	. . . .	— Regibus omnibus nuntiat quod pace inter se et Ecclesiam composita et absolutione recepta, summum pontificem adiit cum quo jucundum habuit colloquium; unde strictiori vinculo charitatis sacerdotium et imperium ad invicem conjungi debeant. 226
sept.	In castris prope Anagniam	— Infeodationem urbis Frisingensis a Geroldo quondam episcopo duci Bavariae factam judicio et consilio principum revocat, quia eadem civitas, ceu prima et legitima dos sedis episcopalis, cuiquam titulo infeodationis conferri nec potuit nec debuit. 230
sept.	In castris prope Anagniam.	— Civibus Ratisponensibus eorumque haeredibus et successoribus varias concedit facultates, viginti et uno capitulis comprehensas, salvo tamen jure suo et ecclesiarum. 232
sept.	Anagniae.	— Civibus Ratisponensibus indulget ut per sex annos theloneum exigere in illa civitate possint, ad munitionem et robur civitatis fideliter deputandum. 236
3 sept.	Anagniae.	— Episcopalis ecclesiae Gurckensis subjectionem erga metropolitanam ecclesiam Salzburgensem cum omni jure investiturae regalium, hominii videlicet et fidelitatis, iterum et expresse confirmat. 237
4 sept.	Anagniae.	— Ad episcopum Gurckensem, ad Fridericum Austriae et Styriae ducem, ad vasallos ecclesiae Gurckensis tria mandata mittit quibus jubet ut contra inanes episcopi Gurckensis et ministerialium ejus querelas archiepiscopo Salzburgensi auxilium praebeant. 237

1230		
sept.	Ap. Anagn.	— Conrado episcopo Tergestino privilegia a praedecessoribus suis eidem ecclesiae indulta renovando confirmat. 238
sept.	In castris prope Anagniam.	— Johanni de Polo civi Romano comitatum de Alba concedit in excambium civitatis Fundanae quam Rogerio de Aquila cum comitatu Fundano restituerat. 238
sept.	In castris apud Avellinum.	— Ad supplicationem fratris Hermanni de Perigord domus Templi in Sicilia et Calabria praeceptoris possessiones Templariorum in tenimentis Lentini, Paternionis, Buterae, Syracusae et Aydonis juxta privilegia a diversis nobilibus eidem domui indulta confirmat. 239
3 oct.	Melfiae (?).	— Heinrico Waldstromer militi et Gramliebo fratri ejus pro servitiis quae sibi ultra mare exhibuerunt in rectum feudum confert supremum officium forestae apud Nuremberg. 241
19 nov.	. . . .	— Remittit omnem offensam civibus Lanciani et Ortonae et omnibus qui eisdem contra se adhaeserunt. 246
1231		
januar.	Precinae.	— Burgensibus Lubiceusibus concedit ut in flumine Wakenitz molendinum construere et possidere possint, ea scilicet conditione quod census de molendinis curiae consuetus nullatenus minuatur. 251
februar.	Foggiae.	— Ad supplicationem Johannis abbatis monasterii Sanctae Euphemiae in perpetuum confirmat commutationem inter hoc monasterium et Mattheum Marcafabam doanae in Calabria magistrum ex parte sua factam de castro Neocastri et medietate civitatis ejusdem pro terra Noceriae, medietate casalis Apriliani et Portu maris qui dicitur navis de Arata cum hominibus et pertinentiis. 257
[feb.?]	Foggiae post curiam Capuae.	— Balsamo abbati Cavensi concedit ut vasalli ipsius monasterii morantes apud Cavam, Sanctum Adjutorem et castrum Cilenti in generalibus subventionibus regni centum uncias auri tantummodo exhibeant, eosdemque vasallos in omnibus eorum immunitatibus restituit; concedit insuper ut in omnibus pertinentiis monasterii Cavensis ibidem expressis possit accipere fidagium, herbagium, plateaticum, etc., omniaque quae quilibet comes vel baro in terris suis feudalibus exigere potest. 259
11 feb.	Oriae.	— Litteras credentiales fidelibus suis Tusciae et Romaniolae mittit quibus Guiccionem de Saxoforti nuncium suum eis commendat. 263
28 feb.	Tarenti.	— A Gregorio papa monitus quod haeretica pravitas in regno suo Siciliae praecipue circa partes Neapolis et Aversae ir-

1231		
		repserit, eidem respondet se omnem sollicitudinem impensurum ad eradicandam tantam pestem de civitatibus praedictis. 268
9 et 10 martii.	Tarenti.	— Litteras ad commune Senensium mittit quibus ipsis de fide gratulatur et mandat ut nuncios ad curiam generalem proximi mensis aprilis transmittant, necnon ut ab omni incursione hostili abstineant. 271
aprili.	Luceriae.	— Joanni de Lauro notario suo concedit in perpetuum totum illud quod Petrus de Sancto Germano dudum judex curiae habuerat in castro Lauri et casali Serignani in comitatu Casertae, cum facultate alienandi et transferendi fratri ipsius Jacobo de Lauro et haeredibus dicti Jacobi. 274
maio.	Apud Melphiam.	— Ad preces Raynerii abbatis Sancti Salvatoris de monte Amiato et ad monita Gregorii papae idem monasterium quondam nigri ordinis nunc in ordinem Cisterciensem transformari concedit, ejusque privilegia confirmat, salva fidelitate sua et omni imperii jure. 283
26 maii.	Apud Melphiam.	— Universis officialibus et communibus per Tusciam constitutis tenorem privilegii suprascripti notum facit, mandatque ne praedictum abbatem super hoc in aliquo molestare praesumant. 286
julio.	In civitate Melfiae.	— Wenceslao regi Bohemiae post mortem Ottokari patris ipsius, ad considerationem quoque Catharinae consobrinae suae uxoris ejusdem Wenceslai, regnum istud cum pertinentiis et omni jure ab imperio tenendum confirmat. 294
julio.	Melfiae.	— Gerardo archiepiscopo Bremensi et ecclesiae ejus omnia bona a praedecessoribus suis eidem ecclesiae collata confirmat. 296
august.	Melfiae.	— Sergium abbatem et conventum Sanctae Mariae sanctorumque martyrum Tryphonis et Blasii de Ravellensibus sub speciali sua protectione suscipit, eique omnia bona ejus et jura quae ibidem nominatim exprimuntur confirmat. 300
sept.	Melfiae.	— Hermanno magistro domus hospitalis Theutonicorum et conventui ipsius in perpetuum concedit terras laboratorias in tenimento Ascoli apud Aquamiatam et Bisseiletum. 302
sept.	Melfiae.	— Eisdem concedit alias terras laboratorias in locis eisdem. 303, not. a.

1227		*Gregorius IX, summus pontifex :*
23 mart.	Laterani.	— Friderico Romanorum imperatori electionem de se ipso factam post mortem Honorii nuntiat, monetque ut efficaci studio negotium Terrae Sanctae peragere satagat; timeat alioquin ne in illa necessitate incidat unde forsan de facili non expediri posset. 1
30 mart.	Laterani.	— Friderico Romanorum imperatori mittit litteras a rectoribus societatis Lombardiae sibi transmissas de acceptatione concordiae inter ipsum et eamdem societatem ab Apostolica Sede ordinatae, monetque ut ad Terram Sanctam liberandam accingatur in instanti passagio. 6
30 mart.	Laterani.	— Rectoribus societatis Lombardiae mandat ut litteras denuo scribi faciant super acceptatione concordiae inter imperatorem et ipsos ordinatae, cum in primis litteris plura sigilla desint nec eas imperatori transmiserit ne iste sigillorum defectum ex aliqua fraudulentia crederet evenisse. 6, not. 1.
.....	....	— Archiepiscopis Coloniensi, Maguntino, Bremensi, Treverensi, Magdeburgensi et eorum suffraganeis necnon principibus in Theutonia crucesignatis mandat ut se praeparent ad transeundum cum imperatore in instanti passagio. 7, not. 1.
6 aprilis.	Laterani.	— Episcopo Concordiensi, abbati Moracensi, præposito de Garnech et archiepiscopo Salzburgensi mandat ut causam Gurcensis episcopi contra archiepiscopum Salzburgensem audiant, et si terminari non poterit, ad Sedem Apostolicam remittant. 20, not. 2.
28 april.	Laterani.	— Universo clero Hierosolymitanae ecclesiae nuntiat Geroldum patriarcham ad ecclesiam sibi commissam tandem tunc temporis accessurum. 69, not. 1.
20 junii.	Anagniae.	— Episcopum Pataviensem et conjudices ejus monet ut omnes alienationes a Gotfrido in episcopatum Ratisponensem intruso factas revocent et beneficia injuste ablata possessoribus restituant. 11, not. 2.
[julio vel etiam august.	Anagniae.]	— Friderico Romanorum imperatori ut ad coelestia animum erigat neque se terrenis voluptatibus detineri permittat, quinque insignia imperiali dignitati deputata cum eorum mysteriis describit, scilicet crucem, lanceam, coronam, sceptrum et pomum. 7
10 octob.	Anagniae.	— Memorat quomodo Fridericus Romanorum imperator promissiones pro liberatione Terrae Sanctae toties factas elu-

1227		serit; illum excommunicatum et ab omnibus evitandum denuntiat pro eo quod non transfretavit in termino praefixo nec in taxatis passagiis pecuniam quam debuerat ad Terram Sanctam destinavit, nec duxit mille milites per biennium ibidem tenendos, sicut apud Sanctum Germanum fuerat pollicitus. 23
[octob. exeunte.]	Laterani.	— Friderico Romanorum imperatori scribit se licet ipsum sententia perculerit, maxima tamen qua potuerit dulcedine erga ipsum egisse; oppressiones ecclesiarum in regno Siciliae et persecutionem comitum pro quibus se Ecclesia Romana obligavit memorat; monetque ut haec omnia emendet et ad gremium fidei catholicae satisfaciendo Deo et hominibus recurrat. 32
23 dec.	Laterani.	— Mittit interclusam epistolam qua patriarcha Hierosolymitanus, praelati et magistri ordinum notificant quid in partibus transmarinis actum sit super treuga rumpenda et muniendis Caesarea et Joppe. 481, not. 3.
1228		
[exeunte martio circiter.]	. . . .	— Universis praelatis per Apuliam constitutis scribit se in Fridericum Romanorum imperatorem qui mandatis Ecclesiae non obtemperavit et licet excommunicatus sibi fecit divina celebrari, sententiam in festo Coenae dominicae renovasse et loca quaelibet ad quae ipse pervenerit ecclesiastico submisisse interdicto; monet ut hanc sententiam denuntiare curent, hoc adjecto quod si in duritia perseveret, poterit formidare se jure feudi privandum. 52
7 aprilis.	Romae apud S. Petrum.	— Scribit regi Angliae de re eadem. 55, not. 1.
17 april.	Romae apud S. Petrum.	— Providet apud Sanctum Salvatorem de monte Amiato ordinem Cisterciensem propagandum, mandatque ut abbas et conventus ibidem ordinandi Cisterciensi monasterio immediate filiali reverentia secundum statuta ipsius ordinis sint subjecti. 284, not. 1.
7 maii.	Reate.	— Friderico Romanorum imperatori conqueritur de oppressionibus quibus ecclesiae regni Siciliae ab ipso affliguntur, mittitque duos fratres Minores quorum monitionibus aures aperiat quas hactenus nimium inconsulte clausit. 62
5 aug.	Perusii.	— Romano [Sancti Angeli] cardinali in Francia legato scribit qualiter Templarios a Saracenis provocatos, cum vim vi repulissent, Thomas Acerrarum comes imperatoris bajulus spoliavit et praedam restituit Saracenis; nunciat quod licet

1228		
		imperator cum paucis militibus mare dicatur intrasse, contra patrimonium Ecclesiae magnum christianorum et Saracenorum exercitum destinavit; monetque ut haec omnia ad opprobrium istius impii per terram legationis suae praedicet. 73
30 aug.	Perusii.	— Potestati et populo Senensi nuntiat qualiter in colloquio apud Perusium homines regni a juramento quo Friderico imperatori erant adstricti absolutos denuntiaverit, injurias ab eodem Ecclesiae Romanae illatas memorans nuntiansque illum, quo tamen iverit nescitur, profectum esse. 494
23 sept.	Perusii.	— Azzoni marchioni Anconitano et Estensi mandat ut in Marchiam celeriter revertatur in quam inimici Ecclesiae nuntios destinaverunt qui quodcumque possunt corrumpere moliuntur. 75, not. 2.
7 nov.	Perusii.	— Raynaldo quondam Conradi ducis Spoletani filio conqueritur quod castra ad Ecclesiam Romanam pertinentia occupaverit, presbyteris spoliatis, mutilatis et etiam supplicio afflictis, marchiamque Anconitanam invaserit; octo dies ad satisfaciendum competenter praefigit; alioquin per Cynthium subdiaconum suum excommunicandum cum fautoribus ejus et per P. Theodaldum diffidandum jubebit. 79
23 nov.	Perusii.	— Archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis ejus mandat ut subsidia stipendiario exercitui suo ministrent. 83, not. 1.
25 nov.	Perusii.	— Archiepiscopum Ravennatensem et ejus suffraganeos arguit quod nondum excommunicationem contra Fridericum publicaverint, firmiterque monet ut ad id sine mora procedant. 84, not. 1.
30 nov.	Perusii.	— Januensibus scribit qualiter Fridericus imperator in Terra Sancta christianis potius quam Saracenis studeat officere, et Raynaldus natus quondam Conradi ducis Spoleti vicarius ejus terras Ecclesiae violenter invaserit; unde in istum excommunicationis sententiam publicavit. Addit sibi ab eodem Friderico Barensem archiepiscopum et Henricum comitem Maltensem fuisse destinatos de tractanda concordia; cum autem imperator praedictum Raynaldum procuratorem in hac re esse voluerit, se respondisse quod tractatus reconciliationis cum isto haberi nec posset nec deberet. 81
8 dec.	Perusii.	— Universis episcopis per Tusciam constitutis nuntiat quomodo excommunicaverit Fridericum dictum imperatorem, Raynaldum et Bertholdum filios quondam ducis Conradi et fautores eorum. 84, not. 1.

1229		
20 feb.	Perusii.	— Decanis et capitulis Sancti Johannis et Sancti Stephani Bisuntinis nuntiat se, cum in electionem archiepiscopi infra terminum praescriptum ipsi consentire non potuissent, Nicolaum de Flavigniaco Lingonensem decanum in antistitem ipsis providisse. 407, not. 1.
15 maii.	[Perusii.]	— Societati Lombardiae mandat ut celerem sibi succursum transmittant. 145, not. 1.
19 maii.	Perusii.	— Pelagio Albanensi episcopo duci exercitus sui in regno mandat ut captivos minus inhumane pertractet et ab omni occisione, detruncatione vel mutilatione membrorum abstineat. 112, not. 1.
23 maii.	Perusii.	— Scribit civibus Suessanis super civitate ipsorum in dominio Ecclesiae perpetuo retinenda. 144, not. 1.
4 junii.	Perusii.	— Petro infanti Portugaliae injungit ut juxta quod liberaliter obtulit cum equitum multitudine ad subsidium Ecclesiae quantocius properet. 165, not. 1.
13 junii.	Perusii.	— Archiepiscopo Mediolanensi et suffraganeis ejus nuntiat se illa quae Fridericus in partibus transmarinis egerit hactenus eis intimare distulisse, quia sperat patriarcham et magistros ordinum sibi plenius eadem mox relaturos. 110, not. 2.
19-20-21 junii.	Perusii.	— Rectoribus et populo Gaietano diversa privilegia quasi dominus terrae concedit, inter quae jus eligendi potestates, jus galearum, jus monetae, aliaque ibidem expressa. 142
20 junii.	Perusii.	— Patriarchae Aquilegiensi exprobrat quod faveat Ecclesiae inimicis, mandatque ut istis se potenter opponat, omnibus transire volentibus in Apuliam aditum penitus interdicendo. 176, not. 1.
26 junii.	Perusii.	— Rectoribus societatis Lombardiae nuntiat Johannem regem Hierosolymitanum et cardinalem Sanctae Praxedis, audito quod Fridericus imperator e partibus transmarinis redierit, contra eum procedere velle; unde cum sua et ipsorum causa contra communem hostem sit communis, monet ut milites quos ad auxilium Ecclesiae Romanae miserunt nec ultra servire volentes perseverare faciant, stipendiaque et omnia oportuna eis ministrent. 145
13 julii.	[Perusii.]	— Eisdem de re eadem, Lombardorum segnitiem acriter incusans. 145, not. 1.
18 julii.	Perusii.	— Regi Franciae scribit quomodo Fridericus imperator pactum execrabile in Terra Sancta cum Saracenis inierit, et post-

1229		
		modum Accon reversus se gesserit, eum exhortans ad vindicandam injuriam Salvatoris. 147
23 julii.	Perusii.	— Ad postulationem archiepiscopi Nicosiensis mandat archiepiscopo Caesariensi ut sententiam excommunicationis a patriarcha Hierosolymitano contra Fridericum imperatorem prolatam observari faciat. 150
27 julii.	Perusii.	— Episcopo Furconensi mandat ut super constructione civitatis apud Acculam et damno hominibus regionis illius compensando non procedat, nisi prius suo consilio requisito. 160, not. 2.
[august.	Perusii.]	— In Fridericum Romanorum imperatorem cujus injurias Ecclesiae Romanae illatas recenset, sententiam excommunicationis et interdicti renovat, omnesque et praecipue homines regni a juramento fidelitatis quo ei tenentur denuntiat absolutos, similiter excommunicans Raynaldum et Bertholdum filios quondam Conradi ducis Spoleti necnon et quosdam cives romanos cum castellano Sancti Miniati. 157
28 aug.	Perusii.	— Scribit R. subdiacono et capellano suo super custodia arcis Bandre et in eumdem modum abbati Cassinensi et eidem R. germano ejus pro arce Cassinensi et arce Janule. 144, not. 1.
29 aug.	Perusii.	— Scribit populo Sorano fidelibus suis super protectione ipsis et civitati eorum indulta. 144, not. 1.
7 sept.	Perusii.	— Populos per Amiternum et Furconem constitutos ad demanium Ecclesiae revocat et locum Acculi sive Acculae ad construendam civitatem eis concedit sub certis conditionibus ibidem expressis. 159
28 et 30 sept.	Perusii.	— Archiepiscopo Lugdunensi, Parisiensi episcopo caeterisque Franciae praelatis mandat ut ad se personaliter veniant cum congruo bellatorum apparatu, seu mittere ad Romanam Ecclesiam sine mora procurent. 164 et 165, not. 1.
9 octob.	[Perusii.]	— Lombardorum segnitiem acriter incusat, monens archiepiscopum Mediolanensem et fratrem Gualonem ut eos ad subsidium Ecclesiae ferendum etiam censura ecclesiastica compellant. 145, not. 1.
3 nov.	Perusii.	— Praelatis et clero civitatis et dioecesis Virdunensis mandat ut ad solutionem debitorum quibus episcopus eorum premitur juxta facultates contribuant. 331, not. 2.
10 nov.	Perusii.	— Rectoribus societatis Lombardiae scriptum quoddam a Friderico Romanorum imperatore de tractatu pacis ineundo sibi destinatum mittit, ut ipsorum intellecto consilio procedat sicut expedire viderit. 169

1230		
28 aug.	Anagniae.	— Fridericum Romanorum imperatorem precatur ut hac ipsa die qua in gremio matris Ecclesiae revertitur, filios comitis Thomae et quondam Raynaldi de Aversa sibi liberaliter largiatur et remittat, cum jam non oporteat ipsum in aliquo de eis dubitare. 224
[sept. ineunte]	. . . .	— Cuidam fideli suo notum facit qualiter Fridericus Romanorum imperator ad se veniens in participatione convivii et jocunda collocutione tam de rebus quae ad divina spectant quam de iis quae ad Ecclesiae patrimonium pertinent paratum animum ostenderit, monetque ut haec omnia fidelibus Ecclesiae qui sunt in Campania revelando, ipsos in obsequio beati Petri et suo fortiter animet et informet. 228
. . . . .	. . . .	— Scribit de re eadem regi Francorum, et fere in eumdem modum rectoribus fraternitatis Urbis. 229
25 sept.	Anagniae.	— Marchiam, Ducatum, Perusium, Tudertum, Urbem Veterem, Narniam et Ameliam regimini episcopi Belvacensis committit. 271, not. 1.
10 oct.	Anagniae.	— Rectoribus societatis Lombardiae mittit cautionem qua Fridericus Romanorum imperator in pace cum Ecclesia tractata promisit quod nullatenus ipsos offendet et omnem offensam expresse remisit. Unde hortatur ut in devotione Ecclesiae Romanae persistant, cum grata ipsis intendat vicissitudine respondere. 243
15 oct.	Anagniae.	— Fridericum imperatorem monet ut spretis improborum consiliis, homines de Foggia, Civitate, Casali Novo, Sancto Severo et alios quosdam de Capitanata misericordius pertractet ne animos post tam celebre festum pacis contra utrumque, scilicet papam et imperatorem, exasperet. 245
3 dec.	Laterani.	— Cum in litteris quas Fridericus Romanorum imperator pro fidejussuris principibus et aliis destinabat, quaedam omissa animadverterit, illi nuntiat se illas non publicandas duxisse, et quae addenda vel immutanda sint interclusa remittit; monens ut ipsius nuntium qui suam declinans praesentiam in Theutoniam profectus est, celeriter revocet. 247
10 dec.	Laterani.	— Friderico Romanorum imperatori exponit qua causa de petitione ejus super juribus imperii in Provincia et terris haeretica pravitate infectis ad tempus supersedendum duxerit, nuntiatque se ad exhibendam justitiam paratum si idem imperator super civitate de Castello jus quod intendit prosequi voluerit. 248

1231		
16 jan.	Laterani.	— Salzeburgensi archiepiscopo et episcopo Ratisponensi per Alemanniam, episcopo Vercellensi et electo Mediolanensi per Italiam encyclicam mittit, qua mandat ut a praelatis, principibus et communitatibus ibidem expressis cautionem recipere procurent juxta formam pacis inter imperatorem et Ecclesiam reformatae. 253
19 jan.	Laterani.	— Friderico Romanorum imperatori gratulatur quod ad regni Hierosolymitani succursum operam efficacem dare velit, hortaturque ut Hospitalariis et Templariis ablata restitui et de damnis satisfieri faciat. 255
20 jan.	Laterani.	— Fridericum Romanorum imperatorem monet ut fidejussoriam cautionem quam ad octo menses praestare debuit ex nunc adimplere studeat. 257
26 feb.	Laterani.	— Fridericum Romanorum imperatorem hortatur ut Hospitalariis et Templariis ablata restitui faciat, de quibusdam quae abbas Casaemarii ex parte ejus sibi proposuit ad tempus aliud responsum remittit, monetque ne illos de regno qui Ecclesiae adhaeserunt transfretare compellat. 264
26 feb.	Laterani.	— Reginum archiepiscopum rogat ut apud Fridericum Romanorum imperatorem partes interponat ad restituenda universa quae Hospitalariis et Templariis ablata fuerunt. 266
26 feb.	Laterani.	— Magistrum domus Templi monet ne in regno Hierosolymitano contra formam pacis et imperialis ballivi prohibitionem guerram moveat, per quam possit Terrae Sanctae vel visitantibus eam aliquod periculum eminere. 266
4 martii.	Laterani.	— Custodiae abbatis Cavensis quosdam haereticos committit in arctissima fovea et sub vinculis ferreis separatim carcerandos. 269, not. 1.
8 martii.	Laterani.	— Friderico Romanorum imperatori respondet quod cum ipse conqueratur de communi Esculano fidelibus suis qui quaedam feuda regni ejus detinere dicuntur, imperiales justitiarii circa partes Aprutii clericis Ecclesiae graves irrogant injurias; unde cum episcopo Belvacensi Anconitanae marchiae et ducatus Spoletani rectori mandet ut quaecumque in praejudicium imperatoris praesumpta sunt emendentur, ipse quoque emendari faciat quae a praedictis justitiariis contra Ecclesiam sunt praesumpta. 269
24 mart.	Laterani.	— Hugoni episcopo Vercellensi et Gualae Brixiensi episcopo mandat ut ad requisitionem judicis Taddaei de Suessa ab

1231		
		imperatore in Lombardiam transmissi, juxta formam cautionis homines Lombardiae jurare faciant. 498
29 april.	Laterani.	— Fridericum Romanorum imperatorem denuo hortatur ut Hospitalariis et Templariis quorum auxilio se Terra Sancta potissime sustineat, ablata restitui faciat universa, nuntiat que eosdem esse paratos ad ponenda feudalia quae ab aliis quam a curia habuerunt in manus magistri Theutonicorum; ita quod proventus eorum teneat et conservet quo usque quid ad quem pertineat per arbitros declaretur. 280
13 maii.	Laterani.	— Potestatem et populum Pistoriensem hortatur ut mandatis Friderici Romanorum imperatoris et Siciliae regis obediant, cum princeps ad reformandam pacem in Tuscia vel ad treugas firmandas, saltem usque ad adventum ejus, a se contra rebelles auxilium et favorem imploraverit. 282
7 junii.	Reate.	— Fridericum Romanorum imperatorem hortatur ut Raynaldo nato quondam Conradi ducis Spoletani, licet immerito, januam misericordiae aperiat. 286
5 julii.	Reate.	— Fridericum Romanorum imperatorem monet ne novas edere constitutiones intendat, unde Ecclesiae persecutor et obrutor publicae libertatis dici possit. 289
5 julii.	Reate.	— Archiepiscopo Capuano mandat ne Friderico Romanorum imperatori abusivas constitutiones edenti neque in dictando neque in scribendo obsequatur. 290
11 julii.	Reate.	— Friderico Romanorum imperatori iterum scribit pro Raynaldo nato quondam Conradi ducis Spoletani, cum precibus instantioribus. 287
27 julii.	Reate.	— Animum Friderici Romanorum imperatoris ex praecedentibus suis litteris commotum demulcere conatur, rogatque ut confidat id non processisse nisi de spiritu merae charitatis. 498
12 aug.	Reate.	— Titulum regis Hierosolymitani quem nondum Friderico Romanorum imperatori in scribendo dederat nunc primum attribuit, hortaturque ut juxta hunc titulum Terrae Sanctae subveniat, laudans quod Riccardum Filangerium marescalcum ipsius ultra mare transmiserit. 297

1227		*Henricus (VII) Romanorum rex :*
26 mart.	Aquisgrani.	— Ad supplicationem Ægidii abbatis Sancti Gisleni ratam habet et confirmat promissionem a Fernando Flandriae et Hannoniae comite factam de non molestando eodem monasterio. 308
27 mart.	Aquisgrani.	— De consilio principum fratribus domus Theutonicorum Sanctae Mariae in Jerusalem concedit ut privilegia et confirmationes a curia regali vel imperiali sine ulla exactione obtinere possint, eisdemque confirmat ut sumptus et expensae septem personarum et totidem equorum praeceptori et commendatori hujus domus in Alemannia existenti a curia imperiali ministrari debeant. 309
29 mart.	Aquisgrani.	— Ecclesiae Novi Castri omnes possessiones ad se et ad imperium pertinentes de plenitudine consilii sui confirmat. 311
29 mart.	Aquisgrani.	— Eberhardo archiepiscopo Salzburgensi quoddam Ottonis IV privilegium, datum Nurnberg anno 1209, vigesimo die februarii, confirmat, quo memoratis privilegiis imperatorum Henrici IV et Friderici I, archiepiscopus in hoc scilicet confirmatur quod episcopatus Gurcensis archiepiscopatui Salzburgensi ratione investiturae regalium et consecrationis subjiciatur. 312
30 mart.	Apud Aquisgran.	— Ad supplicationem Hiburgis abbatissae Nivellensis ex principum imperii sententia libertatem ejusdem ecclesiae cum omnibus pertinentiis et juribus restituit, statuitque ut ab oppressione vel exactione quacumque sit omnino libera. 312
30 mart.	Apud Aquisgran.	— Privilegium a Friderico imperatore patre suo canonicis Virdunensibus indultum inserendo confirmat, additque ut familiae singulorum et universorum canonicorum ecclesiarum Virdunensium ab omni exactione praestationis, talliae seu precariae sint penitus immunes. 315
30 mart.	Aquisgrani.	— Civibus Virdunensibus mandat ut a molestatione ecclesiarum Virdunensium, familiarum et hominum desistant, et ablata cum satisfactione restituant. 316
1 aprilis.	Aquisgrani.	— Canonicis Beatae Mariae et Beati Adalberti de Aquis indulget ut Gerardo comiti Gelrensi praedium de Moideke cum pertinentiis ejus libere vendant, ea conditione ut pecuniam pro bonis aliis eidem ecclesiae utilioribus convertant. 317
[aprili ineunte,]	Aquisgrani.]	— Feodum balneorum infra muros civitatis Aquensis constitutorum a ministeriali suo Willielmo Bawaro titulo vendi-

1227		
		tionis alienatum et in manus suas resignatum ecclesiae Aquensi speciali capellae suae in perpetuum confert. 317
[aprili ineunte,	Aquisgrani.]	— Ad preces Henrici ducis Limburgensis et Walrami de Montjoie fratris ejus de consilio principum Wilhelmo comiti Juliacensi concedit ut omnes Judaeos qui ad terram ejus se transtulerint ad manendum libere ab imperio teneat. 318
5 aprilis.	Apud Oppenheim.	— Canonicis Aquensibus concedit ut quilibet canonicus quinque et decanus eorum decem porcos mittant in nemus suum quod nuncupatur Supulia et in alia nemora ad civitatem Aquensem pertinentia, ubi pascua porcorum poterunt inveniri. 320
6 ? april.	Apud Oppenheim.	— Privilegium suum fratribus Sanctae Mariae Theutonicorum indultum renovat, de gratuita privilegiorum expeditione et de sumptibus fratrum eorumdem ab imperiali curia ministrandis. 321
15 april.	Haguenau.	— Cellam omnium Sanctorum in sua protectione suscipit, omnibusque ministerialibus et officialibus suis praecipit ut nuntios praefatae cellae cum eleemosynam postulaturi advenerint, caritative recipiant. 323
15 april.	Haguenau.	— Cellae omnium Sanctorum et fratribus ejusdem Praemonstratensis ordinis suam curiam in Richenbach juxta Stolleburg concedit. 324
25 april.	Apud Wormatiam.	— Abbatissae et conventui inferioris monasterii in Ratispona permittit ut unum de pueris Jordani de Lengenveld ad ipsarum monasterium spectantibus comiti Henrico de Ortenberg possint tradere. 324
25 april.	Apud Wormatiam.	— Monasterium de Otterberg cum possessionibus et hominibus ejus in speciali sua protectione recipit, diversaque jura et exemptiones eidem concedit. 325
26 april.	Apud Wormatiam.	— Civibus Virdunensibus sub poena banni mandat ut privilegium quoddam ab eis Aquisgrani obtentum ex nimia praeoccupatione sua, cum sit honori imperii et juribus episcopi Virdunensis omnino contrarium, archiepiscopo Treverensi tanquam cassum et inane incontinenti remittant, et eidem archiepiscopo de ipsorum contumacia condignam emendam faciant. 327
26 april.	Apud Wormatiam.	— Notum facit universis se penitus cassavisse privilegium quoddam a civibus Virdunensibus contra jura imperii et episcopi Virdunensis obtentum : cujus privilegii praecipuos

1227		
		articulos memorat; jura autem et libertates episcopi ejusdem innovando confirmat. 330
29 april.	Wormatiae.	— Henrico episcopo Wormatiensi pro eo quod idem episcopus Wimpinam et castrum Eberbach sibi liberaliter recognovit, ad solutionem mille trecentarum marcarum argenti se obligat, datis fidejussoribus idoneis et certis terminis ibidem expressis. 332
1 maii.	Haguenau.	— A Waltero et Courado de Horburg et ab Anselmo et Ulrico de Rappolstein omne jus quod habebant in castro Kaisersberg (in Alsatia) et in suburbio ejus pro ducentis quinquaginta marcis redimit, ea conditione quod nullam civitatem ibidem faciet neque homines eorumdem in dicto castro recipiet. 333
6 maii.	Apud Ulmam.	— Ecclesiam in Ursin (Irsee) cum possessionibus a ministerialibus suis et fidelibus imperii eidem collatis sub suae protectionis munimine recipit. 334
17 julii.	Apud Werdam.	— Hartmanno comiti de Dillingen in rectum feudum concedit advocatiam claustri de Herbrechtingen a Gotefrido de Wolfach resignatam; omne quoque patrimonium in Ebermaringen et Hverwin eidem comiti confirmat, traditum ei a praedicto Gotefrido. 336
3 aug.	Geinhausen.	— Notum facit quod cives de Frankenfurt omni juri renuntiaverunt ab ipsis impetito super pratum, sylvam et pascua curiae Riedern quam pater suus imperator Fridericus conventui de Hegnehe (Haina) contulerat. 337
august.	Geinhausen.	— Approbat et confirmat permutationem factam inter Hugonem Leodiensem et Joannem Metensem episcopos de villa Sancti Trudonis pro curia de Maidieres. 339
11 aug.	Mulhausen.	— Advocatiam curiae in Frickenhausen ad monasterium Ahausen spectantem quam ab episcopatu Herbipolensi in feodo tenuit, Hermanno episcopo Herbipolensi resignat et ab eodem episcopo remissam praedicto monasterio confirmat. 340
16 aug.	Apud Goslar.	— Comitibus Hermanno et Henrico de Waldenberg transmittit protectionem conventus de Walkenried quamdiu hoc abbati placuerit, cum instanti mandato ut eosdem abbatem et conventum omnibus modis adjuvent. 341
26 aug.	Apud Goslar.	— Hospitale in civitate Goslariensi a Giselberto quondam advocato Goslariensi aedificatum et dotatum cum omnibus bonis ejus sub protectione sua suscipit, eamdemque domum

1227			
		abbatibus de Walkenried et de Riddagshausen et decano majoris ecclesiae Goslariensis ordinandam committit.	342
27 aug.	Apud Goslar.	— Ad preces fratrum religiosae domus montis Sancti Petri apud Goslariam qui sunt reginae capellani, ex tenore instrumenti Friderici I imperatoris ann. 1170, 25 julii, domum eorum cum omnibus bonis ejusdem sub sua protectione recipit.	344
29 aug.	Apud Goslar.	— Capellam Sancti Spiritus juxta Pontem Regis fratribus ejusdem loci concedit, ea conditione ut memoria progenitorum suorum qui capellam eamdem construxerunt ibidem peragatur.	344
18 sept.	Anspach.	— Monasterium Halsburnen (Heilsbronn) in specialem recipiens protectionem ei interdicit ne cuiquam ex parte sua equum praestet, nisi in speciali expeditione sua per butiglarium suum de Nurinberc ab ipso requirendum.	345
19 sept.	Anspach.	— Abbatissam de Kitzingen et conventum cum omnibus ejus bonis sub sua protectione recipit; praecipiens butigiario de Nurnberg ut ab omni pignoris aut spolii impetitione idem claustrum defendat.	346
21 sept.	Apud Wimpinam.	— Civibus Ratisponensibus nuntiat solemnes nundinas circa festum omnium Sanctorum in civitate Herbipolensi annuatim fore peragendas, eosque invitat ut sub suo conductu et speciali protectione ad easdem veniant, eo jure et libertate fruituri quibus de sua gratia gaudent nundinae suae apud Franchenfurt et Werde (Donauwerth).	347
22 sept.	Apnd Wimpinam.	— Fratribus domus Hospitalis Theutonicorum Sanctae Mariae in Jerusalem ecclesiam Sancti Blasii in Mulhansen cum jure patronatus et omnibns attinentiis confert et contradit libere tenendam et perpetuo possidendam.	348
24 sept.	Apud Wimpinam.	— Compositionem denuntiat inter se et comites de Ferreto patrem et filios ordinatam, scilicet de castro Egensheim, de foro septimanali apnd Amelrichswilre, de curia apud Rulinsheim et de ministerialium communi snbjectione.	349
1 oct.	Apud Augustam.	— Sententiam a principibus imperii latam denuntiat qua Gerardns de Gelre et Gisilbertus de Amstel comites non teneantur adimplere promissa et laudamenta facta Rndolpho de Koverden, Meinzoni de Grabsdorf et fautoribus eorum, pro eo quod iidem excommunicati et exleges non se expurgaverunt de crimine sibi objecto.	350

1227		
10 oct.	Apud Augustam.	— Abbati Faucensi (Füssen) ejusque successoribus indulget sedationes rixarum inter rusticos et mansarios monasterii ejusdem et exactionem reddituum absque praeposito regio, nisi propter contumaciam hominum eorumdem aut magnitudinem facti advocaudus fuerit. 351
10 oct.	Apud Augustam.	— Ad petitionem abbatis de Wezzinsbrunnen Ludewico duci Bawariae villam de Panziugen et advocatiam ejus committit defendendam et procurandam quamdiu regi et abbati placuerit. 353
[octob.?]	. . . .	— Mandat Hermanno Lupo ut allodium Bibirbach pertinens ad monasterium Vezzinsbrunnen usque ad reditum suum defendat. 354
17 oct.	. . . .	— Ministerialibus suis licentiam tribuit ut possessiones suas, tam in imperio et ducatu Sueviae quam in proprietate sua sitas, Hospitali (Sancti Johannis) Jerosolymitano conferre, vendere ac commutare possint. 354
20 oct.	Constantiae.	— Ad preces Reinoldi praepositi ecclesiae Sancti Lucii Beneduranae in dioecesi Curiensi, illud monasterium ab omni advocatia in perpetuum liberum declarat. 356
1 nov.	Apud Turegum.	— Coenobium de Wettingen Cisterciensis ordinis cum personis et rebus in specialem suam protectionem recipit, scultetis officiatisque suis mandat ut ab omni injuria idem protegant, et ab omni exactione eximit domos quas in Tiguro aliisque civitatibus suis abbas et conventus acquirere poterunt. 356
4 nov.	Apud Basileam.	— Hospitali Sancti Johannis Jerosolymitano omnia confirmat bona quae ministeriales civesque sui et imperii illuc contulerunt aut collaturi sunt. 358
13 nov.	Apud Hagenowe.	— Monasterio sanctimonialium apud Regispontem quoddam praediolum ibidem situm scilicet in Sacra Sylva cum decimis et juribus concedit, totius litis inter sanctimoniales easdem et Henricum plebanum de Cochenheim seriem memorans necnon et nomina quinque primarum hujus loci abbatissarum. 359
16 nov.	Apud Hagenowe.	— Arnoldo de Gimmenich et omnibus in advocatia Assindensi eidem succedentibus notum facit se in speciali sua protectione ecclesiam Sanctae Mariae Sanctique Nicolai apud Stoppenberg suscepisse, mandatque ne aliquam exactionem vel obsequia ab eadem ecclesia exigere praesumant. 362

1227		
20 dec.	Apud Nurenberc.	— A Conrado abbate Sancti Johannis in Turthal in praesentia sua constituto advocatiam omnium possessionum ecclesiae ejus recipit nunquam ab imperio alienandam, jura a se vel a viceadvocato suo exigenda definit, eumdemque abbatem et successores ejus in capellanos suos annumerat. 363
1228		
1 januar.	Apud Egram.	— Eberhardo Salzburgensi archiepiscopo scribit se sententiam in favorem ecclesiae Salzburgensis contra ecclesiam Gurkensem super regalibus latam, sicut pater suus ipse fecit, renovasse et episcopo Gurkensi mandasse ut regalia ab ipso archiepiscopo recipiat, licentiam eidem concedens praedictum episcopum, si opus fuerit, auxilio ducis Austriae et marchionis Istriae ad id coercendi. 365
21 feb.	Apud Ulmam.	— Notum facit comitem Diethelmum de Toggenburg quidquid juris in advocatia abbatiae Sancti Johannis Baptistae in Turthal habere aestimabat coram se resignavisse; unde abbas et conventus loci ejusdem se in advocatum ecclesiae ipsorum unanimiter elegerunt. 366
[feb.?]	Apud Ulmam.	— Ex mandato patris sui imperatoris warandiam quam archiepiscopo Coloniensi de Monte Martis fecerat in praejudicium abbatis Corveiensis revocat, eumdemque abbatem in possessionem dicti montis mittit cum omni jure ejus. 367
23 mart.	Apud Ezelingen.	— Praeposito, capitulo et universo clero apud Tigurum omnes libertates, jura et privilegia eisdem a praedecessoribus suis indulta confirmat. 368
29 mart.	Haguenau.	— Privilegium Berengero abbati de Odenheim a Friderico II tunc rege ann. 1219, 6 aprilis, de advocatia ejusdem abbatiae concessum, Degenhardo abbati renovat et confirmat, conditionibus ibidem expressis quibus eadem advocatia nomine suo procuranda sit. 369
[aprili?]	Bopardiae.	— Sententialiter definit quod in actione quam domina de Heymesberg vidua Philippi de Bonlanden et filii ejus in episcopum Spirensem intentaverunt super solutione duarum millium et ducentarum marcarum, praedicta domina ex probationibus ab eodem episcopo allatis in petitione sua refelli debeat. 372
2 aprilis.	Apud Bopardiam.	— Monasterium Marienberg juxta Bopardiam in sua speciali protectione recipit et immune declarat ab omni exactione, eidem confirmans elemosynas a Ludewico ejusdem loci sculteto anno 1224 collatas. 372, not. 1.

1228		
22 april.	Apud Wetzlar.	— Decano capituli Sanctae Mariae et advocato Aquensi capitulum Sancti Adalberti apud Aquas vice comitis Juliacensis et Walrami de Montjoie procurandum committit. 372
[aprili?]	Francfort.	— Collationem villae Kadelcamp ecclesiae Frankenfordensi in antiquis temporibus a praedecessoribus suis factam confirmat. 373
1 maii.	Apud Frideberg.	— Mandat sculteto in Francfort et burgravio in Friedberg ut coenobium de Arnsburg protegant super exemptione tributorum eidem coenobio pro domo ejusdem in Wetzlar concessa. 374
26 junii.	Nuremberg.	— Mandat sculteto et universis civibus in Oppenheim ut ecclesiam de Hane contra Philippum de Hohenfels aliquid indebite ab eadem exigentem manuteneant et protegant. 375
1 julii.	Nuremberg.	— Pro salute animarum avorum suorum, magistro et ordini [fratrum militiae Christi] in Livonia civitatem et castrum Reval cum Jerwen, Harrien et Wierland donat a se et ab imperio in feodum tenenda. 375
20 julii.	Nuremberg.	— Ottoni duci Meraniae et palatino comiti Burgundiae bona sua apud Lussinum cum omnibus attinentiis concedit. 376
[julio.]	Nürnberg.	— Ecclesiae Maguntinae confert jus quod sibi circa abbatiam Laurissensem (Lorsch) competebat. 377
18 aug.	Apud Ulmam.	— Eberhardum Salzburgensem archiepiscopum juxta resignationem a Ludovico duce Bawariae factam de comitatu in Pinzgau jure regalium in perpetuum investit, terminosque ejusdem comitatus definit. 378
19 aug.	Apud Ulmam.	— Alienationem quorumdam hominum abbatis de Weingarten Conrado de Smainegge a se factam revocat et testatur quod homines praedictae ecclesiae nemini infeodabit vel nullo modo a potestate sua alienabit. 379
23 aug.	Apud Ezzelingen.	— Ad relevandam inopiam claustri Sancti Blasii in Nigra Silva ei facit gratiam ut nullus scultetorum vel officiatorum suorum ab abbate vel praepositis aut ministris dicti monasterii aliquid extorquere vel ad conferendum eos coarctare praesumat. 380
24 aug.	Ezelingen.	— Consilio principum quorum jus est Romanorum regem eligere, confirmat jura, gratias et libertates nobilium terrarum Austriae et Styriae, sicut ab antiquis Romanorum imperatoribus et regibus usque ad se devenerunt; conceditque Leupoldo duci et successoribus ejus ut omnia quocumque modo ipsis collata sine impedimento recipiant et in ipsorum

1228			
		pileo regalis coronae diadema solemniter ferre possint.	381
27 aug.	Apud Wimpinam.	— Omnem exactionem collectarum sive obseqnii quam officiati sui exigere solebant a curiis abbatissae Assindiensis (Essen), scilicet Irensel, Bruckof et Brecke, libere et absolute dimittit.	383
[aug.?]	Apud Wimpinam.	— Advocatiam superiorem in Scharre et Virnheim ab ecclesia Laurissensi (Lorsch) post tres palatinos, Conradum scilicet, Henricum patrem et Henricum filium, in beneficium adeptus, monasterio Schonaugiensi de bonis ibidem positis exemptionem advocatiae et cujuslibet exactionis confirmat.	384
31 aug.	Esslingen.	— Praeposito et fratribus apud Adelberg indulget ut quaecumque bona ministeriales, cives et homines sui ecclesiae ipsorum erogare voluerint, libere recipere et pacifice possidere ipsis liceat.	386
[aug.]	Esslingen.	— Una cum Leupoldo Austriae duce [et aliis] sigillum suum cuidam documento Eckberti Bambergensis episcopi apponit quo idem episcopus Ludevicum ducem Bawariae et filium ejus Ottonem de bonis fratrum Alrami et Alberti de Hals a se coram rege judicialiter acquisitis investit.	387 et 499
6 sept.	Apud Nordlingen.	— Conqueritur quod quaestio de concessione investiturae et regalium episcopatus Gurkensis per Gurkensem episcopum ad Sedem apostolicam illata fuerit, et denuo confirmat quod super hoc negotio Romani imperatores jampridem definierunt.	502
6 sept.	Nordlingen.	— Monasterio Waltsassen quinque jugera vinearum in loco Bachlait juxta villam Eduggesvelt donat.	388
7 sept.	Nordlingen.	— Herbipolensi episcopo ducibusque Austriae et Bavariae corporali fide praestita promittit quod nunquam bona quae ab ecclesia Laureacensi possidet alienabit, eamdemque ecclesiam cum personis et rebus sub sua speciali protectione recipit.	389
[sept.?]	. . . .	— Ad petitionem Cnouradi abbatis in Keisheim jure advocati approbat et confirmat concambium quo Valcuonus plebanus de Horburc praedicto abbati et ejus monasterio silvam Ger dictam pro dote quadam ad ecclesiam Horburc spectante tradidit.	390
25 dec.	Haguenau.	— Concessionem pedagii in valle Amarini ab imperatore patre suo abbati Murbacensi factam confirmat.	391
29 dec.	Haguenau.	— Simoni abbati et conventui in Luxovio dat licentiam mu-	

1229		
		niendi suam civitatem, irritumque declarat si quid contra tenorem privilegiorum ecclesiae Luxoviensis per concessionem vel infeodationem factum fuerit. 392
17 jan.	Apud Wormatiam.	— Ad supplicationem Gualteri abbatis sancti Gisleni in Henuonia, jura, libertates, servos et ancillas omniaque bona eidem ecclesiae concedit et confirmat. 394
18 jan.	Apud Wormatiam.	— Ratam habet venditionem factam comiti Gelrensi per abbatem et capitulum Laurente. 395
28 jan.	Spirae.	— In contentione inter Marquardum abbatem Uterinae vallis (Eussernthal) et rusticos de Goderamstein super cujusdam sylvae communionibus, visis privilegiis ejusdem ecclesiae, sententialiter definit ut ista liberam sylvae communionem habeat. 396
16 maii.	Constantiee.	— Monesterio montis Angelorum (Engelberg) collationes confirmat quas iidem fratres receperint de rebus ad imperium, ad ducatum Sueviae et ad sua patrimonialia bona pertinentibus. 397 et 503
3 junii.	Oettingen.	— Burgraviis et universis de Namurco, Bovius et Sensun mandat ut cum comes Namurcensis obierit, ipsi castra, munitiones et civitates comitatus Ferrando comiti Flandriae libere tenenda et perpetuo possidenda assignent. 397
17 junii.	Nuremberg.	— Henrico comiti de Ortenburg dilecto consanguineo suo et ejus haeredibus jus concedit fodiendi aurum, argentum, aliaque metalia invenienda in bonis ejus, quae ad se et imperium ex antiquo jure epprobato pertinere noscuntur. 398
23 oct.	Apud Uberlingen.	— Eberhardo abbati de Salem hanc immunitatem confirmat quod de domibus seu possessionibus ipsius monasterii nulla steura nec aliud exactionis genus ei imponi debeat. 400
23 oct.	Apud Uberlingen.	— Abbati et conventui de Petri domo (Petershausen) indulget ut si domum aliquam in civitatibus imperii fuerint adepti nullam inde dare precariam teneantur. 401
26 nov.	Geinhausen(?)	— Civibus de Trajecto liberam auctoritatem indulget ipsorum civitatem muris, fossatis ac aliis munitionibus muniendi. 401
13 dec.	Nuremberg.	— Revocat omne quod burgenses Leodienses durante vacantia sedis contra jura praedicti episcopatus fecerunt. 402
1230		
22 jan.	Apud Spiram.	— Notum facit universis quod cum domus quaedam lapidea in Esslingen sita attineat ecclesiae in Esslingen pleno jure, canonici majoris ecclesiae Spirensis super eadem domo minime molestari debeant. 404

1230		
15 feb.	Hagenau.	— Civibus de Columbaria, Schiettstadt et Kaisersberg procuratorique suo de Wigersheim mandat ne aliquod genus exactionis exigant ab abbate et conventu Parisiensi de transitu, venditione et emptione bonorum in ipsorum civitatibus. 405
20 feb.	....	— Procuratori Burgundiae, sculteto civibusque de Berno et universis mandat ne quis fratres domus Sanctae Mariae Theutonicorum in Jerusalem impedire audeat in collatione ecclesiae de Kunitz quam imperator pater suus eidem domui liberaliter contulit. 406
17 mart.	Apud Ulmam.	— Nicolaum archiepiscopum Bisuntinum de regalibus investit, ejus privilegia confirmat, cleroque et civibus mandat ut ei de omnibus justitiis et rationibus ecclesiae Bisuntinae plene respondeant. 407
		Altera praecedentis mandati forma de investitura regalium Nicolao archiepiscopo Bisuntino concessa. 408
		Altera praecedentis mandati forma, in qua additur ut universa officia sua archiepiscopus Bisuntinus debeat pro voluntate commutare, exceptis principalibus quatuor officiis. 409
9 aprilis.	Geinhausen.	— Fratres monasterii de Burnebach (Brumbach) a qualibet exactione officialium suorum perpetuo liberos declarat, excepto quod nuntii sui transeuntes apud ipsos congrue recipiantur. 410
9 aprilis.	Geinhausen.	— Dilectis fidelibus suis civibus Leodiensibus recognoscit et confirmat libertates et jura universa ibidem expressa, quae Albertus quondam Leodiensis episcopus eisdem civibus contulerat. 411
28 april.	Apud Frideberg.	— Notificat per sententiam principum in curia sua fuisse judicatum quod Henricus major filius ducis Lotharingiae possit se intromittere de bonis quae defuncta matre possidet, si idem dux alienare aliquid velit de bonis eisdem. 415
8, 10 et 11 junii.	Apud Nuremberg.	— Odam in abbatissam Nivellensem noviter electam regalibus investit, si quid de bonis ejusdem ecclesiae alienatum fuerit per judicium Ekkeberti Bambergensis episcopi, Henrici de Niffen, Friderici de Truhendingen et Anselmi de Justingen ad unitatem revocat, eamdemque et omnia bona ejus sub sua et imperii speciali protectione recipit. 417
17 junii.	Apud Egram.	— Ottoni palatino comiti Rheni villam Waltdorf cum omnibus attinentiis ejus remittit. 421
30 junii.	Nuremberg.	— De providentia consilii sui Judaeis Ratisponensibus liber-

1230		
		tatem a suis progenitoribus obtentam auctoritate regia confirmat, ut aurum et argentum emere et vendere in civitate Ratisponensi possint nec ante judicem nisi quem ipsi elegerint in causa trahi debeant; denique possideant absque contradictione cujuslibet quaecumque decem annis in potestate habuerint. 421
13 julii.	Weissenburg.	— Sententiam promulgat a Peregrino abbate de Wilzburg coram se obtentam : ut bona in Buderen ejus monasterio ratione obligationis debeant deservire. 422
[exeunte julio vel ineunte aug.]	Rheinfelden.	— Confirmat erectionem quam fecerunt Henricus Basiliensis episcopus et capitulum ejus de ecclesia Sancti Martini apud Rheinfelden in collegium canonicorum. 423
13 aug.	Brisach.	— Comiti Egenoni de Friburg omnem rancorem remittit pro eo quod Judaeos regios apud Friburg captivavit, vetatque ne aliquis ad querimoniam alicujus Judaei praedictum comitem gravare praesumat. 424
31 aug.	Weissenburg.	— Civibus de Noviomagio eadem jura et libertates ac aliis civitatibus imperialibus concedit, indulgens ut absque omni exactione libere per aquam et terram transeant et in cives recipiant omnes qui ad ipsorum civitatem se duxerint transferendos. 425
17 sept.	Nuremberg.	— Sententiam coram se latam promulgat, scilicet quod nulla virgo vel mulier in ullo quatuor officiatorum principalium, dapiferi, pincernae, camerarii et marschalci, ratione haereditatis succedere possit, mandatque ministerialibus ecclesiae in Quedlinburg ut nullus abbatissam de Quedlinburg contra praelibatam sententiam molestare praesumat. 427
22 sept.	Nuremberg.	— Archiepiscopatui Magdeburgensi ministerialem suam Mechtildim sororem Gotfridi et Theoderici de Germar cum pueris ejus donat et in concambium recipit Lutiam uxorem Swigeri sculteti de Mülhausen cum prole ejus. 428
23 sept.	Nuremberg.	— Comiti Ottoni juniori de Botenlauben libertatem indulget vendendi cui voluerit castrum Lichtenberg cum attinentiis et cum omnibus quae a se et ab imperio possidet. 429
29 sept.	Nuremberg.	— Scultetis et civibus de Constantia, Zürich, Lindau, Uberlingen, Schaffhausen, Rotweil, Ravensburg et Pfullendorf mandat ut abbatem et conventum de Salem et omnia bona eorum modis omnibus manuteneant et defendant. 431
9 nov.(?)	Haguenau.	— Notum facit quod Bertholdus marscalcus de Rasche coram

1230		
		se apud Hagenaw renuntiavit omni juri in molendino Freckenfelt et in bonis eidem molendino attinentibus. 432
24 nov.	Haguenau.	— Universis civibus de Leodio, Hoio, Dionanto, Sancto Trudone, Trajecto, Tungris et Fossis scribit se semper eorum libertates, jura, paces et communionem observare velle, nec unquam cum episcopo Leodiensi aliquem tractatum habiturum nisi ille libertates praemissas inconcussas recognoscat. 432
26 nov.	Spiegelberg.	— Monasterio Waltsassen omnes venas et fossata auri vel argenti vel alterius metalli in bonis et fundo ipsius ecclesiae concedit. 433
5 dec.	Spirae.	— Villico, advocato, scabinis et universis burgensibus Aquensibus mandat ex tenore privilegii sui ecclesiae beati Adalberti induiti, ne praepositum ecclesiae ejusdem in exercenda jurisdictione de toto praedio et hominibus in ipso manentibus molestare praesumant. 434
9 dec.	Apud Spiram.	— Notum facit quod Fridericus et Johannes fratres de Frankenstein ad petitionem abbatis et conventus de Hemmerod cesserunt omnino liti quam habebant contra ipsam ecclesiam super decursu cujusdam rivi juxta Rechholz. 435
9 dec.	Apud Spiram.	— Abbatissam Assindensem in possessionem advocatiae de Rellingshausen mittit ex qua a comite Adolfo de Marchia violenter ejecta fuerat, jubens ut comes iste in curia jus suum si quod habet proponat; mandatque ut ministeriales ecclesiae Assindensis coram burgravio Werdensi juri pareant. 436
22 dec.	Apud Wormatiam.	— Cum Theoderico Treverensi archiepiscopo ministeriales permutat, scilicet Gerardum de Sintzig pro Theoderico de Vallendar. 437
1231		
18 jan.	Apud Wormatiam.	— Sifrido Moguntino archielecto et Sifrido Ratisponensi episcopo imperialis aulae cancellario mandat ut in irritum revocent si quid a civibus Wormatiensibus dictis *consiliariis* in injuriam episcopi et ecclesiae Wormatiensis fuerit attentatum. 440
18 jan.	Wormatiae.	— Notam facit et ratam habet compositionem quae per executores a se destinatos intervenit inter conventum de Maulbronn ex una parte et ministeriales suos de Berdeheim ex altera super bonis apud Chnutelingen. 441
19 jan.	Apud Wormatiam.	— Scabinos et cives Colonienses in jure ipsorum et libertate confovere cupiens per sententiam principum declarat quod

1231		
		ob debita vel promissiones archiepiscopi Coloniensis aut alterius cujuslibet personae nullo modo damnificari aut gravari cives iidem debeant. 442
20 jan.	Apud Wormatiam.	— Civibus Leodiensibus et omnibus burgensibus ad episcopatum Leodiensem pertinentibus ad observationem sententiae diffinitivae principum mandat quod nulla civitas, nullum oppidum regni Alemanniae absque domini sui assensu possit facere communiones, constitutiones, confoederationes vel colligationes aliquas quocumque nomine censeantur. 444
23 jan.	Apud Wormatiam.	— Sententiam principum in solemni curia Wormatiensi latam promulgat qua deciditur quod nulla civitas aut oppidum communiones, confoederationes aut quascumque conjurationes facere possit, et quod nec rex sine domini civitatum aut oppidorum consensu, nec dominus sine regiae majestatis assensu ejusmodi licentiam concedere valeant. 445
23 jan.	Apud Wormatiam.	— Ratum habet quod Embricho comes Rheni coram se omni petitioni renuntiaverit contra Henricum comitem de Nassau super foresta Richolfes juxta Bleidenstadt sita, ea conditione ut medietas proventuum in ligno, glandibus et aliis rebus ad comitem Henricum, proprietas autem ad praedictum comitem Rheni et ad haeredes ejus pertinere debeat. 440
5 feb.	Esslingen.	— Canonicis in Denkendorf donat perpetuo possidenda praedium quoddam situm in parochia Berkheim et piscinam in Neckario, quae ministeriales sui ibidem designati sibi resignaverunt. 447
4 april.	. . . .	— Ratisponensi episcopo declarat quod monasterio Waltsassensi parochiam Bundrebe (Wundreb) in dioecesi ejus constitutam contulit et id privilegio roboravit. 450
20 april.	Francfort.	— Ratum habet quod monasterium de Walkenried ad utilitatem suam sylva de Harz fruatur, ea conditione ut comiti Theoderico de Hohenstein annuatim duodecim marcas argenti persolvat, sicut in privilegio ejusdem comitis continetur. 451
29 april.	Apud Wormatiam.	— Statutum Beringeri Spirensis episcopi confirmat quo iniqua quaedam consuetudo aboletur ne debitores a sculteto Spirensi super contumacia sive violentia quae Vurevel (Vräfel) dicitur puniantur, priusquam actor contumaciam sive violentiam probaverit. 451
29 april.	Wormatiae.	— Concedit abbati et conventui in Gengenbach sylvam dictam Mose (Moosse), quae cum suo monte semper propria fuit de

1231		
		fundo ecclesiae ejusdem ad extirpandam et evellendam, ut si homines ecclesiae residentiam sive mansionem ibi fecerint, ab omni exactione quolibetque obsequio perpetuo sint immunes. 453
30 april.	Wormatiae.	— Universis imperii fidelibus notam facit sententiam in curia sua diffinitam de mercatibus faciendis, de cambio exercendo, de figura et distinctione denariorum, de poena eorum qui cum falsis denariis deprehenduntur. 453
		Aliud speciale mandatum ejusdem regis de re eadem. 455
30 april.	Wormatiae.	— Henricum ducem de Limburg monet ne apud Rode theloneum extorqueat de vino quod capitulum beati Servatii de Trajecto ad usum ecclesiae comparavit, cum ipse promiserit quod de caetero a thrloneo isto eamdem ecclesiam absolutam dimitteret. 456
30 april.	Apud Wormatiam.	— Henrico duci Brabantiae scribit ut collationi quam pater suus imperator ecclesiae beati Servatii in Trajecto fecit de domo ruinosa sita juxta eamdem ecclesiam, assensum praebeat. 457
1 maii.	Apud Wormatiam.	— Omnibus principibus ecclesiasticis et mundanis plura concedit privilegia quibus illos vult gaudere, salvis privilegiis a genitore suo obtentis aut obtinendis; eodem quoque jure vult gaudere vasallos, ministeriales et civitates ad se et ad imperium spectantes. 457
1 maii.	Apud Wormatiam.	— Ex sententia curiae suae Frisingensi episcopo permittit munitionem civitatis et montis Frisingensis, ad commodum et obsequium imperii et ipsius ecclesiae. 460
1 maii.	Apud Wormatiam.	— Sententiam promulgat qua de consensu principum diffinitum est ut neque principes neque alii quilibet constitutiones vel nova jura facere possint, nisi meliorum et majorum terrae consensus primitus habeatur. 460
1 maii.	Apud Wormatiam.	— Constituit ut Gerhardus de Sinzich fidelis suus de bajulatione ipsi recommissa nulli nisi sibi respondeat et intendat. 461
25 maii.	Hagenowe.	— Ulricum comitem de Kiburg consanguineum suum de praepositura Beronensi investit et canonicis Beronensibus mandat ut ei de singulis et universis justitiis et rationibus ejusdem praepositurae ad plenum obediant. 462
26 maii.	Hagenowe.	— Homines in valle Uraniae constitutos de possessione comitis Rudolfi de Habsburg eximit, eis promittit quod nunquam eos a se alienabit, mandatque ut fideli suo Arnoldo de Aquis

1231		
		super requisitione precariae suae credant et obediant. 463
[maio vel junio circiter.]	. . . .	— Indulget ut pro quibusdam feudis ecclesiae Herbipolensis quae ab ea H. de Bokespere et ab hoc Conradus de Winspere tanquam subvasallus tenuerunt, et quae post resignationem ab utroque ecclesiae praedictae factam, ad instantiam Conradi de Winspere per episcopum marchioni de Baden fuerunt collata, idem Conradus regius ministerialis in compensationem ecclesiae septem villas ex suo patrimonio conferat. 464
2 junii.	Wormaciae.	— Sententiam ab abbate Sancti Galli editam promulgat qua haeredes haeretici ad mortem condemnati bonis ejus haereditariis gaudere debent, beneficiis ad jus dominorum a quibus habebantur redeuntibus et bonis mobilibus ad dominum hominis condemnati. 465
3 junii.	Geinhausen.	— Ex resignatione Henrici comitis de Nassowe qui jus patronatus in ecclesia Herbornensi de lantgravio Thuringiae tenebat, eamdem ecclesiam domui Theutonicae pleno jure possidendam confert, cum resignatio legitime facta sit. 466
9 junii.	Geinhausen.	— Ratum habet et confirmat arbitrium post longam litem inter capitulum Naumburgense et capitulum Cicense, mediantibus archiepiscopo Magdeburgensi, episcopis Naumburgensi, Merseburgensi et Mutinensi, compromissum quo ecclesia Naumburgensis tanquam cathedralis jus eligendi episcopum pleno jure habere declaratur, vetatque ne quis Naumburgensem episcopum in ignominiam aut lesionem ejus Cicensem nominet. 467
29 junii.	Apud Eberbach.	— Ad requisitionem conventus de Maulbronn per sententiam coram se latam declarat ut si qua ecclesia hominem habuerit qui ad civitatem aliquam se transtulerit et sine haerede decesserit, proprietates ipsius ipsa ecclesia obtineat pleno jure. 470
15 julii.	Geinhausen.	— Fratri Rudolpho et successoribus ejus praepositis ordinis Sanctae Mariae Magdalenae in Alemannia concedit ut bona recipere possint a magnatibus seu ministerialibus imperii, licet isti a se fuerint infeodati. 471
9 aug.	Nuremberg.	— Petentibus abbate et conventu beati Udalrici et Sanctae Afrae apud Augustam, praedia eorum in villis Bonsteten, Vocteswiller et Ruotin a duobus ministerialibus regiis comparata in protectionem suam recipit, ipsumque monasterium securum reddit quod in eisdem praediis praeter consuetudi-

1231		narium Vogetmutte (Vogtemutte) nihil extorqueatur et quod advocatia hujus ecclesiae quam in se suscepit nunquam in beneficium cuiquam concedatur. 472
9 aug.	Nurnberg.	— Omnes possessiones quas abbas et conventus de Salem per totum regnum suum habent aut habere poterunt ab omni exactionum genere penitus eximit, necnon et tria hospitia ipsorum in tribus civitatibus suis, scilicet in Esslingen, in Uberlingen et in Ulma. 474
13 aug.	Frankenfort.	— Notificat sententiam principum apud Frankenfort editam qua jubetur ut si quis sine liberis decesserit feoda tenens ab ecclesia, libere ad ecclesiam eadem feoda revertantur. 475
		DOCUMENTA VARIA AD RES ITALICAS SPECTANTIA.
1227		
26 mart.	Brixiae.	Forma compositionis et pacis cum imperatore initae a rectoribus societatis Lombardiae Honorio papae transmissa. 3
29 mart.	Brixiae.	Altera ejusdem compositionis forma cum testibus diversis. 5, not. 1.
intrante junio.	Apud Forcapetura (?)	*Bertholdus Raynaldi ducis Spoletani frater et in Tuscia vicarius* procuratorem constituit Matthaeum de Biviano ad recipiendas marcas argenti quas commune Senarum imperio annuatim solvere tenetur. 15, not. 1.
1229		
[februar. vel ineunte martio.]	. . . . . .	*Thomasius Acerrarum comes* scribit imperatori Johannem de Brienna cum exercitu papali regnum intravisse terramque et homines igne et rapina vexare, monens ut ipsius securitati in redeundo provideat. 110
martio.	Apud Ripamtransonem.	*Raynaldus dux Spoleti imperialis Tusciae et Marchiae legatus* homines civitatis Osimi et castri Recanati et praeterea civitatem Humanam in omnibus juribus et possessionibus eorum ibidem expressis pro eorum gratis servitiis manutenere et conservare promittit. 112
[martio.]	Ap. Ripamtransonis.	— Matthaeo de Calvello [militi Panormitano] feudum unum militis in Goracio et Buballino concedit. 157, not. 1.
22 maii.	In burgo Sancti Quirici.	*Everardus de Estac castellanus Sancti Miniatis, Raynaldi ducis Spoletani imperialis in Tuscia legati vicarius*, homines montis Politiani in personis et rebus exbannit pro eo quod ad mandatum suum venire noluerunt. 199, not. 1.
16 junii.	In burgo S. Quirici.	— Eosdem iterum imperiali banno duarum millium marcarum argenti supponit. *Ibidem.*

1229		
18 junii.	In civitate Senis.	— Praecipit Ugoni Ugolini de Castello, Senensi potestati, ut eosdem homines offendat et offendi faciat pro posse suo. *Ibidem.*
1230		
17 mart.	In valle Neule juxta stratam publicam.	— A Jacobo de Burgo Pistoriensi potestate vice et nomine hujus communis satisfactionem recipit. 31, not. 1.
maio vel junio.	. . . .	*Rogerius de Aquila comes Avellini et dominus casalis Sclavorum* monachis Sancti Guillelmi quamdam donationem concedit. 238, not. 2.
1231		
tempore capituli general.	Apud Cistercium.	Abbates de Cistercio, de Firmitate, de Pontiniaco, de Claravalle et de Morimundo Friderico Romanorum imperatori scribunt se velle quod jura et rationes ejus et imperii in monasterio Sancti Salvatoris de monte Amiato ordini Cisterciensi nuper incorporato penitus serventur. 285, not. 1.
20 april.	. . . .	Foedus initum inter Abbuissac principem Saracenorum Africae et Fridericum Romanorum imperatorem per Vibaldum ejusdem imperatoris legatum de captivis invicem restituendis, de libertate negotiationis et navigii inter Africanos et christianos, de jurisdictione super Saracenos insulae Cosirae, de restauratione mutua omnium damnorum; quae quidem pax in decem annis a conclusione foederis ejusdem durare debet. 276
18 junii.	In partibus montis Policiani juxta podium Quingnanelli.	Ambassiatores Ghebardi de Arnestein Italiae legati responsum potestatis montis Politiani referunt, quo iste dixit se non velle esse ad mandatum dicti legati sine licentia potestatis et communis Florentiae. 288, not. 1.
19 junii.	Montichielli.	*Ghebardus de Arnestein imperialis in Italia legatus* commune montis Politiani et potestatem imperiali banno supponit pro eo quod mandato suo de pace parere contempserunt. 287
1 julii.	In palatio communis Vicentiae.	Procuratio syndicis communis Vicentiae data ad faciendam, contrahendam et complendam societatem inter communia Paduae, Veronae, Mantuae, Brixiae et Ferrariae. 291, not. 1.
10 julii.	In palatio Paduae.	Procuratio syndico communis Paduae data ad faciendam, contrahendam et complendam societatem cum civitatibus Brixiae, Mantuae, Veronae, Ferrariae ac Vicentiae. *Ibid.*, not. 2.
12, 13 et 15 julii.	Mantuae.	Potestas Mantuae et syndici Brixiae, Vicentiae, Paduae, Veronae et Ferrariae jurant et renovant societatem praedictarum civitatum ordinatam per antianos societatis Lombardiae, Marchiae et Romagnae. 290

1227 et **1228**		DOCUMENTA VARIA AD TERRAM SANCTAM SPECTANTIA.
. . . . .	. . . .	*Gervasius abbas Praemonstrati* Friderico Romanorum imperatori gratulatur in negotio peregrinationis transmarinae, et supplicat ut cum per dexteram ejus a Terra Sancta expulsi fuerint Chananæi, ecclesiae Sancti Samuelis et Sancti Habacuc ordini suo reddantur. 479
		Relation française de la croisade de l'empereur Frédéric II. 480
		Fragmentum itineris Friderici Romanorum imperatoris ad Terram Sanctam navigantis. 489
		Litterae fictitiae quibus Gregorius papa magistris militiae Sancti Johannis et Templi necnon et soldano Babyloniae necem Friderici imperatoris suasisse dicitur. 490
1229		
[18 feb.]	. . . .	Transcriptum capitulorum treugae ab imperatore Friderico cum soldano Babyloniae initae, quae patriarcha Hierosolymitanus papae direxit cum animadversionibus in modum vituperii. 86
[12 mart. circiter.	Apud Joppen.]	*Hermannus Teutonicorum magister* papae nuntiat quid in Terra Sancta advenerit, praecipue de munitione civitatis Joppe et de conclusione pacis inter imperatorem Fridericum et soldanum Babyloniae. 90
[21 mart. circiter.	Apud Joppen.]	— Cuidam scribit quomodo die quo imperator apud Jerusalem coronam portavit, ipse excusationes ejus coram magnatibus et populo exposuerit, nuntians civitatem ab archiepiscopo Caesariensi interdicto suppositam licet imperator in his omnibus non aliter agere potuerit quam egerit. 99
26 mart.	Apud Accon.	*Geroldus patriarcha Hierosolymitanus* papae scribit quidquid Fridericus imperator in Terra Sancta post accessum suum egerit et quomodo cum soldano Babyloniae pacem fraudulentam neglectis terrae utilitatibus inierit. 102
[maio.	Apud Accon.]	— Omnibus Christi fidelibus quis fuerit in Terra Sancta imperatoris processus denuntiat, incusans quod ille post suum apud Accon reditum Templariis et viris religiosis injurias et damna ibidem expressa intulerit. 135

1227		DOCUMENTA VARIA AD RES ALEMANNICAS SPECTANTIA.
13 april.	Apud Westmonasterium.	*Henricus Angliae rex* Ludewico Bawariae duci grates agit quod pro foedere inter se et imperium ineundo operam dederit, mittitque nuntios rogans ut negotia inchoata ad effectum velit perducere. 322
1229		
4 aprilis.	Apud Merleberg.	— Ottoni duci de Bruneswic gratulatur quod a carcere in quo detinebatur liberatus fuerit; nuntiatque se papae scripsisse ipsum ei commendans et rogans ut apud principes Alemanniae eumdem commendare velit. 116, not. 2.
19 dec.	Constantiae.	*Otto Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis, in Alemannia legatus*, monasterio Santae Mariae Magdalenae privilegium impertitur. 403, not. 1.
1230		
10 maii.	Tornaci.	— Devotis visitantibus monasterium de Burtscheid juxta Aquisgranum quadraginta dies indulgentiarum concedit. 417, not. 1.
13 maii.	Tornaci.	— Episcopis Monasteriensi, Paderburnensi et Osnaburgensi mandat ut favorem et auxilium impendant abbati de Bredelar fratribusque praedicatoribus Conrado de Huxaria (Höxter) et Ernesto de Osnabrück, quibus ad reformationem cleri tam regularis quam secularis officium visitationis commisit. 415
1231		
24 feb.	Ratisbonae.	— Abbatem et conventum monasterii de Banz sub Ecclesiae protectione recipit. 449, not. 1.
1227		
31 julii.	. . . .	*Eberwinus scultetus et cives de Frankenfurt* ad petitionem regis et reginae Romanorum et domini Geriaci de Budingen censui trium librarum de curia Ridern renuntiant. 338, not. 2.
1228		
[august.]	Esslingen.	*Ludewicus dux Bavariae et comes palatinus Rheni* notum facit quod Eckbertus episcopus Babenbergensis seipsum et filium suum Ottonem investivit de feudo quondam Alberti comitis de Bogen a Patavio versus Ratisponam posito, quibusdam tamen villis ab ecclesia Babenbergensi retinendis; cui paginae Henricus Romanorum rex una cum Leupoldo Austriae duce et aliis ibidem nominatis sigillum suum apponit. 387, not. 1 et 501
[august.]	Esslingen.	— Notum facit quod idem episcopus seipsum et filium suum investivit de feudo fratrum Alrami et Alberti de Hals. 500

1228		
15 sept.	Apud Accon.	*Conradus comes de Virtemberg* quamdam ordini Theutonico donationem facit. 78, not. 1.
31 oct.	Basileae.	*Henricus episcopus Basiliensis* ecclesiam Sancti Martini in Rheinfelden in collegium canonicorum erigit. 424, not. 1.
1230		
6 feb.	Merseburgi.	Capitulum Nuenburgense et capitulum Cicense, mediantibus archiepiscopo Magdeburgensi, episcopis Nuenburgensi et Merseburgensi et Wilhelmo episcopo Mutinensi legato Prussiae, inter se compromittunt de lite quae jamdudum agebatur inter Nuenburgensem et Cicensem ecclesias super jure eligendi episcopum. 468, not. 1 et 2.
aprili.	Foggiae.	*Oddo dux Meraniae et palatinus comes Burgundiae*, tunc in curia Friderici Romanorum imperatoris commorans, Hermanno magistro Theutonicorum et domui ejus villam unam in comitatu suo Burgundiae de valore annuo triginta librarum stephanensium concedit. 193
26 julii.	Apud Sanctum Germanum.	*Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus et Sifridus Ratisponensis episcopus* a papa delegati de querela capituli Frisingensis audienda, infeodationem urbis Frisingensis a Geroldo quondam episcopo factam cassandam esse declarant. 231, not. 1.
24 sept.	Magdeburg.	*Albertus archiepiscopus Magdeburgensis imperii legatus et comes Romaniae*, suum adhibet consensum super reformationem monasterii de Mühlberg. 429, not. 1.
decemb.	Wirtzburg.	*Hermannus episcopus Herbipolensis* a comite Ottone de Botenlauben castra de Liechtenburg et de Hildenburg cum eorum pertinentiis pro 4,300 marcis argenti comparat. 430, not. 2.
[anno exeunte circiter.]	....	*Albertus dux Saxoniae, Henricus comes Ascaniae* frater ejus, aliique nobiles per Saxoniam constituti archiepiscopis aliisque praelatis ecclesiarum Alemanniae suadent ut viriliter obsistant cardinali servitutes et oppressiones ecclesiae inducere meditanti. 439
1231		
13 jan.	....	*Bernardus episcopus Paderburnensis* divisionem ecclesiae Sancti Odelrici in Paderburn confirmat, prout Otto Sancti Nicolai in carcere Tulliano diaconus cardinalis tunc temporis Teutoniae legatus dividi mandavit. 416, not. 1.

INDEX

NOMINUM ET PERSONARUM QUAE IN HOC TERTIO VOLUMINE CONTINENTUR.

(Personae ad sua nomina, non ad cognomina disponuntur. Quando nomina seu initiales litterae defuerint, quaerendum ad litt. N.)

A., *comes de Kyburc*, 453.
A. Nifarius, testis, 453. Vid. *Albertus de Niffen.*
Aalis, fille du marquis de Montferrat, 140.
Aalis, seu *Aelis*, regina Cypri; — femme de Bohémond, fils du prince d'Antioche, 76, not. 1; 198, not. 2; 481.
Abbuissac, princeps Saracenorum Africae, 276, 277 et not. 1; 279, 280.
Abdalla, filius Alcorasci, 280.
Abd-Allah, filius regis Abd-al-Ouahid, 277, not. 1.
Abd-al-Ouahid, rex Tunetanus, 277, not. 1.
Abduzeramus, 280.
Abihafer (*Abou-Hafs*), pater Abjebrahim, 277, not. 1.
Abjebrahim, pater regis Abbuissac, 277, not. 1.
Accorsinus Fantini, 264.
Acharisius Petri, testis, 199, not. 1.
Adalbertus seu *Albertus*, Salzpurgensis archiepiscopus, 188, 189.
Adam Costa, testis, 125.
Adelbero, ministerialis regius, 173.
Adelheide de Vechenheim, prima abbatissa cœnobii Regispontani, 360.
Adolfus de Marchia comes, 436, 437.
Adolphus, rex Romanorum, 379, not. 1.
Aegidius, abbas Sancti Gisleni, 308.
Aelis, reine de Chypre. Vid. *Aalis.*
Aemeri, roi de Chypre, 198, not. 2.
Agnes, germana Adelheidis, abbatissa cœnobii Regispontani, 360.
Agnes de Rode, quarta abbatissa cœnobii Regispontani, 360.
Albertanus, judex et syndicus Brixiae, 290, 291.
Albertinus Ostiarius, 199, not. 1.
Albertus, Magdeburgensis archiepiscopus, imperatoris nuntius, 6, not. 1; 20, not. 1; 71, 72, 251, 377, 387, 428, 429, not. 1; 448, not. 2; 452, 454, 456, 460, 461, 467, 468, 500, 502.
Albertus, capellanus regis Romanorum, 348.
Albertus comes, 182.
Albertus, dux Saxoniae, 439.
Albertus, Leodiensis episcopus, 411.
Albertus, notarius et capellanus episcopi Aistetensis, 341.
Albertus, protonotarius imperialis aulae, 49.
Albertus de Bornado, canonicus Brixiensis, 5 et not. 1.
Albertus de Cathana, notarius imperii, 455.
Albertus Corvus, syndicus Paduae, 290, 291.
Albertus de Griesheim, canonicus Nuenburgensis, 468, not. 2.
Albertus de Habechburch, seu *Habesburc*, seu *Hauspurg* comes, 399, not. 2; 425, 453.
Albertus de Hals, 387, 499, 500.
Albertus de Hurnheim, testis, 337.
Albertus Matoncinus, rector societatis Lombardiae pro communi Tarvisii, 4.
Albertus de Niffen, seu *Neifen* crucesignatus, 78, not. 1; 154.
Albertus de Pogen seu *Bogen* comes, 186, 387, not. 1; 501.
Albertus de Portu, rector societatis Lombardiae pro communi Veronensi, 4.
Albertus Rimessindle, seu *Rindsmul*, seu *Rindsmaul*, 180 et not. 1, 187, 232.
Albertus de Sumerouwe, testis, 362, 365, 367.
Albertus de Weis, testis, 455.
Albertus, dapifer de Wirceburg, 341.
Albilbal, 280.
Aldemarius de Chuoringen, seu *Chuoring*, testis, 180, 187.
Aldrigottus Marcellinus, testis, 5.
Aldus, judex de Verona, 294.
Almohadeni principes; Almohadenus Marochii Kalifa et emir Almoumenyn, 277, not. 1; 278, not. 2.

Alramus de Hals, 387, 499, 500.
Altimannus, imperialis aulae notarius, 199, not. 1; 288, not. 1; 289.
Alysa, neptis quondam Henfridi Juvenis, 123, 124.
Amaurri seu *Amaury de Bessan*, 140, 484.
Andreas Bravius, judex et syndicus Vicentiae, 290, 291.
Andreas Ranucci, 288, not. 1.
Anrigetus Ugonis Rogate, rector societatis Lombardiae pro communi Faventiae, 4.
Anselmus de Justingen, seu *Justingin*, marescalcus, 40, not. *a*; 70, 115, 367, 417, 419, 434.
Anselmus de Rappolstein, seu *de Rapoldesteine*, testis, 333, 334, 425.
Arbo, seu *Aribo*, Juvavensis ecclesiae diaconus, praepositus de Richersperg, 188, 191, 192.
Ardouinus, seu *Arduinus Theutonicus* testis, 199, not. 1.
Aringarius Johannis, 288, not. 1.
Arnaldus de Warte, testis, 400.
Arnoldus, Coloniensis archiepiscopus, Italici regni archicancellarius, 179.
Arnoldus, dux Noricorum seu Bavarorum, 182, 183, 186.
Arnoldus, praepositus Cycensis, 468, not. 2.
Arnoldus, scolasticus Magdeburgensis, 378.
Arnoldus de Aquis, fidelis regis Henrici, 463.
Arnoldus de Gimmenich, seu *Gimelich*, testis, 321, 362, 403 et not. 3, 444.
Arpinellus, notarius de Bononia, 291.
Aymarius, frater praedicator, 467.
Aymarus, nepos fratris Aymari, testis, 121, 123, 127, 129, 130, 132, 134, 135.
Aymo, nepos Garnerii Alamanni, 121, 123, 125, 127, 129, 130, 132, 134, 135.
Azo, seu *Ago de Turbiado*, archidiaconus Brixiensis, 5 et not. 1.
Azzo, marchio Estensis, 75, not. 2; 254.
B. (rectius *R.*), Melfiensis episcopus, 23.
B., frater minor, legatus papae, 63.
B. de Dietfurte, testis, 428.
B. de Greispach, comes, 337.
B. de Sancto Palumbo, 160.
Bacelerius Burnacci, 264.
Balduinus, rex Jerosolimae, 124, 126, 127.
Balduynus, magister domorum hospitalium in Apulia, 195.
Baliam, fils aîné de Jean d'Ibelin, 484.
Baliam de Saiete. Vid. *Balianus*.
Balianus, Sidonis dominus, 76, not. 1; 79, 106, 119, 121, 123, 125, 127, 129, 130, 132, 133, 135, 139, not. 3; 141, 481, 483, 484, 485, 487.
Balsamus, abbas Cavensis, 168, 259, 260, 269, not. 1.
Bartholomeus, capellanus papae, 209.
Bartholomeus, Theatinus episcopus, 17, 18, 19, 24.
Bay Gentilis, testis, 15, not. 1.
Beatrix, ducissa Meraniae, 194.
Bedredin, amiral du soudan, 486.
Benectus, consul Pisanorum, 131, 133, 134.
Benedictus papa, 192.
Berardus, Panormitanus archiepiscopus, 70, 75, not. 1; 100, 212, not. 1; 490.
Berardus de Helfesteyn, comes, 154.
Berardus, comes de Manupello, 115.
Berengarius, 238.
Berengerus, seu *Berngerus*, abbas de Odenheim, 369.
Berengerus, seu *Berngerus*, Spirensis episcopus, 254, 361, 372, 396, 451, 452, 454, 459.
Bernardus, clericus regis Angliae, 322.
Bernardus, sive *Bernhardus*, dux Carinthiae, 61, 176, 180, 187, 190, 193, 204, 206, 210, 213, 214, 223, 231, 232, 321, 374.
Bernardus, Paderburnensis episcopus, 115, 116 et not. 2.
Berr...., clericus, 270.
Bertaldesius Leonardi, testis, 31.
Bertha, abbatissa Nivellensis, 418, not. 1.
Bertholdus Benzo, testis, 397.
Bertholdus, dictus *Allec*, 335.
Bertholdus, dux Meraniae, 184, 186.
Bertholdus, Argentinensis episcopus, 221 et not. 1, 254, 371, 399, not. 2; 454, 459.
Bertholdus, patriarcha Aquilegensis, seu Aquilegiensis, 176 et not. 1, 180, 187, 190, 193, 205, 206, 210, 211, 213, 214, 231, 245, 254, 267, not. 1.
Bertholdus de Berge, comes, 186.
Bertholdus, burcgravius de Hennenberc, seu comes de Henneberch, 186, 189.
Bertholdus, comes de Lechesgemundo, 391.
Bertholdus, marscalcus de Rasche, 432.
Bertholdus de Tannenrode, frater theutonicus, 345, not. 1; 377, 430, not. 2; 450, 469.
Bertholdus de Uffeldorf, testis, 186.

Bertholomeus Brandoli, 288, not. 1.
Bertholomeus judex, rector Societatis Lombardiae pro communi Veronensi, 4.
Bertoldus, Curiensis episcopus, 254, 379, 387, 452, 454, 459, 460, 461.
Bertoldus frater Raynaldi ducis Spoleti, 15, not. 1; 46, not. 3; 80, not. 1; 84, not. 1; 457, 459 et not. 1; 286, not. 1.
Bertoldus de Arnesberc, testis, 371.
Bertrandus de Texis, magister hospitalis Sancti Johannis, 77, 109, 110, not. 2; 137, not. 2; 167, 256, 482 et not. 3; 487.
Bidone. Vid. *Bindane*.
Bindane, Pisarum civis, 198, 199, 200.
Boamundus, Antiochenus princeps, 76, not. 1; 125 et not. *a*; 484.
Bonanox Ygillinus de Musto, syndicus, 292.
Bonifacius, Lausanensis episcopus, 452 et not. *a*; 454.
Bonifacius notarius, 288, not. 1.
Bonifacius de Bonoconsilio, jurisperitus, 291.
Bonifacius de Sancto Laurentio, rector Societatis Lombardiae pro communi Bononiensi, 3.
Bonojudex, syndicus Veronae, 290, 291.
Bonus, syndicus, 292.
Boppo, comes de Henneberg. Vid. *Poppo*, comes burgravius de Henneberg.
Boppo, comes de Werthaim, 189.
Buiemont, fils du prince d'Antioche, 481.
Burchardus, praepositus de Ascaphenburg, capellanus regius, 471.
Burchardus de Hochenbruch, seu *Hochenburc*, testis, 335, 367.
Burckardus de Hoenvels, testis, 357.
C., Fuldensis abbas, 341.
C., butiglarius de Nürnberg, 346, 347.
C., *filius Bernhardi*, testis, 397.
C. de Hagenowe, testis, 344.
C. de Ottingen, comes, 337.
C. de Rietberg, testis, 405.
C. de Stouphen, seu *Stophe*, seu *Stuffin*, testis, 387, 467, 471.
C. (?), dapifer de Walpurc, 344, 353, 453.
C. de Weizenburch, testis, 232.
Camerino Barlas, 140 et not. 2, 141, not. 1; 484.
Carolus, rex, 238.
Carolus, Seccoviensis episcopus. Vid. *Karolus*, episcopus Seccoviensis.
Carrolus Ygillinus de Musto, syndicus, 292.
Castorius, martyr, 182.
Cataldus Sugnanensis, testis, 15, not. 1.
Catharina, uxor regis Wenceslai, 294, 295.
Cesareus, archiepiscopus Salernitanus, 201, 295.
Chonradus de Winterstetten. Vid. *Cunradus* pincerna de Winterstetten.
Chuno de Weruen, testis, 205.
Chunradus, archiepiscopus Salzpurgensis, 189.
Chunradus, filius minor Friderici imperatoris, 56 et not. 1, 198, not. 2; 483, 485, 490.
Chunradus, Indicensis seu Inticensis praepositus, Frisingensis episcopus, 180, 230 et not. 1; 460.
Chunradus de Hohenloch. Vid. *Conradus de Hohenloch*.
Chunradus de Lomersheim, fidelis regis Henrici, 441.
Chunradus de Winesperch. Vid. *Cunradus de Winsperch*.
Cogoza, praeco, 293.
Conradinus seu *Cunradinus*, soldanus Damasci, 58 et not. 1, 482 et not. 2.
Conradus seu *Cuonradus*, abbas in Keisheim, 390.
Conradus, abbas Sancti Laurentii, 395.
Conradus, abbas de Salveld, 186.
Conradus, abbas S. Galli, 221, not. 1; 357, 379, 387, 400, 425, 426, 428, 429, 430, 431, 432, 434, 443, 446, 448, 449 et not. 1; 452, 454, 459, 465, 466, 469, 474, 475.
Conradus seu *Cunradus*, abbas S. Johannis in Turthal, 363, 364, 366.
Conradus, imperialis aulae cancellarius, 18.
Conradus, dux Spoleti, regni Siciliae vicarius, pater Raynaldi ducis, 18, 79.
Conradus, Hildensemensis seu Ildesmensis episcopus, 19, 20 et not. 1; 145, not. 2; 342, 371, 448, not. 2.
Conradus, Portuensis et Sanctae Rufinae episcopus cardinalis, apostolicae Sedis legatus, 20, not. 1; 44.
Conradus, episcopus Tergestinus, 206, 238.
Conradus dictus *Monachus*, testis, 371.
Conradus Monetarius, testis, 361.
Conradus seu *Cunradus*, palatinus Rheni, 384, 385.
Conradus, plebanus de Asche, testis, 341.
Conradus, praepositus Spirensis, 322, 378, 397.

Conradus, rex, 178.
Conradus Risenberger, testis, 361.
Conradus de Hagestatt, testis, 371.
Conradus de Haslach, crucesignatus, 78, not. 1.
Conradus de Hohenloch, seu *Oenloch*, seu *Hohenloh*, seu *Hohinloch*, fidelis imperatoris, comes Romaniolae, 153, 170, 171, 180, 187 et not. 1; 232, 426, 428, 434, 470.
Conradus de Harburg, 333, 334.
Conradus de Huxaria seu *Hoxter*, frater praedicator, 415, 416 et not. 2.
Conradus de Luzinardo, 415, 496, not. 2.
Conradus de Mazensizer, *senior*, testis, 335.
Conradus de Mazensizer, *filius*, testis, 336.
Conradus de Smalnegge seu *Smalnecche*, testis, 379, 426.
Conradus seu *Cunradus de Smidilvelt*, seu *Smidelvelt*, seu *Smidelfelt*, seu *Smidevelt*, testis, 295, 349, 365, 383, 395.
Conradus comes Sylvester, testis, 447.
Conradus, comes de Wirtemberg, 78, not. 1; 337.
Conrat. Vid. *Chunradus*, filius Friderici imperatoris.
Constantia, mater Friderici imperatoris, 38.
Coradins. Vid. *Conradinus*.
Coraut. Vid. *Chunradus*, filius Friderici II imperatoris.
Corsus, 198, 200.
Couno de Menzenberc, testis, 186.
Crassus de Runco, syndicus Vicentiae, 290, 294.
Crisogonus, martyr, 182.
Cunigundis, regina Bohemiae. *Vid.* Catharina, uxor Wenceslai.
Cunigundis, soror Aribonis, abbatissa monasterii Gössensis, 191.
Cuno seu *Cono*, abbas de Wizenburg, seu Vihenburc, seu Weissenburg, seu Wissemburg, testis, 361, 371, 397, 432, 453, 454, 459.
Cuno, scolasticus majoris ecclesiae Spirensis, 397.
Cuno seu *Kono de Sumerowice* seu *Sumerau*, crucesignatus, 78, not. 1; testis, 362, 365, 367.
Cunradus Senex, 364.
Cunradus, decanus de Selsa, 364.
Cunradus Hoselinus, 360.
Cunradus Meisa, 361.
Cunradus, praepositus de Tanne seu Than, 349, 361, 371.
Cunradus, Tergestinus episcopus. Vid. *Conradus*.
Cunradus, pincerna de Clingenburc, seu Clingenberc, seu Clingen, seu Clingelinburg, 395, 405, not. 1; 411, 432, 434, 444, 450, 455, 470.
Cunradus de Erringen, testis, 349.
Cunradus, comes de Gruningen, 349.
Cunradus de Magenheim, testis, 465.
Cunradus, burgravius seu borchgravius de Nuyrinberc, seu Nurnberch, seu Nurinberc, seu Nurembere, seu Nuremberg, seu Nuorenberc, seu Nurmberc, seu Norimberg, 223, 232, 311, 312, 314, 321, 334, 337, 338, 341, 343, 349, 353, 367, 372, 377, 383, 387, 394, 452, 460, 467, 471, 500, 502, 503.
Cunradus de Werda seu *Werde*, camerarius, testis, 378, 394.
Cunradus de Winsperch, seu *Winsperc*, seu *Winsperg*, seu *Winesperch*, testis, 387, 395, 411, 441, 464, 465, 500, 502.
Cunradus seu *Conradus*, pincerna de Winterstetten, seu Winterstete, seu Winterstetin, 311, 314, 321, 322, 334, 335, 337, 353, 355, 357, 361, 365, 367, 368, 378, 379, 383, 387, 386, 394, 395, 397, 400, 405, not. 2; 426, 429, 430, 448, 450, 453, 455, 475, 500, 502.
Cynthius, subdiaconus et capellanus papae, 79, 81, 83.
Daniel, canonicus, 341.
Daniel de Talremunde, testis, 125.
Datus de Sancta Miniato, testis, 288, not. 1.
Degenhardus, abbas de Odenheim seu Ottenheim, 369, 370.
Demetrius de Monteferrato, rex Thessalonicensis, 206 et not. 2.
Diemarus, 361.
Diethelmus de Toggenburg seu *Tocchenburc*, comes, 366.
Dietherus, praepositus de Wimpina, 386.
Dietho, seu *Dietzo*, seu *Dietherus de Ravenspurc*, seu *Ravenspurg*, seu *Ravensburg*, seu *Ravensperg*, seu *Rabenspurc*, testis, 349, 355, 367, 400, 442, 465.
Dietricus de Ingersheim, crucesignatus, 78, not. 1.
Diotisalvus, notarius, 289.
Ditmarus Thelonearius, testis, 397.
Durans, vir Galsteae de Sancto Magno, 474.
E., abbas S. Galli. Vid. *Conradus*, abbas S. Galli.

E. de Eberstal, testis, 430.
E. de Hertingisberg, testis, 405.
E. de Stouphen, testis, 387.
E., comes de Urah, testis, 503.
Eberardus de Icheym, 454 et not. 2.
Eberhardus, abbas de Salem, 400, 434, 474, 475.
Eberhardus, archiepiscopus Salisburgensis, seu Salzburgensis, seu Salseburgensis, 20, not. 2; 64, 176, 180, 187, 189, 190, 193, 203, 204, 206, 210, 211, 213, 214, 216, 217, 219, 223, 234 et not. 1; 237, 253, 307, 340, 342, 344, 324, 365, 374, 378, 379, not. 1.
Eberhardus de Beuren, crucesignatus, 78, not. 1.
Eberhardus, comes de Eberstein, testis, 372, 502.
Eberhardus de Fronhoven, testis, 367.
Eberhardus de Grindelahe, seu *Grindelach*, seu *Grindellaha*, testis, 395, 423, 425, 426, 428, 432, 444, 467, 474.
Eberhardus, comes de Helfenstein, 502, 503.
Eberhardus de Illereichen, crucesignatus, 78, not. 1; 154, not. 2.
Eberhardus de Slusselberg, testis, 344.
Eberhardus, seu *Ebirhardus*, seu *Everhardus de Walpurg*, seu *Walpurc*, seu *Waltburc*, seu *Waldburg*, seu *Waldburch*, imperialis aulae dapifer, 341, 321, 322, 334, 335, 337, 349, 353, 357, 365, 367, 368, 378, 379, 383, 387, 388, 391, 395, 397, 400, 425, 426, 429, 430, 450, 453, 455, 475, 500, 502.
Eberhardus in Walse, testis, 367.
Eberhardus, pincerna de Winterstetten, seu Winterstete, seu Winterstetin, 341, 344, 321, 322, 334, 337, 386.
Ebericinus, scultetus de Frankenfurt seu Francfort, 338 et not. 2, 374.
Eckibertus seu *Eckbertus*, Babembergensis, seu Bambergensis, seu Bahinbergensis, seu Babenberiensis episcopus, 12, 15, 176, not. 1; 254, 372, 374, 379, 387 et not 1; 447, 449, 420, 500, 504, 502.
Egelolfus de Gemundingen, testis, 371.
Egeno de Friburg, comes, 424, 425.
Egidius, abbas S. Gisleni. Vid. *Aegidius*, abbas S. Gisleni.
Egidius de Palumbaria, civis Romanus, 159.
Ekkardus, Merseburgensis episcopus, 467, 468.
Elbuinus Albus, testis, 397.
Elbuinus Niger, Spirensis scultetus, 397.
Elisabeth, mater comitis Henrici de Ortenburg, 398, not. 3.
Elizabeth, uxor lantgravii Ludewici, 22, not. 1.
Embricho, comes Rheni, 446, 447.
Engelbertus, archiepiscopus Coloniensis, 322, not. 1.
Engelhardus, marescalcus de Hagenowe, 371.
Engelhardus de Adelburch, testis, 232.
Engelhardus de Adelechou, testis, 180, 187.
Engelhardus de Nideken seu *Nidecge*, testis, 414, 465.
Engilhardus, Nuemburgensis episcopus, 448, not. 2; 467, 468, 469.
Enricus Gulfi, nuntius imperatoris, 271.
Erkanbaldus, archicapellanus, 192.
Erlewinus de Pfaffenhofen, 364.
Ernestus, comes de Glichen, 378.
Ernestus de Osnabrück, frater praedicator, 416 et not. 2.
Everardus de Estac seu *Estat*, castellanus Sancti Miniatis, vicarius ducis Spoleti, 30 et not. 2, 34, et not. 1; 157, 159, 198, 199 et not. 1; 200.
Everhardus, marschalcus de Anebos, 186.
Evrardus. Vid. *Eberhardus*.
Ezolinus, 254.
F., comes de Leningen, 322.
F. de Tanne, testis, 405.
Fakr-Eddin, 103, not. 1.
Ferrandus seu *Fernandus*, comes Flandriae et Hannoniae, 307, 308, 309, 341, 398, 420.
Folchelinus, 364.
Frangentes panem, nomen familiae romanae, 63, not. 1.
Frangipani. Vid. Frangentes panem.
Fridericus I, imperator, 10, 155, 177, 178, 179, 183, 185, 195, 312, 344, 370.
Fridericus II, imperator, 310, 313, 315, 319, 334, not. 1; 335, 337, 338, not. 1; 367, 369, 377, not. 1; 391, 396, 399, 406, 454, 457 et passim. Vid. indicem documentorum.
Fridericus, Austriae et Styriae dux, 237, 254.
Fridericus Schrodel, 364.
Fridericus Theutonicus, testis, 199, not. 1.
Fridericus de Abenberk, comes, 186.
Fridericus de Adelechow, frater Engelhardi, testis, 180, 187.
Fridericus de Bichelingen, testis, 455.

Fridericus de Crofiszberg, testis, 432.
Fridericus de Frankenstein, 435, 436.
Fridericus, marescalcus de Hagenowe, 371.
Fridericus de Karo, testis, 295.
Fridericus de Kelberowca, testis, 378.
Fridericus de Kesselbach, testis, 411.
Fridericus de Kofordia seu *Koverden*, 351.
Fridericus de Suffelheim, testis, 361.
Fridericus de Truhendingen, seu *Truhendinghe*, seu *Druhendingen*, seu *Troehendingen*, 337, 341, 343, 349, 353, 365, 367, 368, 377, 383, 387, 398, 417, 419, 428, 500, 502, 503.
Fridericus, dapifer de Walburc seu Walpurc, 362, 365, 367.
Furigonus Guillelmi de Furigono, 271.
G., abbas Cisterciensis, 285, not. 1.
G., clericus ducis de Bruneswic, 116, not. 2.
G., judex Papiensis, 247.
G., notarius papae, 53.
G., comes de Eberstein, 453.
G. de Monteacuto, crucesignatus, 151.
Galatea de Sancto Magno, uxor Durantis, 174.
Garin de Montagu, maître de l'Hôpital, 482 et not. 3.
Garnerius Alamannus, testis, 120, 121, 123, 125, 127, 129, 130, 132, 133, 135, 139, not. 3; 141.
Garnier l'Allemant. Vid. *Garnerius Alamannus*.
Garnier de Borlande. Vid. *Wernherus de Bonlandia*.
Gasparrus Menelociae, testis, 5.
Gautier, seigneur de Césaire. Vid. *Gualterus de Caesarea*.
Gauvain de Chenichi (alias *de Rossi*), 140 et not. 3, 184.
Gebardus, seu *Ghebardus*, seu *Ghevardus*, *de Arnsteyn*, seu *Arnestein*, imperii legatus in Italia, 151, 232, 272, et not. 1; 287, 288 et not. 1; 295.
Gebehardus, abbas Burensis, 178.
Gebehardus de Arnestet. Vid. *Gebardus de Arnsteyn*.
Gebhardus, abbas de Lilienveld, 13.
Gebhardus, Pataviensis episcopus, 11, not. 2; 254, 371.
Gerardinus, 198, 200.
Gerardus, Bremensis archiepiscopus, 6, not. 1; 20, not. 1; 254, 296, 297, 339.
Gerardus Spalla, notarius Placentinus, 5 et not. 1.
Gerardus de Eppenstein, testis, 321.
Gerardus de Gelre, comes, 317, 350, 351, 395.
Gerardus de Gries, 361.
Gerardus de Saumes, comes, 295.
Gerardus de Sintzig, seu *Sinzege*, seu *Sinzich*, ministerialis ecclesiae Trevirensis, 437, 461, 462.
Gerhardus de Quernberc, testis, 428.
Gerhohus, seu *Gerhodus de Salzburc*, seu *Salzeburch*, testis, 205, 214.
Gerkinus de Sincheche, testis, 321.
Gerlacus de Butingen, seu *Budingen*, seu *Botinghe*, seu *Guetingen*, seu *Butinge*, seu *Butingin*, seu *Butzingen*, testis, 311, 314, 321, 322, 338 et not. 2; 341, 343, 361, 371, 372, 386, 388, 395, 410, 429, 430, 444, 446, 469, 503.
Gerlacus de Illingen, testis, 412.
Geroldus, Frisingensis episcopus, 230, 231, not. 1.
Geroldus, patriarcha Ierusalemitanus, sive Hierosolymitanus, 22, not. 1; 23, 44, 69 et not. 1; 77, 86 et not. 1; 97, 102, 110, not. 2; 135, 140, not. 1; 147, 149, 150, 166, 267, not. 1; 481 et not. 1 et 2; 486.
Gerot ou *Girot de Losane*, patriarche de Jérusalem. Vid. *Geroldus*, patriarcha.
Gervasius, abbas Premonstrati, 479.
Gervasius Francigena, 275.
Giefroi Litors, chevalier, 198, not. 2.
Giselbertus, advocatus Goslariensis, 342, 343.
Giselbertus de Amstel, seu *Amesteille*, comes, 350, 351.
Gobert d'Aspremont, 481.
Godefridus de Solzburc. Vid. *Gottfridus de Solzpurch*.
Golvigerius, Pataviensis episcopus, testis, 18.
Gotefridus, abbas de Schöntal, 442.
Gotefridus, camerarius, 341.
Gotefridus de Kofordia seu *Koverden*, 351.
Gotefridus de Randeggen, testis, 466.
Gotefridus de Wolfach, 336.
Gotfridus, Cameracensis episcopus, 254, 342, 344.
Gotfridus, praepositus Ratisponensis intrusus, 11 et not. 1.
Gotfridus de Dikkenpach, 500.
Gotfridus de Germar, 428, 429.

Golfridus de Hohinloch. Vid. *Gottofridus de Hohenloch*.
Gotteboldus de Ehelingen, ministerialis regios, 417.
Gottefridus, gener Conradi Monetarii, testis, 364.
Gottfridus de Solzpurch, seu *Soltzburch*, seu *Solzburc*, testis, 480, 487, 349.
Gottofridus seu *Golefridus de Hohenloch*, seu *Hohinloch*, seu *Hohenloh*, fidelis imperatoris, 153, 395, 405, 410, 423, 425, 428, not. *a*; 430, 432, 469, 502.
Goutfridus de Vehingen, comes, 186.
Gramliebus Waldstromer, 241, 242, 243.
Gregorius IX, papa (Hugolinus, episcopus Ostiensis), 1, 2, not. 1; 40 et passim. *Vid.* indicem documentorum.
Grimaldus de Tarento, notarius et fidelis imperatoris, 304.
Guala, Brixiensis episcopus, 220, 244, 498.
Guala, frater de ordine praedicatorum, vicedominus papae, 5, 9, 445, not. 1; 206, 207.
Gualo seu *Guala*, tituli Sancti Martini presbyter cardinalis, 26, 42 et not. 2, 158, 212.
Gualterius, comes, 152.
Gualterius, Trojanus episcopus, regni Siciliae cancellarius, 48.
Gualterius, judex Brundusii, 497.
Gualterius Raynaldi, 160.
Gualterius de Calatagirono, 244.
Gualterius de Ubertinis, ambaxiator legati Italiae, 288, not. 1.
Gualterus, abbas S. Gisleni in Hannonia, 394.
Gualterus de Caesarea, testis, 425, 485.
Guarnerius Alamannus. Vid. *Garnerius Alamannus*.
Guaskus Jordani, 288, not. 1.
Guerri de Dunes, 484.
Gui. de Carturio, rector Societatis Lombardiae pro communi Paduae, 3.
Gui, seigneur de Gybelet. Vid. *Hue de Gybelet*.
Guiccione de Saxoforti, nuncius imperialis, 263 et not. 1.
Guido, rex Ierosolimitanus, 423, 424.
Guido de Bilieni, antianus Societatis Lombardiae, 294.
Guido de Boncambio, jurisperitus, 294.
Guido, notarius de Folliano, 5, not. 1.
Guidottus Sachus, rector Societatis Lombardiae pro communi Laudae, 3.
Guifredus de Lucino, potestas Paduae, 294. not. 2.
Guillaume de Rivet, 440, 484.
Guillelmus, Mutioensis episcopus, 220, 223, 287, not. 1; 403, 404, not. 1; 468 et not. 1.
Guillelmus I, rex Siciliae, 48, 467, 261.
Guillelmus II, rex Siciliae, 48, 56, 443, 467, 474, 261.
Guillelmus de Capua, imperatoris notarius, 472.
Guillelmus de Lendenaria, comes Veronae, 292 et not. 1.
Guillelmus de Ruzolio, Mediolanensis archiepiscopus, 253, 254.
Guirisius, rector Societatis Lombardiae pro communi Mantuae, 3.
Gumbertus, canonicus Nuenburgensis, 468, not. 2.
Gumbertus, scultetus de Wimpina, 386.
Gunterus, comes de Kevernberg, seu Keverenberg, seu Kefernberc, testis, 400, 444, 452, 455.
Guntherius, cancellarius, 492.
Gunzelinus, dapifer, 455.
H., abbas de Hemmerod, 435.
H., Argentinensis episcopus, 452.
H. de Bilingen. Vid. *Hartmannus de Dillingen*.
H. de Bokespere, 464.
H., marchio de Burgow, testis, 467, 474.
H. de Crophesberc seu *Crophisberg*, testis, 397, 405.
H. de Grefisbach, comes, 428.
H. de Nifa, frater Henrici de Niffen, testis, 430.
H. de Salach, testis, 423.
H. de Scharphenecke, testis, 397, 405.
H. de Sollzburc, testis, 344.
H. de Valchenstein, comes, 428.
Hademarius de Chunring, 500.
Haimeri seu *Haymeri Barlais*. Vid. *Camerino Barlas*.
Hainricus, Wirceburgensis seu Wirzburgensis episcopus, 486, 489.
Hainricus I, rex, 482.
Hainricus de Prüne seu *Prunne*, testis, 490, 493.
Hametes, filius Mahometis, 280.
Hametes Omar, 280.
Harmannus de Dilie. Vid. *Hartmannus*, comes de Dillingen.

Hartmannus, comes de Dillingen seu Dilinghe, 336, 338 et not. 1, 341, 343, 345, 349, 353, 355, 357, 367, 368, 387, 391, 500, 502, 503.
Hartmannus, comes de Kiburg, 400.
Hartmannus, comes de Wirttenberc, seu Wirtinberc, seu Wirtemberg, 337, 349, 355, 387.
Hascan Abdalla, filius Binalchaim Athami, 280.
Heberhardus de Walpurch. Vid. *Eberhardus de Walburg*.
Heinricus, Augustensis episcopus electus, 364, 378, not. 1.
Heinricus, Basiliensis episcopus, 254, 310, 312, 314, 423, 424 et not. 1.
Heinricus, Coloniensis archiepiscopus, 6, not. 1; 254, 307, 310, 312, 314, 318, 319, 367, 368, 427, not. 1; 442, 443, 446, 452, 454, 456.
Heinricus, Eistetensis, seu Aystetensis, seu Einstedensis, seu Eistatensis, episcopus, 310, 312, 314, 321, 332, 333, 334, 338, 344, 349, 364, 367, 368, 374, 377, 379, 387, 500, 502.
Heinricus, Wormatiensis seu Warmacensis episcopus, testis, 254, 321, 332, 333, 338, 364, 372, 387, 394, 440, 443, 447, 452, 454, 459, 460, 461, 465, 500, 502.
Heinricus, dux Saxoniae et palatinus comes Rheni, 20, not. 1; 254, 339.
Heinricus, filius ducis Austriae, 337.
Heinricus, imperator, 435.
Heinricus, praepositus S. Germani in Spira, 386.
Heinricus Waldstromer, 241, 242, 243.
Heinricus de Grabsdorf, 354.
Heinricus, filius comitis de Greispach, 337.
Heinricus de Nevern, testis, 442.
Heinricus, comes Seynensis, seu *de Seine*, 344, 394, 443, 446.
Heinricus de Swarzburg, testis, 455.
Heinricus, dapifer de Walpurch, 386.
Helyas de Nazareth, testis, 125.
Henfridus Juvenis, 123, 124, 125.
Henri, roi de Chypre. Vid. *Henricus*, rex Cypri.
Henri de Huidas, seu *de Wida*, seu *de Wied*, 481.
Henri, duc de Lambourc ou Lamborc. Vid. *Henricus*, dux de Limburch.
Henri de Niphe. Vid. *Henricus de Niffen*.
Henricus, abbas Tegernsensis, 181.
Henricus, abbas de Zwelt, 13.
Henricus, clericus regis Angliae, 322.
Henricus Guarmacensis seu Wormacensis episcopus, testis (differt a praecedente Heinrico), 18.
Henricus II, imperator, 160, not. 1; 190, 191.
Henricus IV, imperator, 185, 312.
Henricus V, imperator, 178, 370.
Henricus VI, imperator, 17, 155, 181, 186, 188, 284, 313, 335.
Henricus VII, rex Romanorum, filius imperatoris Friderici, 11, 12, 20, not. 2; 56, 115 et not. 2; 221, not. 1; 294, 296. Vid. indic. documentorum.
Henricus, Angliae rex, 116, not. 2; 322.
Henricus, rex Cypri, 76, not. 1; 198, not. 2; 483.
Henricus, marchio de Andechs, 374.
Henricus, dux Ardennae. Vid. *Henricus*, dux de Limburch.
Henricus, comes Ascaniae, frater ducis Saxoniae, 439.
Henricus, marchio de Baden, 425 et not. 1 et 2.
Henricus, dux Bavariae. Vid. *Lodovicus*, dux Bavariae.
Henricus, dux Brabantiae, seu Brabanziae, seu Bravanciae, 254, 307, 314, 321, 420, 452, 454, 457, 459.
Henricus de Brunnese, testis, 391.
Henricus de Calendinis, testis, 18.
Henricus, plebanus de Cochenheim, 359, 360, 361.
Henricus, comes de Dietz, testis, 447.
Henricus de Giselingen, seu *Gisilling*, camerarius, 371, 378.
Henricus, marchio Istriae, 206, not. 1; 365, 377.
Henricus de Langwat, 335.
Henricus, filius Bertholdi, comitis de Lechesgemunde, 391.
Henricus, dux de Limburch, seu Lemburc, Limburg, Liembourg, seu Limpurch, seu Lymborch, seu Lempurch, 21, not. 1; 42, 44, 77, 254, 314, 318, 319, 403, not. 3; 427, not. 1; 443, 446, 452, 454, 456, 460, 481.
Henricus, major filius ducis Lotharingiae, 445.
Henricus de Malta, comes, 41 et not. 1; 45, 82, 83.
Henricus de Mazensizer, testis, 336.
Henricus, marchio Missinensis, 22.
Henricus de Morra, imperialis curiae magister justitiarius, 10, 57, 111, not. 2; 212, not. 1; 295, 297, 496, not. 1.
Henricus, comes *de Nassau* seu *Nassowe*, 446, 447, 466, 467.

Henricus de Neifen. Vid. *Henricus de Niffen.*
Henricus Nifarius. Vid. *Henricus de Niffen.*
Henricus de Niffen, seu *Niffa*, seu *Nymphe*, seu *Niffin*, seu *Niphe*, comes, crucesignatus, testis, 70, 78, not. 1; 152 et not. 2; 154, 319, 364, 367, 417, 419, 429, 430, 434, 444, 453, 484.
Henricus de Nymfa. Vid. *Henricus de Niffen.*
Henricus de Ockenheim, testis, 378.
Henricus de Oppenheim, scultetus?, testis, 375, 466.
Henricus de Ortenberc, seu *Ortenberg*, seu *Ortenburc*, seu *Ortenburg*, frater Rapotonis, 180, 187, 190, 193, 201, 324, 398 et not. 3.
Henricus, Pataviensis seu Pattaviensis praepositus, 180, 187.
Henricus, praepositus Pingwensis, 378.
Henricus de Tanne, praepositus Augustensis, protonotarius imperialis et regalis aulae, 378 et not. 1; 400, 425.
Henricus de Ravenspurc seu *Ravensburg*, testis, 362, 365, 400.
Henricus de Ruffen, Vid. *Henricus de Niffen.*
Henricus, pater, palatinus, dux Saxoniae, 384, 385. Vid. *Heinricus.*
Henricus, filius, palatinus, 384, 385.
Henricus de Schwendi, crucesignatus, 78, not. 1.
Henricus, comes de Schwerin, 340, not. 1.
Henricus Spisarius, testis, 371.
Henricus de Vico Ageris, rector Societatis Lombardiae pro communi Paduae, 3.
Henricus, comes de Waldenberg, seu Waldinberg, testis, 341, 443, 469.
Henricus de Werde, comes de Elsatia seu Alsacia, 371, 425 et not. 2; 452.
Henricus, miles de Winstein, 360.
Hermannus, camerarius, 371.
Hermannus, Erbipolensis seu Herbipolensis episcopus sive etiam Wurtzburgensis, Wirzeburgensis et Wirceburgensis, 254, 310, 312, 314, 321, 340, 341, 343, 345, 347, 348, 349, 374, 388, 389, 394, 430 et not. 2; 452, 454, 459, 460, 461, 464, 503.
Hermannus, Monasteriensis episcopus, 189.
Hermannus, seu *Herimannus*, marchio de Baden, seu Badin, seu Badene, 312, 314, 334, 338, 341, 349, 372, 387, 425 et not. 1 et 2; 443, 464, 465, 467, 471, 475, 500, 502.
Hermannus Lupus, 354.
Hermannus, magister domus S. Mariae Theutonicorum seu Alemannorum, 10, 23, 41, 42, 44, 45, 77, 90 et not. 1; 99, 106, 109, 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 126, 127, 128, 129, 130, 141 et not. 3; 167, 170, 172, 176, 177 et not. 1; 193, 194, 196, 197, 201, 215, 216, 223, 227, not. 1; 232, 280, 281, 285, 287, not. 1; 295, 298 et not. 1; 302, 303, 358, 430, not. 2; 497.
Hermannus, physicus, 471.
Hermannus, praepositus de Danna, 432.
Hermannus, comes de Froburg, 15.
Hermannus de Harzburc, seu *Hartsburg*, seu *Hartesberg*, comes, 452, 455.
Hermannus de Mazenzizer, 335.
Hermannus de Mulinarche, testis, 395.
Hermannus de Orlemunde, testis, 343.
Hermannus de Perigord seu *Pierregort* (*Petragors* seu *Petragos*), praeceptor domus militiae Templi in Sicilia, 239, 240 et not. 1.
Hermannus, filius Ludowicii lantgravii Thuringiae et Saxoniae comitis palatini, 21, 22, 457.
Hermannus, comes de Waldenberg, 341.
Heroldus, abbas de Sancto Burchardo in Wirzenburch, 186.
Heroldus de Obernkeim, testis, 386.
Hertwicus, abbas monasterii Tegernsee, 182.
Hertwicus de Hirsperch, 500.
Herwicus, seu *Hertwicus de Rorburc*, seu *Rotenburg*, seu *Rodinburc*, magister coquinae, 388, 397, 441.
Hesedin Eiber, amiral, 482 et not. 2.
Hiburgis, abbatissa Nivellensis, 312, 313, 314, 418, not. 1.
Hiltebrandus de Grindelahe, seu *Grindelach*, testis, 430, 432, 441.
Hiltepoldus de Grindela, testis, 450.
Homodeus Sartor, 271.
Honorius III, papa, 1, 2, 3, 10, not. 1; 25, 33, 41, 53, 80.
Horri de Mante, amiral de l'empereur, 488. Cf. *Henricus de Malta*, comes.
Hue seu *Gui de Gybelet*, 76, not. 1; 140, 483, 484.
Hues d'Ibelin, 484.
Hugo, abbas Morbacensis, seu Murbacensis, 23, 78 et not. 1; 391, 392.
Hugo, Arelatensis archiepiscopus, 218, 221, 222, 223, 224.

Hugo, Leodiensis episcopus, 340 et not. 1, 342, 344, 339, 402, not. 2.
Hugo, Vercellensis episcopus, 253, 254, 498.
Hugo, rex Cypri, 76, not. 1.
Hugo de Macela, testis, 18.
Ildibrandinus Russus, 288, not. 1.
Innocentius, papa, 49.
Irinfridus de Hinnperch sive *Hynperg*, testis, 190, 193.
J., comestabilis Corneti, 253.
J. de Petro, 160.
Jacobus, Acconensis episcopus (scilicet *de Vitriaco*), 23, 340.
Jacobus, Capuanus archiepiscopus, 100, 248, 249, 250, not. 1; 255, 266, 285, 290, 295, 297, 490.
Jacobus, filius Manfredi Scrivani, 271.
Jacobus, frater praedicator, 5.
Jacobus, praeceptor domus S. Mariae Theotonicorum in Brundusio, 195.
Jacobus de Amigdala, 92, not. 1; 117, 118, 119, 120, 121.
Jacobus de Bonita seu *de Bantra*, notarius imperialis, 259.
Jacobus de Bono Judeo, rector Societatis Lombardiae pro communi Vicentiae, 4.
Jacobus de Burgo, potestas Pistoriensis, 34, not. 1.
Jacobus de Catania, notarius et fidelis imperatoris, 15, 262.
Jacobus de Lauro, frater Johannis, 274, 275, 276.
Jacobus de Sallerano, rector Societatis Lombardiae pro communi Laudae, 4.
Janinus de Jacobo, rector Societatis Lombardiae pro communi Veronensi, 4.
Jaquintus, pater Galateae de Sancto Magno, 174.
Jehan, roi. Vid. *Johannes de Brienna*.
Jehan d'Ibelin, sire de Baruth. Vid. *Johannes de Ibellino*.
Joannes, Metensis episcopus, 254, 339.
Joannes de Chonchi, 127, 128.
Johan de Bailluel ou *Bailleul*, chevalier, 198, not. 2.
Johannes, archiepiscopus Bisuntinus, Sabinensis episcopus, legatus Sedis apostolicae, 197, 207, 209, 211, 213, 214, 216, 218, 219, 220, 227, 245, 407, not. 1.
Johannes, Leodiensis episcopus, 254, 402, not. 2; 403, not. 1, 2 et 3; 432, 433 et not. 1; 444, 445.
Johannes, abbas monasterii Sanctae Euphemiae, 257, 258.
Johannes, abbas monasterii S. Mariae Montis Virginis, 172, 173.
Johannes, abbas S. Trudonis et S. Heriberti, 308.
Johannes, dictus *Cabotus*, nuntius Gaietanorum, 142.
Johannes Cleripa, 197.
Johannes Cremascus, rector Societatis Lombardiae pro communi Mantuae, 4.
Johannes, imperialis aulae notarius, 15, not. 1.
Johannes, notarius, 199, not. 1.
Johannes Reginus seu *de Regio*, judex, 199, not. 1.
Johannes, rex Anglorum, 48, 49, 116, not. 2.
Johannes Savalensis, sacri palatii notarius, 5, not. 1.
Johannes Stephani, presbyter, 160.
Johannes de Brienna, rex Ierosolymitanus, 25, 42, 110, 111 et not. 2, 112, 115, not. 1; 127, 145, 146, 150, 162, not. 1; 163, not. 1; 488, 490.
Johannes de Columna, S. Praxedis cardinalis, p. 111, not. 2; 145, 146.
Johannes de Frankenstein, 435, 436.
Johannes de Ibellino, sive *Ybelino*, sive *Ibellono*, dominus de Baruth sive Beriti, 76 et not. 1, 119 et not. 1, 121, 123, 125, 127, 129, 130, 132, 133, 135, 136, 139, not. 3; 299, not. 1; 483, 484, 485.
Johannes de Lauro, notarius et fidelis imperatoris, 196, 274, 275, 276.
Johannes de Notario Latone, publicus Brundusii notarius, 197.
Johannes de Polo, civis Romanus, 238 et not. 1.
Johannes de Viderstet (*Winterstetten?*), testis, 128.
Johannes Zavattarius, rector Societatis Lombardiae pro communi Mediolanensi, 3.
Jordanus de Lengenveld, 324, 325.
Jozcelinus, comes, 117, 121, 124.
Karlomanus, rex, 182.
Karolus, episcopus Seccoviensis, 180, 187, 204, 206, 223, 374.
Karolus, rex, 182, 373.

L., comes de Kastele, testis, 430.
L., langravius de Luckimberg seu Lukemberg, 154, 223, 295.
Lamberto, ambasciatore della Pisana republica, 278, not. 1.
Lando, archiepiscopus Reginus, 10, 23. not. 2, 45, 70, 92, 144, 172, 176, 180, 187, 209, 212, not. 1; 246, 266, 269, not. 2; 295, 298 et not. 1.
Landulfus, abbas Cassinensis, 53, not. 1; 144, not. 1; 176, 177 et not. 1; 212, not. 1; 244.
Landulfus de Aquino, 156.
Lanfranchinus de Rodengo, syndicus Brixiae, 290, 291.
Lanfrancus, archipresbyter Brixiensis, 5 et not. 1.
Lanfrancus de Sala, rector Societatis Lombardiae pro communi Brixiae, 3.
Lantelmus de Puteobonello, testis, 5.
Lauderengus seu *Loderingus*, potestas Mantuae, 290, 291, 292, 293.
Lazarius, vicecomes Everardi castellani S. Miniatis, 31.
Leonardus, frater Theutonicus, procurator magistri Theutonicorum, 92, 177, not. 1.
Leonardus, Brundusii publicus notarius, 195, 197.
Leonartus, judex Brundusii, 497.
Leupoldus, dux Austriae. Vid. *Limpuldus*, dux Austriae.
Leupoldus, pincerna de Vogelsperch, 500.
Leutfridus Hoselinus, crucesignatus, 78, not. 1.
Leutfridus de Landesburc, testis, 371.
Limpuldus, seu *Liupoldus*, seu *Lupoldus*, Austriae ac Styriae dux, 56, 61, 176, 177, 180, 187, 188, 189, 190, 193, 204 et not. 1, 205, not. 1; 210, 231, 307, 310, 312, 314, 321, 333, 334, 337, 365, 374, 377, 379, 380, 381, 382, 383, 387, 388, 389, 500, 503.
Liopoldus sive *Liepoldus*, dux Austriae. Vid. *Limpuldus*, dux Austriae.
Lodewicus. Vid. *Ludowicus*.
Lodoicus, comes de Froburg, 15.
Lodoicus, landgravius Thuringiae. Vid. *Ludowicus*.
Lodovicus, dux Bavariae, comes palatinus Reni, 40, 115 et not. 2, 254, 307, 310, 312, 314, 318, 319, 321, 322 et not. 1; 333, 334, 335, 337, 338, 340 et not. 1; 341, 343, 345, 349, 353, 355, 357, 364, 367, 368 et not. *a*; 374, 377, 378, 379 et not. 1; 380, 383, 387, 388, 389, 399, 500, 503.
Lotharius II, imperator, 178.
Lotharius, rex, 238.
Lotharius, Hugonis filius, 238.
Lucas de Preturo, 160.
Ludewicus, dux Karinthiae, 307, 311, 314.
Ludewicus de Cigenahe seu *Ziginhage*, comes, 338, 394.
Ludewicus de Luneburc, testis, 465.
Ludewicus de Obernkeim, testis, 386.
Ludewicus de Oettingen, comes, 354 et not. 1; 452, 460.
Ludewicus de Schippha seu *Schyphe*, testis, 405, 411, 426, 465.
Ludewicus, scultetus Bopardiae, 372, not. 1.
Ludolfus, burgravius de Fridebere, seu Friedberg, seu Frideberg, 338, 374, 411.
Ludolfus de Seneligen, testis, 341.
Ludovicus, imperator, 238.
Ludovicus VIII, rex Francorum, 16, 307.
Ludovicus IX, rex Francorum, 16, 117, 229, 310, not. 1.
Ludovicus, comes de Ferreto, 349, 350, 383.
Ludowicus seu *Ludwicus*, lantgravius Thuringiae seu Duringiae, et Saxoniae comes palatinus, 6, not. 1; 15, 21, 22 et not. 1; 23, not. 1; 27, 42, 43, 44, 307, 311, 312, 314, 318, 319.
Ludwicus, Bavariae dux. Vid. *Lodovicus*, dux Bavariae.
Ludwicus, rex, 182.
Lupoldus, seu *Liupoldus*, seu *Linboldus*, seu *Linpoldus de Grindela*, seu *Grindelahe*, seu *Grindelach*, seu *Grindellaha*, testis, 314, 341, 349, 388, 395, 397, 423, 425, 426, 428, 430, 450, 467, not. *b*; 471.
Lupoldus, notarius, 341, 426.
Lutherus, comes de Hare, testis, 446.
Lutherus, comes de Honstadin, testis, 443.
Lutia, uxor Swigeri, sculteti de Mülhausen, 428, 429.
Lyopuldus. Vid. *Limpuldus*, dux Austriae.
M., comes de Wilperc, 453.
Madius, comes Cefaloniae, 489.
Mahometes, filius Geber Alceroani, 280.
Mahometes Benabilcazin Bin Balbin Alcorasci, 280.

Malek-Ascraf, frater soldani Aegypti, soldanus de Khelath, 85, not. 1 et 2; 91 et not. 1; 96, 106, 485.
Malek-Kamel, soldanus Aegypti et Babyloniae, 75, not. 1; 79 et not. 3; 85 et not. 1 et 2; 86 et not. 1; 89, 90, 91, 92, 96, 97, 99, 102, 103 et not. 1; 104, 105, 106, 107, 108, 136, 137, 139, 140, not. 1; 147, 150, 166, 299. not. 1; 485.
Malek el Moadham. Vid. *Scharfeddyn*.
Malespinae, comites, 254.
Maliatus de Egensheim, 350.
Malpillius de Sancta Miniata, testis, 199, not. 1; 288 et not. 1.
Malpillus, consul Pisanorum, 131, 133, 134.
Manegoldus, abbas Tegernseensis, 184.
Manegoldus de Nellenburg, comes, 357.
Manfredus Scrivanus de Parma, 271.
Manfridus, rex Siciliae, 195.
Manfridus, marchio Lanza, testis, 295.
Marcualdus de Wildre, testis, 154.
Marescotus, rector Societatis Lombardiae pro communi Faventiae, 3.
Margaritus, 209.
Marinus. archiepiscopus Barensis, 23, 45, 70, 82, 83, 141, 209, 212, not. 1; 287, not. 1; 295.
Marquardus, abbas Uterinae vallis, 395, 396.
Marquardus Hagelarius, testis, 337.
Marquardus, ministerialis regius de Berdeheim, 441. 442.
Marquardus, notarius imperii, 391.
Marquardus de Boncelt, testis, 386.
Martinus Guesilii. Vid. *Hesedin Eiber*.
Mathaeus de Biviano, procurator Bertholdi, 45, not. 1.
Matheus, comes Alesinae, 196.
Matheus, dux Lotharingiae, seu Luthoringiae, seu Lothoringiae, 443, 446, 452, 454, 459, 460.
Matheus, notarius, 199, not. 1.
Matheus de Sancta Miniate, testis, 199, not. 1.
Mathildis, comitissa, 65.
Mattheus Marcafaba, seu *Marchiafaba*, doanae magister, 257, 258 et not. 1; 259.
Mattheus de Calvello, miles de Panormo, 156, 157 et not. 1.
Mechtildis, soror Gothfridi et Diderici de Germar, ministerialis regis Henrici, 428, 429.
Meinzo de Grabsdorf, 350, 351.
Melec-el-Eisseraf. Vid. *Malek-Ascraf*.
Melec-el-Kemel seu *Quemel*. Vid. *Malek-Kamel*.
Melec-el-Mehadain. Vid. *Conradinus*, soldanus Damasci et *Scharfeddin*.
Melec-el-Nassar, fils de Conradin, soudan de Damas, 482.
Milo, Belvacensis episcopus, rector marchiae et ducatus, 165, 218, 270, 271, not. 1; 310.
Monaldus, comes Aprutinus, 247, not. 1.
Montisianus, capitaneus de Monte S. Savini, testis, 289.
N., abbas de Augia, 387.
N., abbas de Bredelar, 445, 446.
N., abbas Casemarii, 209, 212, not. 1, 264, 265, 266.
N., abbas de Clara Valle, 285, not. 1.
N., abbas Corveiensis, 367, 368.
N., abbas de Firmitate, 285, not. 1.
N., abbas de Gengenbach, 452, 453.
N., abbas de Hegnehe, 338.
N., abbas Moracensis, 20, not. 2.
N., abbas de Morimundo, 285, not. 1.
N., abbas Parisiensis, 405.
N., abbas de Pontiniaco, 285, not. 1.
N., abbas Prumensis seu Brumiensis, 452, 459.
N., abbas de Riddagshausen seu Riddageshusen, 342, 343.
N., abbas S. Benigni Divionensis, archiepiscopus Bisuntinus electus, 407, not. 1.
N., abbas Sancti Cornelii, 452.
N., abbas S. Vincentii, 212, not. 1.
N., abbas S. Udalrici et S. Afrae, 472, 473.
N., abbas de Walkenried seu Walkenrede, 342, 343.
N., abbas de Weingarten seu Wingarten, 379.
N., abbas de Wezzinsbrunnen, 353.
N., abbatissa Assindiensis, 383, 384, 436, 437.
N., abbatissa de Kitzingen, 346.
N., abbatissa de Quedlinburg, 427, 428.
N., Bituricensis archiepiscopus, 150.
N., Burdegalensis archiepiscopus, 150.
N., Cesariensis archiepiscopus, 77, 99, 101, 150.
N., Ebredunensis archiepiscopus, 150.
N., Lugdunensis archiepiscopus, 165.
N., Mediolanensis archiepiscopus, 83, not. 1; 110, not. 2; 145, not. 1.
N., Narbonensis archiepiscopus, 77.

N., Nazarensis archiepiscopus, 77.
N., Nicbosiensis archiepiscopus, 140, not. 1; 150.
N., Ravennatensis archiepiscopus, 84, not. 1.
N., Remensis archiepiscopus, 150.
N., Rothomagensis archiepiscopus, 150.
N., Senonensis archiepiscopus, 150.
N., Turonensis archiepiscopus, 150.
N., Alberstadensis episcopus, 254.
N., Alifanus episcopus, 177, not. 1.
N., Aprutinus episcopus, 24.
N., Aquinensis episcopus, 177, not. 1.
N., Brixiensis episcopus, 5.
N., Brixinensis episcopus, 254.
N., Concordiensis episcopus, 20, not. 2.
N., Constantiensis episcopus, 254, 379, 387.
N., Cremonensis episcopus, 254.
N., Furconensis episcopus, 160, not. 2.
N., Gurcensis episcopus, 20 et not. 2; 237, 365.
N., Mantuanus episcopus, 220.
N., Marsicanus episcopus, 24.
N., Monasteriensis episcopus, 415, 416.
N., Osnaburgensis episcopus, 415, 416.
N., Papiensis episcopus, 254.
N., Parisiensis episcopus, 164.
N., Parmensis episcopus, 254.
N., Pennensis episcopus, 24.
N., Trajectensis episcopus, 254.
N., Tridentinus episcopus, 254.
N., episcopus de Triesten, 180, 187. Vid. *Conradus*, episcopus Tergestinus.
N., Valvensis episcopus, 24.
N., burgravius de Dewin, 154.
N., burgravius Magdeburgensis, 349.
N., burgravius Werdensis, 136, 437.
N., camerarius de Quittelenburc, 428.
N., comes Barri, 254, 393, not. 1.
N., comes de Hanalt, 254.
N., comes Hirsutus, testis, 453.
N., comes de Hohstadt, 452.
N., comes de Lewenstein, 165.
N., comes de Monte Sancto (*Heiligenberg*), testis, 454.
N., comes Namurcensis, 397.
N., comes, comes de Ocrea, Buterae 241.
N., comes de Rinecke, 430.
N., comes Sabaudiae, 254.
N., comes Sancti Bonifacii, 254.
N., comes de Spanheim, 452.
N., comes Tolosanus, 49.
N., comites palatini Guerrae, 254.
N., comitissa de Dagspurg, 125, not. 2.
N., dalfinus Ravennas (recte *Viennensis*), 254 et not. *a*.
N., dapifer de Quittelenburc, 428.
N., decanus Beati Servatii in Trajecto, 156.
N., decanus majoris ecclesiae Goslarensis, 343.
N., domina de Heymesberg, vidua Philippi de Bonlanden, 372.
N., magister ordinis fratrum militiae Christi in Livonia, 376.
N., marchio Montisferrati, 254.
N., mareschalcus domus hospitalis, 167.
N., marscalcus de Bappenheim, 153.
N., patriarcha Antiochenus, 267, not. 1.
N., pincerna de Quittelenburc, 428.
N., plebanus de Mulehusen, 341.
N., plebanus de Schweighusen, 361.
N., potestas Ferrariae, 292.
N., potestas Luccensis, 200.
N., potestas Pistoriensis, 282.
N., praepositus de Garnech, 20, not. 2.
N., praepositus de Schonengov, 352.
N., procurator Burgundiae, 406.
N., procurator regius de Wigersheim, 405.
N., rex Persarum, 299, not. 1.
N., rex Sueciae, 75, not. 1.
N., scultetus de Berno, 406.
N., scultetus de Ehelingen, 448.
N., scultetus de Hagenowe, 360.
N., soldanus Iconii sive Alepi, 299, not. 1.
Nasser-Daoud, soldanus Damasci, nepos soldani Aegypti, 85, not. 2; 87, 91 et not. 2; 96, 106, 108, 137. Vid. *Melec-el-Nassar*.
Naximbenus seu *Nascimbene*, judex et syndicus Ferrariae, 290, 291, 292.
Nazarius, frater de Ordine Praedicatorum, 5.
Nicolaus, archiepiscopus Tarentinus, 54, 158, 212, 213
Nicolaus, Reginus episcopus, 209, 216, 220, 223.
Nicolaus de Arcione, civis Romanus, 159.
Nicolaus de Flavigniaco, Bisuntinus archiepiscopus, 407 et not. 1; 408, 409.
Nicolaus de Medeborch, Rigensis episcopus, 117, not. 1.
O. de Quittelenburc, testis, 428.

Obertus Lavandarius, rector Societatis Lombardiae pro communi Placentiae, 3.
Obertus Strictus, rector Societatis Lombardiae pro communi Placentiae, 3.
Oda, abbatissa Nivellensis, 417, 418 et not. 1; 420.
Oddo, dux Meraniae. Vid. *Otto*, dux Meraniae.
Oddo de Montebeliardo, seu *Montebalyardo*, comestabulus regni Ierosolymitani, 90, not. 1; 119, 121, 123, 125, 127, 129, 130, 132, 133, 135, 139, not. 3; 181, 188.
Oddo de Rivalta, notarius sacri pallatii, 273.
Oede de Montbeliart. Vid. *Oddo de Montebeliardo*.
Oldradus Fasiolus, notarius de Mediolano, 291, 292, 293.
Omar-Abou-Hafs, scheik, 277, not. 1.
Omar Hametis, 280.
Omarus, kalifa, 87, not. 1.
Opizus Salvaticus, antianus Societatis Lombardiae, 291.
Orlandinus de Meone, testis, 31.
Orlandinus Pisane, 288, not. 1.
Orlandus Orlandini, 288, not. 1.
Orliebus cognomine *Juvenis*, ministerialis regius de Ehelingen, 447.
Ortliebus de Ehelingen, ministerialis regius, 447.
Otkarius, comes, 182.
Ottilia, abbatissa monasterii Gössensis, 61, 190, 191, 192.
Otto seu *Oddo*, Sancti Nicolai in carcere Tulliano cardinalis, apostolicae Sedis legatus. 53, 116, 221, not. 1; 399 et not. 2; 403, et not. 1, 2 et 3; 415, 416 et not. 1 et 2; 417, not. 1; 433, not. 1; 438 et not. 3; 439, 448 et not. 1 et 2; 449, not. 1.
Otto, Frisingensis episcopus, 186, 189.
Otto I, imperator, 160, not. 1.
Otto II, imperator, 182.
Otto III, imperator, 238.
Otto, rex, 373.
Otto, dux Bavarorum et Suevorum, 182, 183.
Otto, filius ducis Bavariae, palatinus comes Rheni, 337, 341, 343, 345, 374, 379, not. 1; 386, not. 1; 387, 421, 443, 446, 475, 500.
Otto de Lüneburg, alias dux de Brunswick, 116 et not. 2; 339, not. 3; 340 et not. 1.
Otto, dux de Lunimburg. Vid. *Otto de Lüneburg*.
Otto, dux Meraniae seu Moraviae et palatinus Burgundiae, 176, 180, 187, 190, 193, 204, 205, 206, 210, 213, 214, 231, 374, 376, 377, 434, 452, 454, 459, 460, 461, et not. 1; 475.
Otto de Botenlauben, frater comitis Popponis de Henneberg, 430, not. 1.
Otto junior, comes de Botenlauben, 429, 430 et not. 1 et 2.
Otto, comes de Eberstein, testis, 502.
Otto, comes de Ravensberch, testis, 443.
Otto, praepositus Aquensis, 394.
Otto de Rottershoven, testis, 361.
Otto de Saxonia, idem ac Otto IV, imperator, 38, 59, 312.
Ottokar, rex Boemiae, 254, 294.
P., capellanus episcopi Sabinensis, 209.
P., Ravellensis episcopus, 295, 297.
P. Theodaldi, fidelis papae, 80, 81.
Paganus, Pactensis episcopus, 167.
Paganus de Parisio seu *de Patrisio*, 241 et not. 1.
Palmerius Mainardi, testis, 15, not. 1.
Palmerius Orlandoli, 288, not. 1.
Pandolphus seu *Pandulfus*, capellanus papae, 111, not. 2; 161.
Panochia, comes, testis, 199, not. 1.
Papazonus de Aldigeriis, syndicus Ferrariae, 290, 291, 292.
Paulus de Logotheta seu *Longothan*, imperialis justiciarius, 197, not. 1.
Pecorarius, rector Societatis Lombardiae pro communi Veronensi, 4.
Pegorarius Leo de Carceribus, 292, et not. 1.
Pelagius, Albanensis episcopus, cardinalis, 26 et not. 1; 42 et not. 1; 111, not. 2; 112, not. 1; 158, 163, not. 1; 177, not. 1; 212.
Percy (?), comes, 41.
Peregrinus, abbas de Wilzburg seu Wilzburc, 422, 423.
Peregrinus de Emeringen, testis, 448.
Petrus, Brundusinus archiepiscopus, 295.
Petrus Bulgaminus, nuntius Gaietanorum, 142.
Petrus, Wintonensis episcopus, 77, 109, 140, not. 1; 167, 218.
Petrus Gregorii Pagure, civis Romanus, 159.
Petrus, infans Portugaliae, 165, not. 1.
Petrus de Egensheim, 350.

Petrus de Monteacuto, Templi magister, 11, 110, not. 2; 137, not. 2; 138, 256, 266, 267, 487.
Petrus de Sancto Germano, judex curiae, 274, 275, 493.
Ph. de Hornvels. Vid. *Philippus de Hohenfels*.
Philippus, dux Tusciae, frater imperatoris Henrici VI, 189.
Philippus, Romanorum rex (idem qui supra), 295, not. 1; 411, not. 1.
Philippus de Bits, testis, 371.
Philippus de Bonlanden, 333, 372.
Philippus de Hohenfels seu *Hoinfels*, 333 et not. 1; 375.
Philippus de Ibelin, ballivus Cypri, 76, not. 1; 482.
Philippus de Magdalone, judex, 258, not. 1,
Pierre de Montagu, maître du Temple. Vid. *Petrus de Monteacuto*.
Pilazorius de Mandello, rector Societatis Lombardiae pro communi Mediolanensi, 3.
Pipinus, consul Pisanorum, 131, 133, 134.
Pipinus rex, 182.
Pappo, comes burgravius de Henneberg seu Hynnenberch seu Hennenberc, 341, 343, 377, 430, not. 1; 455.
Poppo de Lauffen, comes, advocatus ecclesiae de Odenheim, 369.
Procopus de Matera, imperialis notarius, 144, 171, 175, 276, 303, not. 1.
Promus de Incoardis, testis, 5.
Puppliti domini, 80, not. 1.
Quirinus, martyr, 182.
R., frater Minor, legatus papae, 63.
R., germanus abbatis Cassinensis, 144, not. 1.
R., subdiaconus et cappellanus papae, 144, not. 1.
R. de Kiselawe, testis, 405.
Rabanus, fidelis regis Henrici, 441.
Rabeno de Rabenspurc, testis, 465.
Rabodo, Spirensis episcopus, 396.
Racio de Balbano, comes Constiae, 196, 196, not. 1.
Raimundus, princeps Antiochiae. Vid. *Boamundus*.
Roinaldus, filius comitis Monaldi, 247, not. 1.
Rainerius Alberti, testis, 199, not. 1.
Rainerius, capitaneus de Monte S. Savini, testis, 289.
Rainerius Codennaccii sive *Codepnacci*, testis, 199, not. 1.
Rainerius Sputarchi, testis, 31.
Rainerius Zacconis, ambasciator legati Italiae, 199, not. 1; 288, not. 1.
Rainerius Zinghini, potestas Montis Policiani, 287, 288 et not. 1.
Rainerus, dux in Tuscia. Vid. *Raynaldus*.
Rambaldus Ravaschiera, comes de Lavagna, 10.
Ranuccius Orlandi, testis, 199, not. 1.
Ranuccius Rainerii, 288, not. 1.
Ranuccius de Loffeno, testis, 288, not. 1.
Rapoto, palatinus comes Bavariae, 180, 187, 190, 193, 204, 398.
Raymundus Pastinarus, mercator Provincialis, 55.
Raynaldus, dux Spoleti, in Tuscia vicarius, legatus imperii, 15 et not. 1, 16, 23, 45, 46, not. 3; 56, 65, 66, 68, 70, 79, 80 et not. 1; 81, 82, 83, 84 et not. 1; 111, not. 1 et 2; 112, 113, 115, not. 1; 151, 152, 157 et not. 1; 159 et not. 1; 180, 187, 199, not. 1; 212, not. 1; 223, 252, 272, not. 1; 286 et not. 1.
Raynoldus de Aversa, 33, 54, 158, 212, 218, 224, 226.
Raynaldus de Bareto. 16, not. 3.
Raynaldus de Modica seu *Moac*, 240 et not. 2.
Raynbertus de Murech, testis, 190, 193.
Raynerius, abbas S. Salvatoris de Monte Amiato, 283, 284 et not. 1.
Regilo de Altoluesheim, testis, 391.
Reimarus de Prennenberch, testis, 232.
Reinhardus de Hagenawe, testis, 232.
Reinoldus, praepositus ecclesiae S. Lucii Beneduranae, 356.
Rembertus de Muereck. Vid. *Raymbertus de Murech*.
Renaldus, dux Spoleti. Vid. *Raynoldus*.
Renaldus, judex, 199, not. 1.
Reynhardus de Torvelt, testis, 378.
Riccardus, camerarius camerae imperialis, testis, 285, 297.
Riccardus, dominus Vici, 173, 174.
Riccardus, comes Cornubiae, 104, not. 1.
Riccardus seu *Richardus Filangerius*, seu *de Principatu*, marescalcus imperii, 58, not. 1; 90, not. 1; 120, 152, 223, 269, not. 2, 285, 295, 297, 299 et not. 1; 483, 484.

Richardus Lampertus de Steigen, 360.
Richart, fils d'Ogier, maréchal de l'empereur. Vid. *Riccardus Filangerius*.
Richerius, Melfiensis episcopus, 23, not. 3; 285, 295, 297.
Rindesmule, *Rinsmul*, *Rindismula*, testis (verisimiliter idem ac *Albertus Rimessindle*), 405, 423, 466.
Rindesmule de Grundisberc, testis (verisimiliter idem ac praecedens.), 470.
Rizzardus, comes, 292.
Robertus, filius Monaldi comitis, 247, not. 1.
Robertus, filius Riccardi domini Vici, 473. 474.
Robertus, judex delegatus ab Everardo d'Estac, 199.
Robertus Malerba, 475.
Robertus de Licio, comes, 496.
Robertus de Venna, testis, 18.
Rodolfus de Habesburg. Vid. *Rudolfus*, comes de Habsburg.
Roffridus, clericus cameræ papalis et abbas S. Martini Viterbiensis, 53.
Roffridus, imperialis curiae judex, 255.
Roffridus de Benevento, 35.
Rogerius, comes Laviani, 474.
Rogerius, filius Riccardi domini Vici, 473, 474.
Rogerius Pironcus, 497.
Rogerius, rex Siciliae, 48, 467, 264.
Rogerius de Aquila, comes Avellini et Fundorum, crucesignatus, dux papalis exercitus, 33, 54, 141, not. 2; 158, 475, 212, 238 et not. 2.
Rogerius de Asculo, judex, 253.
Romanus, Sancti Angeli cardinalis, in Francia legatus, 73, 74.
Roubertus de Dourne, testis, 486, 489.
Rudegerus, Chymensis episcopus, 374.
Rudegerus Vasnach, 364.
Rudgerus, abbas de Baumgartenberg, 13.
Rudigerus, abbas Faucensis seu de Füssen, 354, 352 et not. 1.
Rudigerus, canonicus Cycensis, 468, not. 2.
Rudigerus de Stein, crucesignatus, 78, not. 1.
Rudolphus, Virdunensis electus, 315 et not. 1; 327, 330, 334 et not. 1.
Rudolfus, hospitalarius de Stephensfeld, 361.
Rudolphus, praepositus ordinis S. Mariae Magdalenae in Alemannia, 474.
Rudolfus de Arbun, testis, 357, 367.
Rudolfus de Awichspurch. Vid. *Rudolfus de Habsburg*.
Rudolphus de Cronburc, testis, 336.
Rudolphus de Eggenthall, testis, 336.
Rudolfus, comes de Habsburg seu Habesburg, 224, not. 1; 232, 400, 463.
Rudolphus de Hohenhart, testis, 386.
Rudolfus de Koverden seu *Kofordia*, 350, 351 et not. 1.
Rudolfus, palatinus de Tuewingen seu Tübingen, 321, 334, 355, 367, 387, 452, 500, 502.
Rugerius, frater de ordine Praedicatorum, 5.
Ruodolfus de Clinginstene, testis, 391.
Rupertus de Castello seu *Castele*, testis, 489, 337, 502, 503.
Rupertus de Durne. Vid. *Roubertus de Dourne*.
Salah (le), amiral du Soudan, 486.
Salinguerra, 254.
Salinguerra, potestas Veronae, 296.
Sceraph. Vid. *Malek-Ascraf*.
Scharfeddyn. Vid. *Conradinus*.
Sebasta, uxor Riccardi domini Vici, 473, 474.
Seraphius. Vid. *Malek-Ascraf*.
Sergius, abbas S. Mariae et S. Martyrum Tryphonis et Blasii de Ravellensibus, 300, 301.
Severinus, frater, 288, not. 1.
Seyfeddin-Eber. Vid. *Hesedin Eiber*.
Sibilla, regina Ierosolimitana, 124.
Sibodo, praepositus Sancti Adalberti, 435 et not. *a*.
Siboto, Augustensis episcopus, 254, 374, 378. not. 1, 452, 454, 459, 460, 474, 475.
Siffridus seu *Sigifridus*, episcopus Ratisponensis, imperialis aulae cancellarius, 14 et not. 2, 15, 180, 187, 190, 193, 204, 206, 210, 211, 213, 214, 216, 217, 219, 223, 231 et not. 1; 232 et not. 1; 253, 374, 438 et not. 1; 440, 443, 447, 450, 452, 454, 461, 466, 470, 474, 475.
Siffridus de Runckel, testis, 15.
Sifredus, Augustensis episcopus, 27 et not. 1; 335.
Sifridus, abbas monasterii Ahusen, 340, 341.
Sifridus seu *Sigifridus*, Maguntinensis, seu Mogontiensis, seu Moguntinus, seu Maguntinus, archiepiscopus, 6, not. 1; 254, 307, 340, 312, 314, 318, 319, 324, 338, 377, 394, 438 et not. 2; 440, 443, 447, 452, 454, 459, 460, 464.

Sifridus Castelin, testis, 391.
Sifridus, decanus Spirensis, 397, 405.
Sifridus, marschalcus de Hagenowe, 186.
Sifridus, ministerialis regius, 473.
Sifridus de Lutra, testis, 466.
Sigebertus, comes de Werde, 425, not. 2
Simeon, praepositus S. Justini, 160.
Simon, abbas conventus Luxoviensis, 392.
Simon, Theatinus comes, 115, 223.
Stabilis de Cesena, notarius imperii, 152.
Stephanus, capellanus papae, 165, not. 1.
Stephanus, scolasticus ad Omnes Sanctos Spirensis, 397.
Stephanus de Anglone, terrae Laboris justiciarius, 252.
Swigerus, scultetus de Mülhausen seu Molhausen, 428, 429.
Swigerus seu *Swingerus de Mindelberc*, 335.
Syfridus. Vid. *Siffridus*.
T., comes de Zolre, 453.
Taddeus, comes Montisferetri et Urbini, 115.
Taddeus de Suessa, judex curiae, 168, not. 1; 498.
Talomeus, notarius, 199, not. 1.
Tegenhardus, vicedominus Magdeburgensis, 378.
Theobaldus, dux Lothoringiae, 254, 307, 314.
Theobaldus, Campaniae comes et rex Navarrae, 393.
Theobaldus de Faucogney, 392.
Theodericus, Treveriensis archiepiscopus, 6, not. 1; 254, 307, 310, 312, 314, 318, 319, 321, 327, 328, 329, 330, 332, 333, 338, 437, 438, 443, 446, 452, 454, 459, 460, 464.
Theodericus, comes Clivensis, 311.
Theodericus seu *Didericus de Germar*, 428, 429.
Theodericus de Hohenstein seu *Thidricus de Honstein*, comes et testis, 451, 455.
Theodericus de Vallendar seu *Valendere*, ministerialis imperii, 437.
Thomas, comes Casertae, 275.
Thomas, comes Celanensis, 33, 54, 111, not. 2; 158, 162, not. 1; 212, 218, 224, 226, 488.
Thomas de Aquino, comes Acerrarum, balvius regni Ierosolomitani 58, not. 1; 73, 74, 79 et not. 2; 103, 106, 110, 111, not. 1; 120 et not. 1; 134, 138 et not. 1; 141, 168, not. 1; 208, 209, 210, 212, not. 1; 223, 295, 297, 481, 483, 485, 487.
Thomas de Capua, Sanctae Sabinae cardinalis, 53, 170, 176, 207, 209, 211, 213, 214, 216, 218, 220, 227.
Thomas de Chalan. Vid. *Thomas* comes Celanensis.
Thomas de la Cherne, bailli du royaume de Jérusalem. Vid. *Thomas de Aquino*.
Thomas de Thalan. Vid. *Thomas Celanensis*.
Thomasius, Acerrarum comes. Vid. *Thomas de Aquino*.
Thomasius, publicus Brundusii notarius, 497.
Tiso, figlio di Ugoccione, 278, not. 1.
Torello di Strata, podestà della Pisana repubblica, 278, not. 1.
Trutmannus de Schweigusen, 364.
Turimannus, rector Societatis Lombardiae pro communi Bononiensi, 3.
Tyemo, ministerialis regius de Berdeheim, 441, 442.
Ugatus de Malaparte, rector Societatis Lombardiae pro communi Tarvisii, 4.
Ugo Lupi, marchio Soraneae, Senensis potestas, 271, 272, 273.
Ugo Ranuccius Brandoli, 288, not. 1.
Ugo Ugolini de Castello, Senensis potestas, 199, not. 1.
Uguccione di Sassoforte. Vid. *Guccione de Saxoforti*.
Ugutio Johannis Gaudentii, rector Societatis Lombardiae pro communi Vicentiae, 4.
Ulricus, 359.
Ulricus, testis, 205.
Ulricus, decanus de Surburc, 361.
Ulricus, Laventinensis episcopus, 374.
Ulricus, notarius aulae regiae, 344, 386, 426.
Ulricus, scolasticus Cicensis, 468, not. 2.
Ulricus, comes de Ferreto, 349, 350, 383, 453.
Ulricus, comes de Helfenstein, 502, 503.
Ulricus, comes de Kiburg seu Kyburg, Basiliensis ecclesiae canonicus, 462.
Ulricus de Klingen, testis, 400.
Ulricus de Minzenberc, testis, 314.
Ulricus de Mure, testis, 341.
Ulricus de Pecka, testis, 180, 187.
Ulricus de Rappolstein, 333, 334.
Ulricus, dapifer de Sancto Gallo, 367.
Ulricus de Spileberc, testis, 423.
Ulricus de Truchtelingin, seu *Trutelingen*, testis, 395, 397.

Ulricus de Werde, testis, 391.
Urbanus II, papa, 54.
Utta, tertia abbatissa cœnobii Regispontani, 360.
Utta de Surburc, quinta abbatissa cœnobii Regispontani, 360, 361.
V. de Quittelenburc, testis, 428.
Verbosus, apostolicae Sedis notarius et tabellio, 31.
Vianesius de Lavello Longo, rector Societatis Lombardiae pro communi Brixiae, 3.
Vibaldus, imperatoris legatus, 276, 277, 279.
Vitus, publicus Brundusii notarius, 197.
Vivianus, notarius, 264.
Volquinus Sumer de Bettenstorff, testis, 361.
Wacelaus. Vid. *Wenceslaus*.
Walcuonus, plebanus de Horburc, 390.
Walcounus de Staine, testis, 186.
Waldemarus, rex Danorum, 340, not. 1.
Walerammus seu *Walrafen* comes palatinus, 452, 460.
Walramus seu *Waleramus de Montjoie*, seu *de Mongoien*, seu *Muntyoye*, frater ducis Limburgensis (forsan idem ac praecedens), 318, 349 et not. 1; 372, 443, 446.
Walterus, frater praedicator, 107 et not. 1; 140, not. 1.
Walterus, notarius, 426.
Walterus, scolasticus de Selsa et prior de Novo Castro, 361.
Walterus de Hoenvels, testis, 357.
Walterus de Horburg, 333, 334.
Waltherus de Egensheim, 350.
Waltherus, pincerna de Limpurg, 411.
Waltherus de Veimingen, testis, 337.
Wenceslaus, rex Bohemiae, 294, 295.
Wernerus Senex, testis, 361.
Wernhardus. Vid. *Bernardus*.
Wernherus, abbas Sanctae Crucis in Austria, 13.
Wernherus, notarius regius, 471.
Wernherus de Bonlandia, seu *Bollandia*, seu *Bolandia*, seu *Bolanden*, seu *Bonlanden*, imperialis aulae dapifer, 311, 314, 322 et not. 1; 444, 447, 453, 466, 481.
Wernherus de Hagestadt, testis, 371.
Wernherus de Kiburch, comes, 357.
Wilfredus de Lucino. Vid. *Guifredus de Lucino*.
Wilhelmus, advocatus Aquensis, 321, 103 et not. 3, 434, 444.
Wilhelmus, comes Juliacensis, 318, 319.
Wilhelmus, Mutinensis episcopus, legatus Prussiae. Vid. *Guillelmus*.
Willehelmus, dispensator regius de Wimpina, 386.
Willelmus Aldebrandini, comes, 251.
Willelmus, Exoniensis episcopus, 77, 109, 140, not. 1; 167 et not. *a*.
Willielmus, scultetus de Wimpina, 441.
Willielmus Bawarus, ministerialis regis Henrici VII, 317, 318.
Willibrandus seu *Wilibrandus*, majoris ecclesiae Magdeburgensis praepositus, 377, 468, not. 2.
Winmarus, 361.
Wiricus, cellarius de Selsa, 361.
Wittegowus de Albecke, senior, testis, 337.
Wittegowus de Albecke, junior, testis, 337.
Wolfelinus, 360, 361.
Wolfelinus de Littheim, 361.
Wolfelmus, praepositus de Furburc, 371.
Wolframmus de Offenburg, testis, 442.
Wolricus de Berge, comes, 186.
Wuarnerius Theutonicus, testis, 199, not. 1.
Yahia-Abou-Zakaria, filius regis Abd-al-Ouahid, 277, not. 1.
Ysabella seu *Ysabel*, imperatrix, 424, 483.
Zacharias, sacri palatii notarius, 293.

INDEX

LOCORUM GEOGRAPHICUS.

Accon, seu *Acon*, seu *Achon*, seu *Acre*, 77 et not. 1; 78 et not. 1; 79, not. 1; 83, not. 2; 91, 92, 94, 95, 96, 97, 103, 105, 110, 111, not. 1; 117, 119, not. 1; 120, 121, 122, 123, 125, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 137, 139, 140, not. 1; 141, not. 1; 147, 149, 198, not. 2; 481, 482, 484, 485, 486, 488, 490.
Acculum sive *Accula*, 159, 160 et not. 2.
Adelberg, monasterium, 386.
Africa, 277, 278, 279.
Ahausen seu *Ahusen*, monasterium, 340.
Aheliten, 183.
Alba, 238.
Alemaigne. Vid. *Alemannia*.
Alemannia, 6 et not. 1; 9, 25, 26, 35, 39, 42, 48, not. 1; 58, 115 et not. 2; 166, 176, not. 1; 204, not. 1; 219, 221, not. 1; 237, 244, 247, 248, 253, 307, 309, 310, 322, not. 1; 361, not. 1; 377, not. 1; 399, 403, not. 1; 416, not. 1 et 2; 417, not. 1; 429, not. 1; 438, not. 1; 439, 444, 448 et not. 2; 480.
Alexandria, 85, not. 2; 254.
Alifia seu *Alife*, 111, not. 2; 162 et not. 1.
Almenda seu *Alement*, nomen quibusdam sylvis commune, 396, 442.
Alpes, 379.
Alsatia, 333.
Altamura, 152, not. 3.
Amarini Vallis, 78, 391.
Amelia, 271, not. 1.
Amelrichswilre, 349, 350.
Amiternum, 159, 160 et not. 1.
Anagnia, 9, not. 1; 10, 11, not. 2; 21, 30, 34, not. 1; 143, 207, 226, 227, not. 1; 231, 232, 236, 237, 238, 239, 241, not. 2; 244, 246, 262, not. 1; 271, not. 1; 448, not. 2.
Anconitana Marchia, 65, 75, not. 2; 79, 80 et not. 1; 81, 82, 111, not. 1 et 2; 115, not. 1; 159, 209, 211, 212, 213, 216, 219, 229, not. 1; 270, 271, not. 1.
Andria, seu *Andre*, 56, not. 1; 152, not. 3; 483 et not. 1.
Angelachen, 370.
Anglia, 49, 55, not. 1; 116, not. 2; 165, not. 1.
Antioche, 86, not. 1; 89, 148.
Antiochena provincia, 148.
Apicium, flumen, 175.
Aprilianum, casale, 257, 258, 259.
Aprutium, 111, not. 2; 270.
Apulia, 10, 21, 35, 52, 62, 73, 75, 80, not. 1; 111, not. 2; 120, not. 1; 141 et not. 2; 152, not. 3; 172, 176 et not. 1; 195, 197, not. 1, 258, not. 1; 274, 277, 487.
Aqualata, 302, 303 et not. 1.
Aquila. Vid. *Acculum*, 160, not. 2.
Aquinum, 166, 168, not. 1; 170, 214.
Aquisgranum, 39, 100, 307, 308, 311, 312, 313, 314, 315, 316, 317, 318 et not. 1; 320, 327, 328, 330, 365, not. 1; 372, 404, 426, 456.
Arelate, 221, 222, 223.
Aretium, 254.
Argentina, 221, not. 1; 399.
Arianae Vallis, 30, 31.
Ariminum, 254.
Arnadenes, 241.
Arnet, 119.
Arni Vallis, 30, 31.
Arnsburg (cœnobium de), 374.
Arquata, 80.
Arrone, 80.
Arsur, 487.
Ascoli de Capitanata, 19, not. 1; 302, 303 et not. a.
Ascoli de Marca seu *de Marchia*, 19 et not. 1.

Aspiae flumen, 144.
Assinden. Vid. *Essen*.
Astone, alias *Astore*, (*Ostuni*), 144, not. 2.
Atinum, castrum, 215.
Atthanos, insula Romaniae, 489.
Augusta, 351, 353, 354, 355, not. 1; 472, 473.
Australe Monacum, 483.
Austria, 381, 382.
Auximum. Vid. *Osimum*.
Avellinum, 241 et not. 2.
Aversa, 268.
Aydone, 239, 241.
Babylonia, 97.
Bachlait, 388.
Bandra, arx, 144, not. 1.
Banz (monasterium de), 449, not. 1.
Barolum seu *Barlete*, 56, 58, not. 1; 62, 152 et not. 3; 154, 155, 156 et not. 1.
Barum, 152, not. 3; 248, 304.
Baruth, seu *Baruch*, seu *Beritum*, 76 et not. 1; 484.
Basilea, 223, 358, 424, not. 1.
Basilicata, 248.
Baumgartenberg, monasterium Cisterciensis ordinis in Austria, 12, 13.
Baivaria, 337, not. 1; 399.
Beaucer, 118.
Belide, 124, 125.
Belleem. Vid. *Bethleem*.
Belluvedere, locus in Capitinata, 196.
Benedictbeurn, abbatia S. Benedicti, 177.
Beneventum, 144, not. 2; 495, 496, not. 1.
Berdeheim, 441.
Berkheim seu *Berckam*, 447.
Bethleem, 86, not. 1; 88, 92, 97, 105, 488.
Bibirbach, 354.
Biburch, 183.
Bisselletum, 302, 303 et not. 1.
Bladolzheim seu *Blodelsheim*, 399, not. 2.
Bleidenstadt, 447.
Blutun, 148.
Bojanum, 490.
Bongen, 378.
Bononia, 254.
Bonsteten, 472, 473.
Boparten seu *Bopardia*, 326, 372 et not. 1.
Bornhövede, 340, not. 1.
Bovins seu *Bouvignes*, 397, 398 et not. 1.
Brandis. Vid. *Brundusium*.
Braunschweig seu *Brunswig*, 339, not. 3; 340 et not. 1.
Brecke, 384.
Brisacum, 425.
Brixia, 5, 254, 294, not. 1 et 2; 293.
Bruckhof, 384.
Brumbach, 440.
Brumum, 301.
Brundusium seu *Brandis*, 16, 19, 20, 21 et not. 1; 22, not. 1; 26, 43, 45, 46, 58 et not. 1; 66, 68, 70, 71, 73 et not. 1; 129, 130, 144 et not. 2; 152, not. 3; 156, not. 1; 195, 253, 365, not. 1; 480, 483, 489.
Brunia, 343.
Buballinum, 157.
Bulfutoni, 240.
Bulgaranum, 240.
Bundrebe seu *Bundrede*. Vid. *Wundreb*.
Buorense monasterium. Vid. *Benedictbeurn*.
Burgundia, 193, 194.
Burin. Vid. *Benedictbeurn*.
Burnebach. Vid. *Brumbach*.
Burtscheid (monasterium de), 447, not. 1.
Buscemi, terra, 156, 157.
Butera, 239, 241.
Cabbera, 148.
Cades, 124, 125.
Cæsarea, 78, 79, not. 1; 92, 97, 484, not. 3; 482, 487.
Cajaccia, seu *Caiacia*, seu *Caias*, 144, not. 2; 156, not. 1; 162, not. 1; 216.
Calabria, 144, 239, 240, 257, 258, 275, 277.
Calvum, 162 et not. 1.
Camelie, 148.
Camessera, 148.
Campania, 163, not. 1; 166, 168, not. 1; 170, 228, 229.
Campiliense monasterium. Vid. *Lilienfeld*.
Camuranum, 143, 145.
Camusium. Vid. *Canusium*.
Candida, civitas, 490.
Cannetum, 144.
Canusium, 157 et not. 1.
Capitanata, 196, 245, 272, 273.
Capitinnanum, 80, not. 1.
Capua sive *Capes*, 35, 36, 48, 144, not. 2; 144, 156, not. 1; 162 et not. 1; 174 et not. 1; 172, 197, 198 et not. 2; 200, 201, 206, 239, 241, not. 2; 262 et not. 1; 488.

Cardonitum, 240.
Carniola, 205, 206.
Casale Novum, 197, 245, 492.
Caserta, 274, 275.
Cassia, 80.
Cassinense monasterium, 10, 62, not. 2; 163 et not. 1; 177, not. 1; 204, not. 1.
Cassinensis arx, 144, not. 1.
Cassinus. Vid. *Cassinense* monasterium.
Castel Blanc, 86, not. 1; 89, 148.
Castellucium, 304.
Castello (*civitas de*) 248, 249 et not. 1.
Castellum Album. Vid. *Castel Blanc*.
Castellum Novum, 214.
Castellum regis, 118.
Castillo, 196.
Castrum Cinguli seu *de Cengulis*, 113, 154.
Castrum Celi, 245.
Castrum Cilenti, 259, 260, 261.
Castrum Novum. Vid. *Montfort*.
Catania seu *Catana*, 16 et not. 1; 240.
Cava, 259, 260, 261, 269, not. 1.
Cave. Vid. *Calvum*.
Cavense monasterium, 168, 259, 260, 261, 262 et not. 1.
Cayphas, 482.
Cedrei insula, (*Cythera*), 489.
Cella omnium Sanctorum, 323, 324.
Celle, 183.
Ceperanum, 141, not. 2; 198, 214, 215, 216, 217, 218, 219, 220, 221, 223, 224, 404, not. 1.
Cerigo seu *Cereo* (*Creta*), 489.
Césarée ou *Césaire*. Vid. *Caesarea*.
Chemenaten, 183.
Chipre ou *Chypre*, 76 et not. 1; 136, 139, 140 et not. 2; 141, not. 1; 156, not. 1; 198, not. 2; 299, not. 1; 484, 483, 485.
Chnounowe, 183.
Chnutelingen, 441, 442.
Chrach, 86, not. 1; 89, 148.
Churisosmi casale, 261.
Cifalonia insula, 489.
Cistercium, 285, not. 1.
Citta di Castello. Vid. *Castello* (*civitas de*).
Civitas, 152, not. 3; 197, not. 1; 245.
Civitas Nova, 66.
Clostobil vallis, 364.
Cochenheim. Vid. *Kauchenheim*.
Cochenheimer Bruna, 361.
Colonia, 438 et not. 3.
Columbaria, 350, 405.
Constantia, 356, 397, 403, not. 1; 431.
Cordane castrum, alias *Ricordane*, 79 et not. 1; 485, 486.
Corfu, insula, 489.
Cornetum, 303 et not. 1.
Cosira (insula Pentellaria), 276, 278 et not. 1.
Crach. Vid. *Chrach*.
Crebespach, 183.
Crypta Ferrata, 206.
Cumae, 254.
Custumera, 240.
Cyprus. Vid. *Chipre*.
Dacia, 416, 417, not. 1.
Damascus, 85, not. 2, 97, 102, 106.
Damiata, 28, 40, 41, 42, 92, 99.
Danubius fluvius, 501.
Denkendorf, ecclesia canonicorum, 69, 70, 447.
Dettinghem, 398, not. 2.
Dietrammi cella. Vid. *S. Martini cella*.
Diefenbach, 370.
Dientenbach, 378.
Dieu d'amour, arx munitissima in Cypro, 76, not. 1; 299, not. 1; 484.
Dionantum, 432, 433.
Disuda (*Cydon*), 489.
Djami-al-Acsa, id est, Mesquita longinqua, 87, not. 1.
Donauwerth, 337, not. 1; 347, 394, not. 1.
Dufin seu *Tüffenbach*, 364 et not. 1.
Dura, 411, not. 1.
Eberbach, 332, 470.
Ebermaringen, 336.
Eduggesvalt, 388.
Egensheim, 349, 350.
Egerden, 183.
Egra, 365, 421.
Egyptus (Aegyptus), 278.
Ehelingen, 447, 448. Vid. *Esslingen*.
Eichelberg, 370.
Elbrechinber, 364.
Enere, 119.
Engelberg, monasterium, 397, 503.
Engilcinberc, 364.
Eresburg, 368, not. 2.
Escance seu *Escantia*, 328, 331 et not. 1.
Esculanum commune, 269, 270. Vid. *Ascoli*.

Esculum de Marca. Vid. *Ascoli*.
Eslacantia. Vid. *Escantia*.
Essen seu *Assinden*, abbatia, 362 et not. 1; 363, 384.
Esslingen seu *Ezelingen*, 368, 379, not. 1; 381, 383, 387, 404, 405, 449, not. 1; 474.
Etzingeroth, villa, 313.
Eusserntkal, 395, 396.
Famagosta seu *Famagoste*, 76, not. 1; 484.
Faventia, 254.
Felicitatis castellum. Vid. *Castello (civitas de)*.
Fenes, 118.
Ferentinum, 25, 44.
Ferrare seu *Ferraria*, 162, not. 1; 291, not. 1 et 2; 292, 293.
Fidardi castrum, 114, 115.
Finichon seu *Sinchon*, 335, not. 1.
Florentia, 251, 286, 288, not. 1.
Foges. Vid. *Foggia*.
Foggia seu *Fogia*, 56, 152, not. 3; 156, not. 1; 162, not. 1; 176, 177, 180, 187, 190, 193, 194, 196, 197 et not. 1; 245, 259 et not. 1; 262, 286, not. 1.
Fontanella, 174, 175.
Forbie, 487.
Forcapetura, 15, not. 1.
Fossae, 432, 433.
Fourques. Vid. *Furcho*.
Francia, 364, not. 1; 480.
Franchenfurt. Vid. *Frankenfurt*.
Frankenfurt, seu *Frankenvort*, seu *Frankinfort*, seu *Frankenfort*, 337, 338 et not. 2; 347, 373, 451, 475, 476.
Frankenhoven, 335.
Freckenfelt, 432.
Friburg seu *Friburc*, 424, 425.
Fricentum, 64.
Frickenhausen, 340.
Frideberg, 374, 445.
Frisingen, 230, 231 et not. 1; 460.
Fulde, 192, not. 1.
Fulginium, 196, not. 2.
Fundanus comitatus, 144, 238 et not. 1.
Funesingen, 483.
Furca, castellum, 18.
Furcho, 222 et not. 1.
Furco, 159, 160 et not. 1.
Füssen, 351.
Gadres, 487.
Gajeta, 35, 143, 144, 176, 198, 208, 210.
Gallia. Vid. *Francia*.
Gandenhusen, 402.
Garigiianus, 144, not. 2.
Gartahe, 370.
Gaufridi Torti porta, 128.
Gaza, 85, not. 1.
Gazara, 91, 96.
Geemelaza, 86, not. 1; 87. Vid. *Djami-al-Acsa*.
Geilenhusen. Vid. *Gelnhausen*.
Geilentz. Vid. *Gelnhausen*.
Gelnhausen, seu *Geilnhusen*, seu *Geilenhusen*, seu *Geilinhusen*, 338, not. 1; 339 et not. 1; 402, not. 1; 414, 414, 467, 469, 472.
Gemunden, 183.
Gengenbach, 453.
Genua, 278.
Ger, silva, 390, 391.
Germania. Vid. *Alemannia*.
Gesualdi comitatus, 156.
Get, 118.
Gianot, 118.
Glorieux, 331, not. 1.
Goderamstein, 395, 396.
Golgotha, vicus Hierosolymae, 87, not. 1.
Goracium, 157.
Goslar, 342, 344, 345.
Gossense monasterium, 61, 62, not. 1.
Gossia, 191.
Gravina, 10.
Grotta Minarda, 156.
Gurkensis episcopatus, 20 et not. 2; 312, 502.
Hadelichingen, 183.
Hagenau, seu *Hagenowe*, seu *Hagenoum*, seu *Hagenov*, seu *Haginoa*, seu *Haginuo*, 323, 324, 334, 362, 363, 371, 392, 393, 406, 432, 433, 463.
Haina (conventus de), 337, 338.
Hainaut seu *Hannonia*, 394.
Halberstad, 20, not. 1.
Halle, 203.
Halsburnen. Vid. *Heilsbronn*.
Hamelie, 118.
Hanchohefhusen, 370.
Hane, seu *Haynes*, seu *Hahn*, seu *Heyne*, 375 et not. 1.
Hannonia. Vid. *Hainaut*.
Harde, 183.
Harrien, 376.

Harz, sylva, 454.
Hattenpach, 183.
Havenoere, mons, 378.
Haynes seu *Heyne*. Vid. *Hane*.
Hechingen, 183.
Hegnehe. Vid. *Haina*.
Heidelberga, 379, not. 1.
Heiligekreutz, monasterium Cisterciensis ordinis in Austria, 12.
Heiligenberg, 154 et not. 1.
Heilsbronn, monasterium, 345.
Hemmerod seu *Hemmisrode*, 435.
Herbipolis, 318, not. 1; 347, 368, 439, 448, not. 1 et 2; 450, not. 1.
Herbrechtingen (claustrum de), 336.
Hierosolyma. Vid. *Jerusalem*.
Hierusalem. Vid. *Jerusalem*.
Hildenburg, castrum, 430, not. 2.
Hispania, 165, not. 1.
Holzkirche, 183.
Holzwiler, 465.
Horya, castrum, seu *Horia*, 130, 196, 263.
Hostunium, 196. Vid. *Astone*.
Hoyum, 403 et not. 2; 432, 433.
Humana, civitas, 112, 114, 115.
Husen, 370.
Huerwin, 336.
Hydrontum, 16, 21, 22, not. 1; 23, 44, 73, not. 1; 196, 483, 489.
Iechingen, 183.
Ierosolima. Vid. *Ierusalem*.
Insula filiorum Petri, 170.
Introducum, 46, not. 3; 286, not. 1.
Irensel, 384.
Irsee, 334, 335.
Isenpach, 183.
Istriæ comitatus, 205, 206.
Italia seu *Ytalia*, 40, 45, 48, 103, not. 1; 214, 249, 253, 268, 272, 273, 299, not. 1; 361, not. 1; 404, not. 1; 438, not. 1; 449, not. 1.
Iaffe ou *Iaffa*. Vid. *Ioppe*.
Ialim, 117, 118.
Ianulæ (arx), 144, not. 1. Vid. *Rocca*.
Ierusalem ou *Iherusalem*, 58, 59, 79, not. 3; 82, 85, not. 1 et 2; 86 et not. 1; 89, 91, 92, 95, 96, 97, 99, 104 et not. 2; 105, 107 et not. 1; 108, 126, 129, 131, 141, 149, 154, 155, 195, 201, 215, 299 et not. 1; 487, 488.
Iericen, 376.
Iunite, 118.
Ioppe seu *Iaffe*, 78, 85, 90, 91, 92, 95, 96, 97, 101, 102, 103, 105, 107, 109, 132, 133, 136, 137, 139, 484, not. 3; 487, 488.
Kadelcamp, villa, 373.
Kaisersberg seu *Keisersperg*, 333, 334, 405.
Kaiserswerth, 337, not. 1.
Kammersforst, 320, not. 1.
Karinthia, 20.
Kauchenheim seu *Kauffenheim*, 360, not. 1; 361.
Kaysersheim, cœnobium, 391, not. 1.
Kelkheim, 373, not. 1.
Kiemkev, 203.
Königsbruck, 344 et not 1; 359, 360.
Laboris terra, 217, 272, 273.
Lagano (terra de), 240.
Lahore, 124, 125.
Lancianum, 246.
Landrianum, 10.
Larinum, 197, not. 1.
Lastiniani (castellum), 48.
Laureacensis ecclesia (*Lorch*), 389 et not. 1.
Lauri (castrum), 274, 275.
Laurissensis seu Laurensis abbatia (*Lorsch*), 377, 384.
Lauteren, 325, 326.
Lentinum, 239, 240.
Leodium, 403 et not 1, 2, et 3; 413, 414, 432, 433 et not. 1; 444.
Leonis (castrum), 80.
Leuben, 183.
Leubna, comitatus, 194.
Leuchtenberg, 154 et not 3.
Lichtenberg seu *Liechtenburg*, castrum, 429, 430 et not. 2.
Liguria, 9.
Lilienfeld, monasterium Cisterciensis ordinis in Austria, 12, 13, 56.
Limeçon, 76, not. 1; 140, 484, 483.
Limissum. Vid. *Limeçon*.
Lindau seu *Linduagen*, 431.
Litterae (castellum), 304.
Livonia, 417, not. 1.
Lombardia, 4, 145, 165, 166, 219, 254, 294, not. 2.
Lovera seu *Lofer*, 378.
Luca, 254.
Luceria, 276.

Luckimberg. Vid. *Leuchtenberg*.
Lussinum. Vid. *Luxovium*.
Lutra. Vid. *Lauteren*.
Luxovium seu *Luxeuil*, 376 et not. 1; 392, 393, not. 1.
Macerata, 80, not. 1.
Magdalo, 216.
Maydeburg, 429, not. 1.
Magrentinum, 241.
Maguntia, 377, 448 et not. 1.
Maidières, 339.
Maltanes, 244.
Mantua, 254, 291 et not. 1 et 2; 293.
Marseille. Vid. *Marsilia*.
Margariti domus, 129, 130.
Margat, 86, not. 1; 89, 148.
Marienberg, monasterium, 372, not. 1.
Maronum, 123, 124, 125.
Marsberg, 368, not. 2. Vid. *Mons Martis*.
Marsilia, 278, 480.
Marun. Vid. *Maronum*.
Massa (casale de), 174.
Massagrosa, 198, 200.
Massignanum, 113, 145.
Maulbronn, seu *Moulenbrunne*, seu *Mulinbrunn* (conventus de), 441, 442, 470.
Mebelia, 117, 118, 120, 121.
Medina, 87, not. 1.
Mediolanum, 254.
Mediterraneum mare, 77.
Mees, 124, 125.
Megeras, 124, 125.
Mekka, 87, not. 1.
Melfia seu *Melphia*, 12, 46, 172, 206, not. 2; 239, 244, not. 2; 242, not. 1; 285, 286, 296, 297, 302, 303, not. 1; 304.
Melsiea seu *Melisier* (*Molisia?*), 242 et not. 1.
Merleberg, 116, not. 2.
Merseburgum, 468, not. 1.
Mesagne seu *Misagna*. Vid. Messeniae castrum.
Messeniæ seu *Messenii* castrum, 129, 130.
Metensis civitas, 360.
Methona, 489.
Metingen, 398, not. 2.
Michelnveldt, 370.
Minoris territorium, 304.
Missinensis marchia seu Marchionatus, 22 et 23, not. 1.
Molarum burgum, 142.
Moldeke, 317.
Molisii comitatus, 170, 171, 187, not. 1.
Monacho (casale de), 261.
Mondidier, 487.
Mons Albus, 240.
Mons Cassinus. Vid. *Cassinense monasterium*.
Mons Fusculus, 114, not. 2; 496.
Mons Martis, 367, 368 et not. 2.
Mons Politianus, 199, not. 1; 287, 288 et not. 1.
Mons Sambanus, 292.
Mons Sanctus. Vid. *Heiligenberg*.
Montekiellum, 288.
Montfort, 92, 118, 120, 121, 124, 125.
Montis Angelorum monasterium. Vid. *Engelberg*.
Montis sancti Petri monasterium, 344.
Montis Silvani castellum, 18.
Montis Virginis monasterium, 64, 173.
Mose seu *Moosse*, sylva, 453.
Moulenbrunne. Vid. *Maulbronn*.
Muclae (castellum), 18.
Mulhausen, seu *Mulhusen*, seu *Mulhehusen*, 341, 348.
Mühlberg (monasterium de), 429, not. 1.
Mulinbrunn. Vid. *Maulbronn*.
Munchen, 183.
Mutina, 254.
Namurcum, 397, 398.
Naples. Vid. *Neapolis*.
Narnia, 271, not. 1.
Naumburg, 404.
Navis de Arata, portus maris, 257, 258, 259.
Nazareth ou *Nazarech*, 92, 97, 105, 488.
Neapolis, 79, not. 3; 91, 96, 162, 268, 269, not. 2; 485, 487.
Neckarius seu *Necarius*, fluvius, 364, not. 1; 147.
Neocastri castrum, 257, 258.
Nerito, 196.
Neulæ vallis, 31, not. 1.
Nezilbach, villa, 502.
Nicosia seu *Nicossie*, 76 et not. 1; 299, not. 1; 484, 485.
Niedermünster, 324, not. 1.
Nivella, 313.
Nivellensis abbatia, 417, 418, 419, 420.
Noceriae terra, 257, 258, 259.
Nordgau, 423, not. 1.
Nordlingen. Vid. *Nurdelinge*.

Novaria, 254.
Noviomagius, 425, 426.
Novum Castrum, 341.
Nuceria, 304.
Nurdelinge seu *Nordelingen*, 388, 390, 391, not. 1; 503.
Nuremberg, seu *Nürnberg*, seu *Nurimberc*, seu *Nurenberc*, seu *Nurimbergck*, seu *Nurmberg*, seu *Nurembərch*, seu *Neurenberc*, 241, 242, 243, 312, 345, 346, 363, 365, 375, 376, 377, 378, 399, 402, 418, 419, 420, 422, 428, 429, 430, 431, 474, 475.
Nursiae provincia, 80, not. 1.
Oddonis Sueni flumen, 241.
Odenheim, abbatia et villa, 369, 370.
Oettingen seu *Oetingen*, 398, not. 2.
Olibani castrum, 201.
Onoluesbahc seu *Onoldspacum*, 346, 347.
Oostbroek (abbatia de), 395, not. 1.
Oppenheim, 321, 322, 325, 326.
Orni castellum, 18.
Ortona, 246.
Ortrant. Vid. *Hydrontum*.
Osimum, 112, 113, 114, 151.
Ostuni, 141, not. 2.
Otolvingen, 183.
Otrente. Vid. *Hydrontum*.
Otterberg seu *Otterburg*, monasterium, 325, 326.
Paderburn, 116, not. 2.
Padua, 254, 291, not. 1 et 2; 293.
Palmeria, insula, 144.
Pantanum Salsum, 240.
Pantatera, 144.
Panzingen, 353.
Parisii, 307.
Parma, 20, not. 1.
Patavium, 387, not. 1; 501.
Paternio, 239, 240, 241.
Paternum, 64.
Patria, 144.
Pede Montis (villa et castrum de), 141, not. 2; 166, not. 1; 214.
Pergamum, 254.
Perusium, 63 et not. 1; 75 et not. 1; 81, 83, not. 1; 84 et not. 1; 110, not. 2; 112, not. 4; 141, not. 3; 142, 144 et not. 1; 147, 149, not. 1; 150, 151, 160, not. 2; 162, 165, et not. 1; 169, 172, not. 1; 176, not. 1; 271, not. 1; 331, not. 1; 407, not. 1; 494.
Peschum de Morra, 64.
Petershausen (conventus de), 401.
Petra Pulcina, 64.
Petra de Tocco, 215.
Petralia, 261.
Petri domus. Vid. *Petershausen*.
Pettingen, 203.
Pfullendorf, 431.
Phrumpach, 183.
Piburch, 183.
Pinzgau, comitatus, 378.
Piroie, 484.
Pisa, 254, 278.
Pistorium, 254.
Podium Quingnanelli, 288, not. 1.
Pola, 176, not. 1.
Policastrum, 143.
Polonia, 404, not. 1.
Pomerania, 404, not. 1.
Pons regis. Vid. *Königsbruck*.
Pontiona, 144.
Pontis Curvi castrum, 214.
Portus Guiscardus, 489.
Portus Qualearum, 489.
Potentiae flumen, 114.
Pratum episcopi, 328, 331.
Precina, 172, 196, 250, 252.
Principatus, 277.
Provincia, 248, 249.
Prusae castrum, 80, not. 1.
Prutia, 404, not. 1.
Puglia et *Puille*. Vid. *Apulia*.
Pupplilum, 80, not. 1.
Puosenchaim, 183.
Puteolana balnea, 35.
Quabrinquen, 124, 125.
Quedlinburc seu *Quiddelenburc*, 427, 428.
Quit (*Le*), 484.
Racanatum seu *Recanatum*, 112, 113, 114, 151, 152.
Rahalmassar, 240.
Ratispona seu *Ratisbona*, 234, 236, 324, 387, not. 1; 421, 422, 449 et not. 1; 501.
Ravellum, 35, 36, 252.
Ravenna, 35, 37, 47, 48, not. 1; 254.
Ravensburg, 431.
Reate, 48, not. 3; 63 et not. 1; 80, not. 1; 287 et not. 1; 289, 290, 299, 499.
Rechholz, silva, 435, 436.

Regispontanum cœnobium, 359, 360 et not. 1. Vid. *Königsbruck.*
Regium, 254.
Reichersberg, monasterium, 188.
Reinhardsbornense cœnobium, 22, not. 1.
Reitencheim, 370.
Rellingshausen seu *Rulinchusen*, 436 et not. 1; 437.
Reval, 376.
Rheinfelden, 423, 424.
Rhenus, 221, not. 1.
Rhodanus, 221, 222.
Riardum, 162.
Richenbach, 324.
Richersperg. Vid. *Reichersberg.*
Richerspurren, 183.
Richolfes, foresta, 447.
Riedern seu *Riderin*, 337, 338, not. 2.
Rieth, 364.
Rinvelden. Vid. *Rheinfelden.*
Ripa Transonis (alias *Crefonis* male), 115 et not. 1; 157, not. 1.
Rocca Arcis, 214.
Rocca de Bantra, 215.
Rocca Capuae, 216.
Rocca Ianula, 163 et not. 1.
Rocca Montis Dragonis, 215.
Rocca Presentiani, 215.
Rocca S. Angeli de Rupe Canina, 215.
Rocca Willielmi, 215.
Rode, 456.
Rodius (*Rhodus*), insula, 490.
Roma, 10, not. 1; 53, not. 1; 55, not. 1; 63, not. 1; 162, not. 1; 172, not. 1; 250, not. 1; 284, not. 1.
Romagniola, seu *Romaniola*, seu *Romagnia*, 187 et not. 1; 219, 254, 263.
Rosetum, 85, not. 2.
Rotent, 153.
Rotinrisinum, 364.
Rottenmann, 449, not. 1.
Rotweil seu *Rotwile*, 431.
Rubum, 152, not. 3.
Ruderen, 422, 423.
Rulinsheim, 349, 350.
Ruotin, 472, 473.
Ruptum casale, 264.
Saffet, 119.
Saint-Germain. Vid. *Sanctus Germanus.*
Saint-Lorens, 156, not. 1; 498, not. 2.
Sal, 378.
Saldorf, 203.
Salem (monasterium de), 400, 431, 474, 475.
Salernum, 262.
Salinis (molendinum de), 240.
Salonis castrum, 221, 222.
Salquet, 482.
Salveld seu *Salfelden*, 378.
Salza, fluvius, 378.
Sambuceti silva, 18.
Sancta Agatha, 198, 208, 210.
Sancta Barbara de Capuacio, 264.
Sancta Barbara de Grasso, 264.
Sancta Crux. Vid. *Heiligekreutz.*
Sancta Maria de Ferraria, 162.
Sancta Maria de Juncarico, 264.
Sancta Maria de Pertusia, 264.
Sancta Maria de Proposito. Vid. *Fontanella.*
Sancta Maria de Rota, 264.
Sancta Maria in Riculo, 18.
Sancta Sabina, 196.
Sanctae Euphemiae monasterium, 257, 258, 259.
Sanctae Justae capella, 220.
Sanctae Luciae villa. Vid. *Pedemontis* villa.
Sanctae Mariae et sanctorum martyrum Tryphonis et Blasii de Ravellensibus conventus, 300, 301, 302.
Sanctae Mariae Magdalenae monasterium, 403, not. 1.
Sancti Blasii in Nigra Sylva claustrum, 380.
Sancti Gisleni monasterium, 308, 309.
Sancti Guillelmi monasterium, 238, not. 2.
Sancti Johannis Baptistae in Turthal abbatia, 366.
Sancti Martini cella, 183.
Sancti Petri cella, 364.
Sancti Quirici castrum, 159.
Sancti Quirici de Introduco monasterium, 213.
Sancti Salvatoris de monte Amiato monasterium, 283, 284, 285 et not. 1; 286.
Sancti Stephani et sancti Brunonis de Nemore monasterium, 65, 493.
Sancti Trudonis villa, 359, 432, 433.
Sancti Vitoni burgum, 328, 334.
Sanctus Adjutor, 259, 260, 264.
Sanctus Andreas de Insula, 73, not. 1.
Sanctus Arsenius, 264.
Sanctus Blasius de Salvia, 264.

Sanctus Bonifacius, 292.
Sanctus Egidius de Prato Gargano, 261.
Sanctus Germanus, 21, 26, 42, 111, not. 2; 162, not. 1; 163 et not. 1; 166, 170, 172, 198 et not. 1; 202, 204, not, 1; 205 et not. 1; 206, 207, 208, 209, 211, 213, 214, 239, 438, not. 3; 488.
Sanctus Jacobus de Luceria, 261.
Sanctus Joannes de Fabrica, 261.
Sanctus Laurentius, 162, not. 1.
Sanctus Leonardus, 183.
Sanctus Leontius, 493.
Sanctus Martinus, 143, 144.
Sanctus Marzanus, 261.
Sanctus Nicandrus, 196.
Sanctus Nicolaus ad Mercatellum, 261.
Sanctus Petrus ad Columnellum, 261.
Sanctus Petrus de Olivola, 261.
Sanctus Petrus de Paterno, 261.
Sanctus Petrus de Polla, 261.
Sanctus Petrus de Tramutulo, 261.
Sanctus Quiricus, in Tuscia, 199, not. 1.
Sanctus Raynerus, 240.
Sanctus Severinus. Vid. *Sanctus Severus*.
Sanctus Severus, 197 et not. 1; 245, 492.
Sanctus Stefanus de Juncarico, 261.
Sanctus Thomas de Strata, 166 et not. 1.
Sanctus Udalricus et Sancta Afra, monasterium apud Augustam, 472, 473.
Sangri vallis, 111, not. 2.
Sansun seu *Sansons*, 397, 398 et not. 1.
Sassenchaim, 183.
Saxonia, 310 et not. 1, 439.
Scala, 35, 36.
Schaffhausen seu *Schaffhusa*, 431.
Scharre seu *Scharra*, 384, 385.
Schelhenberc, 465.
Schlettstadt seu *Schlettsatt*, 405.
Schonaugiense monasterium, 384, 385.
Schwendibach. Vid. *Suindin*.
Sclavorum casale, 175.
Sclingen. Vid. *Slinger*.
Scorchosae castellum, 18.
Sculeulae villa, 18.
Senae, 15, not. 1; 199, not. 1; 254, 263, not. 1; 288, not. 1.
Senno, 144.
Serignani casale, 274, 275.
Sicilia, 10, 22, not. 1; 32, 34, 62, 75, 111, 160, not. 1; 163, 208, 210, 211, 212, not. 1; 217, 238, not. 2; 239, 240, 242, 243, 256, 268, 277, 298.
Sinchon. Vid. *Finichon*.
Sinderingen, 465.
Sirolum, 113, 115.
Sladem, villa, 343.
Slinger seu *Sclingen*, 335.
Smalchalden 22, not. 1.
Sonderwald, 320 et not. 1.
Sora, 168 et not. 1; 171, not. 1.
Socella. Vid. *Sorella*.
Sorella, 167 et not. *b*; 168, not. 1.
Spiegilberc, 434.
Spira, 397, 405, 432, not. 1; 435, 436, 437.
Spoleti ducatus, 82, 209, 211, 213, 216, 270, 271, not. 1; 196.
Stadensis comitatus, 339.
Stadenses (*Stedignenses*, *Stedinger*), 200, 201, 197.
Starchinbach seu *Starchenbah*, 364.
Steinbach, 379.
Stipizi castrum, 80.
Stolleburg, 324.
Stoppenberg seu *Stouphenberg*, 362.
Straubing, 374, 379, not. 1.
Strenepere, 183.
Styria, 381, 382, 449, not. 1.
Submontis castrum, 174, 175.
Suessa, 35, 198, 216.
Sueviae ducatus, 354, 355, 397, 400.
Sugium, 238, not. 2.
Suindin seu *Schwendibach*, 364 et not. 1.
Sulmona, 114, not. 2.
Sundergow, pagus Bavariae, 182.
Sundergut, 203.
Supulia. Vid. *Sonderwald*.
Sura, 118.
Surie seu *Suria*. Vid. *Syria*.
Sydo seu *Saiete*, 92, 97, 105, 481, 482, 485, 488.
Symen, 304.
Syracusa, 239, 244.
Syria, 71, 73, 76, not. 1; 85, not. 1; 104, 105, 119, not. 1; 120, not. 1; 136, 141, 198, not. 2; 299, not. 1; 480, 484, 483, 485.
Tarbuca, 118.
Tarentum, 64, 65, 263, 269, 272, 273.
Taurinum, 254.

Teanum, 462, not. 4; 498.
Teate, civitas, 48.
Tegernseense sive *Tegernse* monasterium, 481, 482.
Telesium seu *Telesia*, 441, not. 2; 275.
Terbasta, 448.
Tercia, 448.
Terra filiorum Pandulphi, 462.
Tertramme, 448.
Tervisium, 254.
Theutonia. Vid. *Alemannia*.
Thieffensalle, 465.
Thuregum seu *Tigurum*, 357 et not. 4; 368, 431.
Thuringia, 22, not. 4.
Thuscia sive *Tuscia*, 45, not. 1; 84, not. 4; 499, not 1; 249, 254, 263, 273, 282, 286.
Tiane. Vid. *Teanum*.
Tifernum. Vid. *Castello (civitas de)*.
Tigurum. Vid. *Thuregum*.
Tornacum, 417 et not. 1.
Toronis terra. Vid. *Tyron*.
Tortose, 86, not. 4; 89.
Trajectum, 238, not. 2; 395, not. 4; 401, 402, 432, 433.
Tramontum, 304.
Tranum, 452, not. 3.
Trefila, 418, 420, 421.
Tridentum, 334, not. 4.
Triple. Vid. *Tripolis*.
Tripolis, 86, not. 4; 89.
Tripolitana provincia, 148.
Trivilíani castellum, 48.
Troja, 31 et not. 4; 452, not. 3; 492.
Trontum, flumen, 445, not. 4.
Tudertum, 274, not. 4.
Tuenta. Vid. *Dientenbach*.
Tüffenbach. Vid. *Dufin*.
Tungri, 432, 433.
Turicenna. Vid. *Thuregum*.
Turon. Vid. *Tyron*.
Turris de Arnata, 80.
Tusciani casale, 264.
Tyron, 92, 97, 405, 423, 424, 425, 488.
Tyrus seu *Sur*, 76, not. 4; 432, 433, 481.
Uberlingen, 400, 401, 434, 474.
Ulma, 294, not. 1; 335, 366, 367, 368, 379 et not. 4; 380, 408, 409, 474.
Ultrajectum, 427, not. 4.
Ungaria, 176, not. 4.
Unoholzingen seu *Uneholzingen*, 183.
Unterwald, 463, not. 1.
Uraniae vallis, 463.
Urbs vetus, 274, not. 4.
Ursin. Vid. *Irsee*.
Uterina vallis. Vid. *Eussernthal*.
Vairanum, 462.
Valentianae, 417, not. 1.
Valersteten, 183.
Venafrum, 462.
Venetiae, 278.
Vercellum, 254.
Verodunum, 328, 330.
Verona, 41, 254, 294, not. 4 et 2; 292, 293.
Verulae, 25, 41.
Vicentia, 254, 294, not. 4 et 2; 293.
Vicus, 473.
Vigiliae, 304.
Villa ad S. Georgium, 92.
Villemagnae castellum, 48.
Virnheim, 384, 385.
Viterbium, 63, not. 4; 424, not. 4.
Voctesweiler, 472, 473.
Vulturnus, 144, not. 2.
Wachowe, 483.
Wakenitz, flumen, 254 et not. 4.
Walcheringen, 483.
Walchstat, 483.
Walde, 483.
Walherainoede, 378.
Walkenried, 344, 454.
Waltdorf, villa, 424.
Waltsassen seu *Waltsassin*, monasterium, 388, 433, 434, 450.
Warengowe, 483.
Wechenheim, castrum, 360, not. 4; 364.
Weissenburg seu *Wizenburc*, 423 et not. 4; 426.
Werda seu *Werde*, 337 et not. 4; 347.
Werden, 337, not. 4.
Westheim, 370.
Westmonasterium, 322.
Wetflar seu *Wetzlar*, 372, 374.
Wettingen, coenobium, 356.
Wezzinsbrunnen, monasterium, 354.
Wierland, 376.
Wilzeburc (monasterium de), 422, 423.
Wimpina seu *Winpina*, 332, 348, 349, 350, 384, 386.

Winzer, 502.
Wirtzburch seu *Wirtzeburg*. Vid. *Wurcebur*.
Wittenberga, 427.
Wizinburc. Vid. *Weissenburg*.
Wloe, 492.
Woerth-sur-Sauer, 337, not. 1.
Wokence. Vid. *Wakenitz*.
Wolmvooteshusen, 465.
Wormacia seu *Worms*, 325, 326, 329, 332, 333, 395, 438, 441, 442, 444, 445, 446, 447, 453, 455, 456, 457, 459, 460, 461, 462, 465, not. 1; 466.
Wundreb, 450.
Wurcebur, 186, 189, 410, 439. Vid. *Herbipolis*.
Ydrontum. Vid. *Hydrontum*.
Zurich. Vid. *Thuregum*.
Zwelt, monasterium Cisterciensis ordinis in Austria, 12.
Zwetel. Vid. *Zwelt*.
Zwivelingen, 465.

ADDENDA ET CORRIGENDA.

P. 32, lin. 2, percellerit, *legendum* perculerit.

P. 34, not. 1, lin. 2, *addendum* : Easdem esse suspicamur quas indicat Bzovius, *Annal. Eccles.*, t. XIII, ad ann. 1227 : datas Laterani, XVI kalendas decembris (18 novembris).

P. 41, not. (*a*), post *comite Pizzi*, addendum : Ap. Cod. Rhedig. Vratislav., *comite de Piçita*.

P. 73, lin. 13, [Apuliae] *delendum*.

P. 100, lin. 11, incusavit, *legendum* excusavit; *delenda quoque nota* (*a*).

Ibid., lin. 13, *post* quia, *addendum* [papa].

P. 202, lin. 12, originali chartaceo, *legendum* originali gossypino.

P. 220, in titulo, [Ann. 1229], *legendum* [Ann. 1230].

P. 237, lin. 19, *post* Styriae ducem, *addenda nota* (1) : Scribit imperator dilecto consanguineo et principi suo F. illustri Austriae et Styriae duci se iterum confirmasse privilegia Othonis quarti (20 febr. 1209) et filii sui Henrici (29 martii 1227) de subjectione ecclesiae Gurckensis, mandatque ut si praefatus episcopus eidem sententiae contumaciter parere noluerit, saepefato archiepiscopo assistat viriliter in hac parte. *Cf.* Von Meiller, *Regesten*, p. 148, n° I, ex originali quod in archivo Vindobon. cum sigillo asservatur.

P. 249, not. (1), lin 2, *addendum* : Cf. tom. II, p. 46 ad ultimam lineam.

P. 253, lin. 20, *addendum* : Cf. Savioli, *Annal. Bologn.*, t. III, p. 108.

P. 264, lin. 12, *addendum* : Cf. Pauli, *Cod. del sacr. ord. Ierosolym.*, p. 321.

P. 269, not. (2), lin. 3, *addendum* : Vid. etiam Chioccarelli, *de archiepisc. Neapol.*, p. 156, ubi refertur instrumentum donationis a Petro archiepiscopo Neapolitano fratribus Praedicatoribus factae de ecclesia Sancti Archangeli ad Morfisam, praesentibus Giffredo Sancti Marci presbytero cardinali, Barensi archiepiscopo et aliis « ne heretice labis morbus tanquam fermentum se » diffusius diffundendo civitatem Neapolitanam inficiat. Actum Neapoli, » anno dom. incarn. MCCXXXI, primo novembris, indictione quinta. »

P. 276, lin. 18, insulae Corsicae, *legendum* insulae Cosirae.

Ibid. lin. 27, perlaudate, *legendum* perlaudati.

P. 279, lin. 28, liberaliter, *legendum* liberabitur.

P. 280, lin. 14, Brin, *legendum* Bin. *Ibidem* Binalchaim Athami, *legendum* Bin Alchain Alhami.

P. 312, lin. 9, *addendum :* Originale cum sigillo in archivo Vindob. asservatur. Cf. Von Meiller, *Regesten*, p. 138, n° 210.

P. 346, lin. 15, in margine, 9 septembris, *legendum* 19 septembris.

P. 356, lin. 9, possessionem, *legendum* protectionem.

P. 365, lin. 15, *addendum :* Originale cum fragmento sigilli in archivo Vindob. asservatur. Cf. Von Meiller, *Regest.*, p. 142, n° 226.

P. 378, lin. 16, *addendum :* Originale cum sigillo in archivo Vindob. asservatur. Cf. Von Meiller, *Regest.*, p. 142, n° 229.

P. 379, lin. 2, *addendum :* Testes E. Babenbergensis, H. Eistetensis, C. Constantiensis venerabiles episcopi, L. Austrie, L. Bavarie illustres duces, H. comes de Burgov, R. comes de Castele, C. burgravius de Nurimberch, H. de Chunringen, et alii quamplures.

Ibid., lin. 4, *addendum :* indictione prima.

P. 387, lin. 23, *addendum :* Cf. in Additamentis, p. 500-501.

P. 397, lin. 17, *addendum :* Cf. in Additamentis, p. 503.

P. 403, not. 1, lin. 3, *post* Append. 8, *addendum* in Chronic. mont. Francor. Goslariae.

P. 404, not. 1, lin. 3, Naumburg, *legendum* Merseburg.

P. 427, not. 1, lin. 3, *post* potuimus, *addendum :* sed extat in Codice 4686 A, ut idem vir nos postea monuit.

P. 444, lin. 8, Leodiense, *legendum* Leodiensem.

P. 519, lin. 18, Bandre, *legendum* Bandrae.

INDEX MATERIARUM

VOLUMINIS TERTII.

Pagin.

Friderici secundi, Romanorum imperatoris, Jerusalem et Siciliae regis, Historiae diplomaticae pars tertia, a mense martio 1227 ad mensem septembrem 1231. . . 1

Henrici septimi Romanorum regis Historiae diplomaticae pars secunda, a mense martio 1227 ad mensem septembrem 1231. 307

Additamenta ad tertiam partem Historiae diplomaticae. 479

Index documentorum quae in hoc volumine exhibentur sive memorantur. . . . 505

Index nominum et personarum. 543

Index locorum geographicus. 561

Addenda et corrigenda. 573